BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
32 D
M 18

235

ARISTOTELIS STAGIRITAE ORGANVM,


SEV LIBRI AD LOGICAM ATTINENTES,

Seuerino Boetho Interprete,

Ad optimorum Exemplarium Græcorum ſidem nuper recogniti: et in capita diſtincti:

Cum Scholiis variiſque argumentis, Concluſionibus ſingulo quoque capite contentis, ac varietatibus lectionum, miro figurarum artificio explanantibus, nuper additis.

Quæ omnia recenti hac noſtra editione, ut potuit fieri, diligentiſſime expolita ſunt, atque elaborata.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS
Apud Ioannem Bonadeum.
M D LXIIII.

12 32 . 8. 18

CATALOGVS
eorum, quæ in Organo Ariſtotelis continentur.

PORPHYRII *Introductio ſeu Communium Quinque Vocum, uel Prædicabilium Liber.*
Ariſt. Categoriæ, ſiue decem Genera, ſeu prædicamenta.
Boetho Seuerino Interprete.

Gilberti Porretani De ſex Principijs.
Hermolao Barbaro Interprete.

Perihermenias, ſiue De Interpretatione.
Analyticon Proteron, ſeu Reſolutiuorum Priorum Libri. II.
Analyticon Hyſteron, ſiue Reſolutiuorum Poſteriorum Libri. II.
Boetho Seuerino Interprete.

Topicorum, ſeu De Arte inueniendi Libri. VIII.
Elenchi, ſeu De Sophiſticis Reprehenſionibus, ſeu Fallacibus & captioſis.
Ioachimo Perionio Cormœriaceno Interprete.

CATALOGVS

CATALOGVS Librorum Ariſtotelis.

VNIVERSOS *Ariſtotelis Libros periti redigunt ad quattuor claſſes . quarum Prima continet eos, qui dicendi perſuadẽdiq́ue rationem tradunt. Ad hanc referri poſſunt ea, quę de Poetica, Muſica, prouerbiiſq́; ſcripſit, aut ſi quod eſt aliud ſimile. Secunda, qui diſſerendi ratiocinandiq́; ſcientiam docent. Tertia, qui moralem ciuilemq́ue diſciplinã tradunt. Quarta, qui de naturalibus ac ſupernaturalibus tractant. Nunc quid in quaque claſſe nobis perierit, aut extet, uelut in tabula depingatur. In prima, quæ Rhetoricen docet, qui Gręci extant hi ſunt, Rhetorices ad Theodectẽn, Libri tres, cum Laertius non numeret niſi duos, teſtans tamẽ illum de Rhetorica bis, duobus uoluminibus tractaſſe. Ad Alexandrum de ciuilibus ſermonibus, lib. 1. De Poetica, lib. 1. In ſecunda, quæ Dialecticen tradit, extant hæc. De prędicamentis decẽ; lib. 1. De enunciatione, lib. 1. quem nunc ſecant in duos. Analyticorum priorum, lib. 9. cũ nobis extent tãtum duo, niſi fortaſsis hi ſunt, quos Laertius hoc titulo commemorat, Syllogiſmorum duo, Analyticorum poſteriorum, ſiue demonſtrationũ, lib. 2. Topicorum, lib. 8. Elenchorum, lib. 1. quem neſcio quis ſecuit in duos. In tertia, quę moralia continet,*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hæc ſuperſunt. Ethicorum ad Nicomacũ, lib. 10. Ethicorũ ad Eudemũ, lib. 8. ſic uidetur: eſt.n. ſeptimus longiſſimus. Ethicorũ, quæ magna moralia uocantur, lib. 2. Politicorũ, lib. 8. Oeconomicorum, lib. 2. quorum alter nothus eſt. In quarta ſuperſunt hæc. Naturaliũ auſcultationũ, lib. 8. Meteorologicorũ, lib. 4. De cælo, lib. 4. Hiſtoriæ aĩaliũ, lib. 10. De partibus aĩaliũ, lib. 4. De generatione aĩalium, lib. 5. De Generatione & Corruptione, lib. 2. De mũdo ad Alexãdrũ, lib. 1. De Coloribus, lib. 2. De Plantis, lib. 1. De Senſu & Senſibili, lib. 1. De iuuentute et Senectute, lib. 1. De Somno et Vigilia, lia. 1. De Inſomnijs, lib. 1. De Diuinatione in ſomnis, lib. 1. Problematũ ſectiones ꝑmultæ. De Vita & Morte, lib. 1. De Reſpiratione, lib. 1. De Flatu, lib. 1. De Phyſiognomicis, lib. 1. De Aĩa, lib. 3. De Memoria et Reminiſcentia, lib. 1. De Mechanicis, lib. 1. De Lineis inſecabilibus, lib. 1. De Xenophanis, Zenonis, et Gorgiæ placitis, lib. 1. Sup̃naturaliũ, lib. 14. Tantũ nobis supereſt, et quidem Græca. Nũc accipe quæ in quaq; claſſe deſiderentur. De prima deſiderantur hæc. De poetis, lib. 3. De Rhetorica, lib. 1. cui titulus Gryllus. Nerinthus, lib. 1. De Enthymematibus rhetoricis, lib. 2. Artis Poeticæ tractatio, lib. 2. De cõſilio, lib. 1. De Homericis ambiguitatib. lib. 6. Liberaliũ diſciplinarũ lib. 2. Parabolarum, lib. 1. Ατάκτων. i. inordinatorũ. lib. 12. Olympionicæ, lib. 1. Pythionicæ, lib. 1. Pythionicarũ elẽchi, lib. 1. Dionyſiacæ uictoriæ, lib. 1. Tyticus muſices, lib. 1. De Tragedijs, lib. 1. De Doctrinis,*

Inter Græcæ impreſſos non extat.

Hic nuper à Iulio Martiano Rota latinitate donatus eſt

*nis,lib.1.Prouerbiorũ,lib.1.Carmẽ.ad Phyloxe-
nũ.Scripſit et elegias.His adiũgi poſſũt, Mathema
ticus,lib.1.De Magnitudine,lib.1.De muſica,lib.1
Ex ſcđa deſiderãtur hæc.Sophiſta,l.1.Menexenus,
lib.1.De ſciẽtiis,lib.1. Solutiones cõtentioſorum,
lib.1.Diuiſiones ſophiſticæ,lib.4.De cõtrarijs,l.1
De ſpeciebus et generibus,lib.1.De propriis,lib.1.
Cõmentaria aggreſſoria,lib.3.De Inſtantia, lib.1.
De his q̃ aliquot modis dicuntur,aut iuxta additio
nẽ aut propoſitũ,ut reddidit Diogenis interpres cũ
Aldina editio habeat* κατὰ πρόστεσιν, *lib.1. De
Sciẽtia,lib.1.Diuiſiones decẽ et ſeptẽ. Diuiſibiliũ,
lib.1.De Interrogando,& reſpondendo,lib.2. De
Propoſitionibus,lib.1.Propoſitionũ cõtentioſarũ,
lib.4. De ſyllogiſmo,lib.1. De qõnibus,lib.1. Me-
thodicorũ,lib.8. De Syllogiſmis,lib.2. Syllogiſtico
rũ,et definitionũ,lib.2. De Eligibili et cõtingenti,
lib.1.De his quæ ante locos ſunt,lib.1. Topicon ad
finitiones, lib. 2. Diuiſionum, lib.1. Definitionum
lib.3. Epicherematũ,lib.2. Quæſtiones aggreſſo-
riæ,lib.25. Artiũ collectio,lib.2.Ars,lib.1.Ars
alia,lib.2.Cõpendiũ artis,lib.1. Artis Theodecti,
contractio,lib.1. Enthymematũ diuiſiones, lib.1.
De Dictione,lib.3.Collectionum,lib.2. Aduerſus
Gorgiã,lib.1.Problematũ ex Democrito,lib.6.De
Doctrina,lib.1. Aduerſus Zenonis ſcita,lib.2. En
cycliorũ,lib.2.Ex tertia interciderũt hæc. De iu-
ſtitia,lib.4.De philoſophia,lib.3.De Repub.lib.2.
Amatorius,lib.1.Conuiuiũ,lib.1.De diuitijs,lib.1
Exhortationũ,lib.1.De Nobilitate,lib.1. De volu*

ptate,lib.1. Alexãder,ſeu de colonis,lib.1. De Regno,lib.1. De Bono,lib.3. De Platonis legib.lib.3. De Rep.Plato.lib.2. De amicitia,lib.1. Quid ſit af fici aut affectũ eſſe,lib.1. Propoſitiones de uirtute, lib.3. De pturbationib.iræ,lib.1. De Impio,lib.1. De Meliori,lib.1. De affectib.lib.1. De volũtario, lib.1. De Pulchro,lib.1. Quæſtionum de amicitia, lib.2. Politicorũ,lib.2. De Iuſtis,lib.2. Iuſtificationum lib.2. Iura,lib.1. Lex cõmendatitia,lib.1. Legum,lib.4. Politiæ Ciuitatum,lib.128. & ſeorſum de democratia,oligarchia,ariſtocratia, & tyrannide. Addantur his epiſtolæ ad Philippum. Selymbriorum epiſtolæ. Ad Alexandrum quatuor. Ad Antipatrum nouem. Ad Mentorẽ una. Ad olympiadẽ una. Ad Hephæſtionẽ una. Ad Themiſtagoram una. Ad Philoxenũ una. Ex quarta interciderunt hæc. De Elementis,lib.3. De Motu,lib.1. De Idea,lib.1. Qõnũ de Aĩa,lib.1. De Natura,lib.3. Phyſicus,lib.1. De architæ philoſophia,lib.3. De Speuſippi et Xenocratis philoſophia, lib.1. De Timæi et Architæ libris decerpta, lib.1. Aduerſus Meliſſi dicta,lib.1. Aduerſus Pythagoricos,lib.1. Aduerſus Alcmæonis placita, lib.1. Aduerſus Xenocratẽ,lib.1. De Pythagoricis,lib.1. De inciſionib.lib.8. Excerptio inciſionũ,lib.1. De cõpoſitis aĩalibus,lib.1. De Fabuloſis aĩalib.lib.1. De nõ gignẽdo,lib.1. De Plãtis,lib.2. Medicinaliũ,lib.2. De ſignis tẽpeſtatũ,lib.1. Aſtronomicus ſpeculatiuus,lib.1. De motu,lib.1. Inſpectorũ ꝓblematum, lib.2. Expoſita generatim,libri quatuordecim.

Hi libri nuper inuenti mox edenť.

DE ARISTO.

DE ARISTOTELIS OPERIBVS

CENSVRA.

PLINIVS ſecũdus libro Septimo Hiſtoriæ naturalis inquirit, quod nam exiſtimetur maximum fuiſſe ingenium, ex his quidem quorum extet memoria, uel ſuis ipſorum, uel alienis monumentis, & eam tantæ ambitionis palmã uidetur ad Homerum uatem deferre, ſecutus Græciæ iudicium, quæ illum fontem ingeniorum appellat. Sed mihi tamen acrius eam rem intuenti, atque examinanti ſubtilius, nullum uidetur fuiſſe ingenium Ariſtotelico præſtantius. Legenti opera eius attente ac diligenter, exoritur ingens admiratio, quam ab ultimis principiis deducit abditiſſima & profundiſsima rerum omnium. quam acute refellit aliena, quam fortiter communit & corroborat ſua, quo ordine digerit ſingula, & quod eſt in tradendis artibus perutile, quanta frugalitate uerborum. nihil eſt in eo uacans aut inane, omnia ſolida & plena: nuſquam ſinit lectorem oſcitari, aut aliud agere. De hoc uere dici poteſt, quod Lyſiæ Athenienſi minori de cauſa attribuitur, ruituram ſtructuram uniuerſam, ſi uel uerbulum unum tanquam lapidem detraxeris. Axiomata autem illa uniuerſalia, quis non admiretur in omni argumento & materia, tã multa eſſe ab illo excogitata uera & perpetua, quibus ſequens ætas in tanto decurſu ſeculorum uix exceptionem ullam annotauit? Scripſerunt ueteres

Plinius de ipſo Ariſt.

Quantum fuerit Ariſ. ingenium.

philoſophi ante Ariſtotelem pauca, atque ea confuſe. Primus omnium Plato eleganter ſane multa, & docte, ſed ad docendum diſcendumque parum accommodate. Ariſtotelis omnia ordinem, & formam habent inſtitutionis ac diſciplinæ, nec fuit dexteritas in aliquo ad artes tradendas par. omnia vero ſunt illi certis præceptis, & formulis conſcripta, ea breuitate, & grauitate verborum ac ſententiarum, vt accipi facile, retinerique poſſint, & ad vſum cum res poſtulat, accommodari. Verba autem nullus Græcorum habet æque, appoſita, ita vt ex rebus videantur naſci, quas tractat. Non perſequitur rerum floſculos, & orationis deliciolas, queis inani oblectamento delinitum lectorem teneat, poſtea remittat vacuum. Plena eſt illius oratio ingenti fructu cognitionis rerum ſciri dignarum: non captat præſentem gratiam leuem ac momentaneam, ſed adfert diuturnam vtilitatem. idcirco nec ad quemlibet guſtum facit tantus author, nec quemlibet lectorem deſiderat. Volunt Ariſtotelis opera lectorem ingenij non acuti tantum, ſed etiam profundi, ſolidi, ſani circumſpecti, volunt attentũ diligentem, imbutum lectione variorum authorum, & cognitione rerum multarum. hæc ſi deſint, nihil Ariſtotelicis libris exiſtimabitur aſperius, inſuauius, inamœnius, quemadmodum nonnulli de eo iudicant, vel propter ignorantiam, vel propter teneritudinem ingeniorum, pondus non ferentes tantæ doctrinæ: quẽadmodum infirmis oculis lux ſolis, & diei ſplendor moleſtus eſt. quo nihil eſt ſanis, & valentibus iucundius. verum vt Ariſtoteles primus inueniebat prope omnia, ita non poterat noua inuenta omnino vnus excolere, atque expolire. Erant etiam nonnulla, quæ propter nouitatem nondum habebat ſatis explorata, & percognita. Accedebat ad hæc ingenium viri tectum, & callidum, & metuens, reprehenſionis: quod inhibebat eum, ne proferet interdũ aperte, quæ ſentiret, inde tã multa per eius opera obſcura, & ambigua.

De

D. E A L I B R I S I L L I V S.

Libri eius diu latuerunt, cum bibliotheca Theophraſti diſcipuli, quæ ad hæredes imperitos deuoluta, multis annis in tenebris, & ſqualore iacuit, uſque ad tempora L. Syllę Dictatoris, qui bibliothecam illam coemit, & libros deſcribendos, in ordinemque redigendos Tyrannioni dedit grammatico, ſicut authores ſunt Plutarchus Chæronæus, & Strabo. Poſt eã tẽpora fuerunt in omnium manibus, ſed non magno in pretio, propter difficultatem ſenſum, quos pauci penetrabant, quouſque Alexander Aphrodiſienſis, Antoninorum temporibus diligens Ariſtotelis lector, commentarios in multa illius opera conſcripſit, tum primum cœpit Ariſtoteles, & legi, & intelligi, & uerſari in hominum manibus, nimirum intellecta utilitate, quæ ex illius attenta lectione caperetur. Verum non omnia illius ingenij monimenta, etiam quæ L. Sylla inuenit, ad noſtram ætatem peruenerunt: quod eſt intelligere ex iis, quæ a ueteris memorię ſcriptoribus citantur M. Tullius in ſecundo lib. de Natura deorum, argumẽtum adfert Ariſt. quo ille Dei prouidẽtiam ex conſideratione pulchritudinis ordiniſque mundi huius colligebat. atqui argumẽtum hoc apud Ariſtotelem, quem habemus, nuſquam legitur. Idem Cicero libros Ariſtotelis de Nat. Deorum uiſos à ſe teſtatur. Seruius grammaticus Ariſtotelem citat dicentem, aliqua numina mari. Iſidorus, non Hiſpalenſis antiſtes, ſed antiquior quidam, & Clemens in Stromatibus, aſſerunt Ariſtotelem de dijs localibus mentionem feciſſe, qui urbibus, & regnis præſiderent. Tranſeo quæ de Ariſtotelis ſcriptis recenſet Laertius, qui uoluminum eius ſummam ad quadringenta perducit, de quibus quidem nihil dubitetur, & multo aliter diſtinguit libros quã nos. Ac ut non omnia Ariſt. habemus, ita quædam ſub noĩe illius aliena circũferuntur, ꝙ eſt Ariſt. cũ omnibus fere magni nominis ſcriptoribus cõc. Iam de ſingulis dicamus libris.

PERI-

LIBER hic dicitur de interpretatione, quoniam in eo Philoſophus interpretatur, quid ſit nomen, quid uerbum, quid oratio, quid pronunciatum, quæ ſunt quidem partes grammatici. explicat tamen illa Ariſtoteles in operæ dialectico, quod grammatica nondum eſſet illa ætate inuenta, hæc utique grammatica, qua nunc utimur. nam olim priſci homines cognitionem elementorum, & ſyllabarum, ſcriptionem rectam ac legitimam, tum pronunciationem germanam, & propriam cuiuſque linguæ, grammaticam nuncupabant, iam inde ab Homeri ſeculo. Itaque grammatici munere Ariſtoteles fungitur in prima operis huius parte. Vnus eſt liber περὶ ἑρμηνείας non duo. Diſputatio autem illa de futuris indefinitis, quæ contingentia nuncupantur, perplexa eſt, & difficilis, atque eo magis, quod Ariſtoteles diſputat ſecum ipſe, obiicit ſibi argumenta, & diſſoluit, confuſis omnino diſtinctionem notis; ita vt dialogiſmus ſit abſque perſonis, ſed ſi diſtinctiones diligenter animaduertantur, dilucidior fiet tota tractatio.

CATEGORIAE.

OPVS hoc deſumptum eſt ex prima philoſophia, quæ μετὰ τὰ φυσικά nominatur, ſed hæc tractantur illic, ut res in categoriis autem, ut uoces, res illas ſignificantes: idcirco categoriæ nominantur, quaſi prædicationes, ut uulgo uertunt, uno autem uerbo Latinæ dicere perdifficile. Sunt autem hæc modi quidam, & uelut rationes, queis primas eſſentias, hoc eſt, ſingulæ rerum denominamus, conſignamus: configuramus, conueſtimus, ſeu quod aliud uocabulum magis placet, aut ſi quod eſt iſtis aptius. Dicimus enim Socratem animans eſſe, & album, & proceram, & maritum, & Athenienſem, & quæ ſunt eiuſmo

di. Sed denominationes iſtæ ex rebus pendent. atque ut res ſeparare,ac ſegregare operoſum eſt,& arduum, ita, & categorias iſtas. multum tantum ab Ariſt. eſt profectum, plurimum confoſſum uix uno decurſu.

PRIORA ANALYTICA.

POST explicatas pronunciationes rationesque aliorum de aliis pronunciandi atque iudicandi, tradit Ariſtoteles præcepta, quemadmodum in ratiocinationem connectantur. Vocat autem analytica, hoc eſt, reſolutiua, quod ratiocinationes in partes ſuas diſſoluat,& ex quibus conſtent perhibeat. Ipſum totum facile eſt cuiuis intueri,etiam imperitiſſimo,noſſe autem ex quibus componatur, quaſique conflетur, & id docere, non niſi docti atque artificis. Nihil excogitari potuit ad omne artium ac ſcientiarum genus conducibilius,quam ſyllogiſmorum formulæ,nihil rurſum moleſtius, quam quæ de neceſſario, poſſibili,impoſſibili,& contingenti, comparat,& coniungit inter ſe,magno quidem illa acumine, quis neget? ſed inutiliter.

POSTERIORA.

DVO ſunt in ſyllogiſmo,tanquam in homine corpus,& animus.In corpore eſt materia,& diſpoſitio ac ordo partium,in animo uis,& uita,& actio.in ſuperioribus analyticis Ariſtoteles velut de ſyllogiſmi præcipit corpore,hoc eſt,de partibus, deque illarũ nexu, & compoſitione: ideoque priora nominantur. In his autem poſterioribus,hoc eſt,interioribus,& magis recõditis de anima ipſa ſyllogiſmi,nempe de demõſtratione de ui, & efficacia rationis. Analytici libri ſub Ariſto.nomine multi olim circũferebãtur,ſed hi quatuor ex orationis filo,totiusque præcipiendi rationis modo ac facie,Ariſt.ſunt adiudicati,cæteris reiectis.

HOC eſt loci,vnde ducuntur argumenta.Opus eſt octo voluminibus. diſtinctum, varium ſane, hoc eſt, multę eruditionis,& obſeruationis rerũ diuerſarum. Sed vt illa omnia primus ipſe pariebat, non potuit tam multa ſimul edere, ſimul expolire.itaque relicta eſt velut ingens quædam materia,& diues,ad exturen dum pulcherrimum ædificium. Eruere ex quantumlibet ſedula & attenta lectione illorum librorum, rationem inueniendi argumẽta, haud facile quiſquam poſſit. Rhetoribus hoc debent dialectici, qui obſcuritatem hanc illuſtrauerunt, & tradiderunt, quis eſſet materiæ iſtius uſus, quod Cicero præſtitit in topicis ad Trebatium. Nam partem hanc de dialectica inuentione,& rhetores auide occupauerunt, tãquam ſuam,& dialectici verecunde ceſſerunt,tanquam alienam, non id recenti vitio, vt alia permulta, ſed ab Stoicis ipſis factitato, qui philoſophorum omnium acerrimi ſunt Dialectici exiſtimati.

ELENCHI.

ELENCHVS multa ſignificat,ſed hoc loco pro redargutione ſumitur. Libri ſunt duo, ad cauendas ſophiſticas captiones & ne in diſſerendo falſa pro veris per ignorationem colligamus, aut admittamus. Huic operi initium dedit Plato in Euthydemo. oſtenduntur illic pauci, quidem doli diſputatoris captioſi: Ariſtoteles autem rem omnem,vt ſolet, à primis initiis complexus, digeſſit in ordinem & formulas. Cauendum tamen, ne & Latini homines fallantur,dum Græcæ linguæ exempla parum congruenter aptantur ad Latinam. Abſoluta eſt ijs libris omnibus dialecticæ omnis, & de inueniendo argumento, & de inuentis iudicando.

PORPHYRII COMMMVNIVM QVINQVE VOCVM,

Siue Prædicabilium Liber, in Ariſtotelis dialecticam Introductio,

Seuerino Boetho Interprete.

SVMMA HVIVS LIBRI.

De quinque prædicabilium, ſeu Quinque Vocum natura: & de Communitatibus, ac Proprietatibus, & differentiis eorundem.

Præfatio ad Chryſaorium. Caput primum.

CVM SIT neceſſarium Chryſaori, & ad eam, quæ eſt apud Ariſtotelem prędicamentorũ doctrinã, noſſe quid ſit genus, quid differétia, quid ſpecies, quid proprium, & quid accidens: & ad diffinitionum aſſi gnationem, & omnino ad ea, quæ de diuiſione & demonſtratione ſunt: vtili exiſtente iſtarum rerum ſpeculatione, compendioſam tibi traditionem faciens, tentabo breuiter, velut introductionis modo, ea quæ ab antiquis dicta ſunt aggredi: ab altioribus quidem

Vtilis potius, quam neceſſaria ė iſta quinque vocum notitia.

quæſtio-

Harũ quæſtionum ſolutiones vide 7. Meta.

quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores vero mediocriter coniectaus. Mox de generibus & ſpeciebus, illud quidem ſiue ſubſiſtant ſiue in ſolis nudis intellectibus poſita ſint: Et ſiue ſubſiſtentia corporalia ſint, an incorporalia: Et utrum ſeparata, an in ſenſibilibus poſita, & circa hæc conſiſtentia, dicere recuſabo. altiſſimum enim eſt huiuſmodi negotium, & alius maioris egens inquiſitionis. Illud vero quemadmodum de his, ac de propoſitis [magis probabiliter* antiqui tractauerunt, & horum maxime Peripatetici, tibi nunc tentabo monſtrare.

* λογικώτερον magis logicæ.

De genere. Cap. I I.

Generis nomen æquiuocũ eſt, in tẽtio uero uniuoca.

* Interpres uſus ẽ hoc noĩe Romanorũ, ꝙ hoc Latinis ſit notius, uerũ in Græcis legitur. ἡρακλειδῶν Heraclidarum.

VIdetur autem neque genus neque ſpecies ſimpliciter dici. Genus enim dicitur & aliquorum quodammodo ſe habẽtium ad vnum aliquod, & ad ſeinuicem collectio. Secundum quam ſignificationem,* Romanorum dicitur genus, ab vnius ſcilicet habitudine(dico autem Romuli) & multitudinis habẽtium aliquo modo adinuicem eam quæ ab illo eſt cognationem ſecundum diuiſionem ab alijs generibus dictum. Dicitur autem & aliter rurſus genus, quod eſt vniuſcuiuſque generationis principium: vel ab eo, qui genuit, uẽl ab eo loco, in quo quis genitus eſt. Sic enim Oreſtem quidem dicimus à Tantalo habere genus, Hylum autem ab Hercule. & rurſus, Pindarum quidem Thebanum eſſe genere, Platonem uero Athenienſem. Etenim patria principium quoddam eſt uniuſcuiuſque generationis, quẽadmodum, & pater. Hæc autem uidetur promptiſſima eſſe ſignificatio. Romani enim dicuntur qui ex genere deſcendunt Romuli, & Cecropidæ, qui à Cecrope,* & horum proximi. Et prius quidem appellatum eſt genus vniuſcuiuſque generationis principium. dehinc etiam & multitudo eorum, qui ſunt ab uno principio, ut à Romulo: [quod* diuidentes, & ab

*Anti. Codex habet, genus hñt. quam.

ab aliis ſeparantes, dicebamus omnem illam collectionem Romanorum genus. Aliter autem rurſus genus dicitur, cui ſupponitur ſpecies: ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum. Etenim principium quoddam eſt huiuſmodi genus, earum, quæ ſub ipſo ſunt, ſpecierum. videtur etiam & multitudinem continere omnem ſpecierum, quæ ſub eo ſunt. Tripliciter igitur, cum genus dicatur, de tertio apud philoſophos ſermo eſt: quod etiam deſcribentes aſſignauerunt, Genus eſſe dicentes, quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur, ut animal. Eorum enim, quæ prædicantur, alia quidem de uno dicuntur ſolo, ſicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc: alia uero de pluribus, quemadmodum genera, & ſpecies, & differentia, & propria, & accidentia communiter, ſed non proprie alicui. Eſt autem genus quidem, ut animal: ſpecies vero vt homo: differentia autem, ut rationale: proprium, vt riſibile: accidens, vt album, nigrum, ſtare, ſedere. Ab iis igitur, quæ de uno ſolo prædicantur, differunt genera, eo quod hæc de pluribus prædicantur. Ab iis autem, quæ de pluribus: à ſpeciebus quidem, quoniam ſpecies, etſi de pluribus prædicantur, non tamen de differentibus ſpecie, ſed [numero. *homo enim, cum ſit ſpecies, de Socrate & Platone prædicatur, qui non ſpecie à ſeinuicem differunt, ſed numero: animal vero cum ſit genus, de homine, & boue, & equo prædicatur, qui differunt à ſeinuicem ſpecie, non numero ſolum. A proprio vero differt genus: quoniam proprium quidem de una ſola ſpecie, cuius eſt proprium prædicatur, & de iis, quæ ſub ipſa ſpecie ſunt indiuiduis. quemadmodum riſibile de homine ſolo, & de particularibus hominibus. genus autem non de una ſpecie prædicatur, ſed de pluribus & differẽtibus. A differentia uero, & ab iis, quæ communiter ſunt accidentia, differt genus: quoniam & ſi de pluribus, & differentibus ſpecie prædicantur

Generis deſcriptio.

Idẽ. 1. Top. cap. 2.

* Numero ſolum.

diffe-

differentiæ, & communiter accidentia, non tamen in eo quod quid eſt prædicantur, [ſed in eo, quod quale quid eſt.* Interrogantibus enim aliquibus: quid eſt illud de quo prædicantur hæc, genus reſpondebimus, differentias autem [& accidentia* non reſpondebimus. non enim in eo quod quid eſt prædicantur de ſubiecto, ſed magis in eo quod quale quid eſt. interroganti enim, quale quid eſt homo? dicimus, quòd rationale: & in eo, quod quale quid eſt coruus, dicimus, quod nigrum. Eſt autem rationale quidem differentia, nigrum vero accidens. quando autem quid eſt homo interrogamur, animal reſpondemus. eſt autem hominis genus, animal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab iis, quæ de vno ſolo eorum, quæ ſunt indiuidua, prædicantur. Hoc vero, de differentibus ſpecie, ſeparat ab iis, quæ ſicut ſpecies prædicantur, vel ſicut propria. in eo autem, quod quid eſt prædicari, diuidit à differentiis & communiter accidentibus, quæ non in eo quod quid eſt, ſed in eo quod quale quid eſt, vel quomodo ſe habet vnumquodque, prædicatur de iis, de quibus prædicantur. Nihil igitur ſuperfluum, neque minus continet, generis dicta deſcriptio notionis.

*a.l.ſed magis ĩ eo qđ quale quod eſt vel qũo ſe habens.

*al.l.& cõiter acciden tia.

De ſpecie. Cap. III.

SPecies autem dicitur quidem & de uniuſcuiuſq; forma, ſecũdum quam dictum eſt, Prima quidem ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autem ſpecies & ea, quæ eſt ſub aſſignato genere: ſecundum quam ſolemus dicere hominem quidẽ ſpeciem animalis, cum ſit genus animal. album autem coloris ſpeciem, triangulum vero figuræ ſpeciem. Quòd ſi etiam genus aſſignantes ſpeciei meminimus dicẽtes, quod de pluribus & differentibus ſpeciẽ in eo quod quid eſt prædicatur, & ſpeciem dicimus id, quod ſub aſſignato ge-

Primũ quidẽ ſpecies, Euripidis verſus.

Obiectio.

to genere eſt: Noſſe oportet quod, & quoniam genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrumque vtriuſque, idcirco neceſſe eſt in vtrorumque rationibus vtriſque vti. Aſſignant ergo & ſic ſpeciem. Species eſt, quæ ponitur ſub genere: & de qua genus in eo quod quid eſt prædicatur. Amplius autem ſic quoque: Species eſt, quæ de pluribus & differentibus numero in eo quod quid eſt prædicatur. ſed hæc quidem aſſignatio ſpecialiſſimæ eſt, & quæ ſolum ſpecies eſt, non autem & genus: aliæ vero erunt etiam non ſpecialiſſimarum. Planum autem erit quod dicitur hoc modo. In vnoquoque prædicamento ſunt quædam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima; & inter generaliſſima, & ſpecialiſſima ſunt alia: quæ genera & ſpecies dicuntur eadem. Eſt autem generaliſſimum quidem, ſupra quod nullum aliud ſit ſuperueniens genus. Specialiſſimum autem eſt, poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimum autem & ſpecialiſſimum alia, quæ genera & ſpecies ſunt eadem: ad aliud tamen, & ad aliud ſumpta. Fiat autem in vno quidem prædicamento manifeſtum quod dicitur. Subſtantia eſt quidem & ipſa genus, ſub hac autem eſt corpus: & ſub corpore, animatum corpus, ſub quo animal, ſub animali vero, rationale animal: ſub quo homo: ſub homine vero, Socrates & Plato, & qui ſunt particulares homines. Sed horum ſubſtantia quidem generaliſſimum eſt, & quod genus ſolum: homo vero ſpecialiſſimum, & quod ſolum ſpecies. corpus autem ſpecies quidem eſt ſubſtantiæ, genus vero animati corporis. ſed & animatum corpus ſpecies quidem eſt corporis, genus vero animalis. rurſus animal ſpecies quidem eſt corporis animati, genus vero rationalis animalis, ſed rationale animal ſpecies quidem eſt animalis, genus autem hominis. homo vero ſpecies quidem eſt rationalis animalis, non autem genus particularium hominum, ſed ſolum ſpecies. & omne quod ante indiuidua propinquæ prædicatur, ſpecies erit ſolum, non etiam genus.

Solutio.

Genus eſt principium totius naturalis poſitionis ſpeciei ſub genere, nō ſic autem indiuiduum ſub genere eſt.

DESCRIPTIO ORDINIS
Generum ac ſpecierum in predicamento ſubſtantiæ.

Genus	Subſtantia	Generaliſſimũ
Sp ecies	Corpus	& Genus
Species	Corp⁹ aĩatũ	& Genus
Species	Animal	& Genus
Species	Rõnale aĩal	& Genus
Species	Homo	Specialiſſima
Particulares	Soc. & Plat.	Homines

QVEMADMODVM igitur ſubſtantia cum ſuprema ſit, eo quod nihil ſupra eam ſit, genus eſt generaliſſimum: ſic etiam homo, cum ſit ſpecies, poſt quam non eſt alia ſpecies, neque aliquid eorum, quæ poſſunt diuidi in ſpecies, ſed ſolum indiuidua (indiuiduũ enim eſt Socrates & Plato, & hoc album) ſpecies erit ſolum & ultima ſpecies, &, vt dictum eſt ſpecialiſſima. quæ vero ſunt in medio, eorum quidem, quæ ante ipſa ſunt, erunt ſpecies, eorum autem, quæ poſt ipſa ſunt, genera. Quare hæc quidem duas habent habitudines, eam, quæ eſt ad ea, quæ antecedunt, ſecundum quam ſpecies ipſorum eſſe dicuntur: & eam, quæ eſt ad poſteriora, ſecundum quam genera ipſorum eſſe dicuntur. Extrema vero vnam habent habitudinem. Nam & generaliſſima ad ea quidem, quæ poſteriora ſunt, habet habitudinem, cum ſit genus omnium id, quod eſt ſupremum:

mum : eam vero, quæ ad ſuperiora, non habet, cum ſit ſupremum & primum principium, &, vt diximus, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimum autem vnam habet & ipſum habitudinem. hanc quidem, quæ eſt ad ſuperiora, quorum eſt ſpecies: hãc vero, quæ eſt ad poſteriora, non diuerſam habet habitudinem, ſed eandem, & ſpecies indiuiduorum dicitur. ſed ſpecies quidem dicitur indiuiduorum, velut ea continens, ſpecies autem ſuperiorum, velut quæ ab eis continetur. Determinant igitur generaliſſimum genus ita, quod cum genus ſit, non eſt ſpecies. Et rurſus, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimam vero ſpeciem ſic, quæ cum ſit ſpecies, non eſt genus. Et quæ cum ſit ſpecies, [in ſpecies diuidere* non poſſumus. Adhuc autem, & quæ de pluribus, & differentibus numero in eo quod quid eſt prædicatur. Ea vero, quæ in medio ſunt extremorũ, ſubalterna uocant genera, & ſpecies, & vnumquodque ipſorum ſpeciem eſſe, & genus ponunt: ad aliud tamen & aliud ſumptum. ea enim, quæ ſunt ante ſpecialiſſima vſq; ad generaliſſimum aſcendentia, & genera dicuntur] & ſpecies ſubalterna,* vt Agamennon, Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis.† Sed in familiis quidem plerunque ad vnum reducuntur principium, verbi gratia, ad Iouem: in generibus vero & ſpeciebus non ſic ſe habet. Neque enim eſt commune unum genus omnium ens. nec omnia eiuſdem generis ſunt ſecundum vnum ſupremum genus, quemadmodum dicit Ariſt. ſed poſita ſint (quemadmodum in prædicamentis dictum eſt,) prima decem genera, quaſi prima decem principia. Et ſi omnia quis entia vocet, æquiuoce, inquit, nuncupabit, ſed non vniuoce. Si enim vnum eſſet commune omnium genus ens, vniuoce omnia entia dicerẽtur. Cum vero decem ſint prima, communio ſecundum nomen eſt ſolum, non tamen ſecundum rationem, quæ ſecundum nomen eſt. Decem igitur generaliſſima quidem ſunt, ſpecialiſſima vero in numero quidem quodam ſunt, non tamen infinito. indiui-

*a.l. in ſpẽs amplius diuidere.

*al.l. & ſpẽs & ſubalterna genera.

Ens non eſt genus vniuoce dictũ de decẽ generibus entium.

dua autem quæ ſunt poſt ſpecialiſſima infinita ſunt. Quapropter vſq; ad ſpecialiſſima à generaliſſimis deſcendẽtes iubebat Plato quieſcere: deſcendere aũt per media diuidentes ſpecificis differentijs. Infinita vero, inquit, relinquenda ſunt. [neq; enim eorũ * ſcientiam poſſe fieri. Deſcendẽtibus igitur ad ſpeciali ſſima neceſſe eſt diuidentes per moltitudinẽ ire, aſcendẽtibus vero ad generaliſſima neceſſe eſt colligere moltitudinem in vnum. Collectiuum enim multorũ in vnam naturam ſpecies eſt, & etiã magis id, quod genus eſt. particularia vero & ſingularia econtrario ſemper in multitudinem diuidunt id, quod vnũ eſt. Participatione enim ſpeciei plures homines, vnus, particularibus aũt & ſingularibus vnus & cõmunis plures. diuiſiuũ enim ſemper eſt quod ſingulare eſt, collectiuũ autem & adunatiuũ, quod commune eſt. Aſſignato autem genere, & ſpecie quid ſit vtrunq; eorum, & genere quidem vno exiſtente, ſpeciebus vero pluribus (ſemper enim in plures ſpecies, diuiſio generis eſt) genus quidẽ ſemper de ſpecie prædicatur, & omnia ſuperiora de inferioribus, ſpecies autem neque de proximo ſibi genere, neque de ſuperioribus: neque enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de æquo: aut maiora de minoribus, vt animal de homine, minora vero de maioribus minime. neq; enim dices animal eſſe hominẽ, quemadmodum hominẽ dices eſſe animal. De quibus autẽ ſpecies prædicatur, de ijs neceſſario, & ſpeciei genus prædicabitur, & generis genus vſq; ad generaliſſimum ſi enim verum eſt dicere Socrat. hominem, hominem autem animal, animal autem ſubſtantiam. verum eſt, & Socratem animal dicere, atque ſubſtantiam] ſemper enim cum * ſuperiora de inferioribus prædicentur, ſpecies quidem de indiuiduis prædicabitur, genus autem, & de ſpecie, & de indiuiduo: generaliſſimum vero de genere, vel generibus, ſi plura ſint media, & ſubalterna, & de ſpecie, & de indiuiduo. dicitur enim generaliſſimũ quidem de omnibus ſub ſe poſitis generibus, & ſpeciebus, & indiuiduis. genus aũt, quod

*a. l. neque enim aliquãdo eorũ.

Genus extẽ ſiue magis collectiuũ eſt quã ſpecies, nõ aũt intenſiue.

Idẽ in ante prædicamẽ. cap. 4.

Regula maiora sũt magis vniuerſalia, quæ nõ niſi per accidens de minoribus, ideſt minus vſibus, vel inferiorib9 prædicãtur.

*a. l. ſemper igitur cum

quod ante ſpecialiſſimum eſt, de omnibus ſpecialisſimis & indiuiduis. ſolum autem ſpecies de omnibus [indiuiduis. * indiuiduum autem de uno ſolo [particulari, * indiuiduum autem dicitur Soc. & hoc album, & hic veniens Sophroniſci filius, ſi ſolus ſit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiuſmodi, quoniam ex proprietatibus conſiſtit vnumquodque eorum, quarum collectio, nunquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates nunquam in aliquo alio particularium erunt eædem. eæ vero, quæ ſunt hominis proprietates (dico autem eius, qui eſt communis) erunt eædem in pluribus, magis autem & in omnibus particularibus hominibus, in eo quòd homines ſunt. Continetur igitur indiuiduum quidem ſub ſpecie, ſpecies autem ſub genere. Totum enim quidam eſt genus, indiuiduum autem pars, ſpecies vero, & totum eſt, & pars. ſed pars quidem alterius, totum autem non alterius, ſed in alijs, in partibus enim totum eſt. De genere igitur & ſpecie, & quid generalisſimum, & quid ſpecialisſimum. & quæ genera eadem, & ſpecies ſint, quæ etiam indiuidua, & quot modis genus & ſpecies dicantur, ſufficienter dictum eſt.

*a.l. indiuiduis, vt hō. *a.l. particulariū indiuiduorum.

Genus eſt totum vl'e, pars autem diffinitiua, ſpecies totū quodam diffinibile & vl'e, pars aūt īferior gn̄e.

Genus, cum collectionem ciuilem, ac multitudinis ciuilis principium dicatur ſignificare, nec non id eſſe dicant Philoſophi, cui ſupponitur ſpecies, iure ex æquiuocis acceptum, illud eſſe dicitur quod de pluribus differentibus ſpecie in eo, quod quid ſit prædicatur.

Genus generaliſſimum eſt quod, cum ſit genus non habet ſupra ſe aliud ſupraueniens genus.

Genus ſubalternum eſt, quod cum ſit genus, poteſt eſſe ſpecies, varijs tamen relationibus.

Species dicitur aliquādo forma, nōnunquā id quod ponitur ſub genere, & de qua genus prædicatur.

Species eſt quæ de pluribus differentibus numero in eo quòd quid ſit prædicatur.

Species & genus ſunt correlatiua.

Generaliſsima ſunt tantum decem, ſub nullo tamen genere contenta.

Ens non eſt genus decem prædicamentis.

Specialiſſima ſunt in definito numero, nobis tamen incerto.

Indiuidua cum ſint infinita, ab arte ſunt penitus relinquenda.

De differentia. Cap. 4.

DIfferentia vero & communiter, & proprie, & proprijſſime dicatur. Nam cõmuniter quidem differre alterũ ab altero dicitur, quod alteritate differt quocunque modo, vel à ſeipſo, vel ab alio. differt enim Socrates à Platone alteritate, & ipſe à ſeipſo, & puero exiſtente & viro facto, & faciente aliquid, vel quieſcente: & ſemper in aliquo modo habendi ſe alteritatibus ſpectatur. Proprie autem differre alterum ab altero dicitur, quãdo inſeparabili accidente alterũ ab altero differt. Inſeparabile vero accidens eſt, vt cæcitas oculorum, aut naſi curuitas, aut cicatrix, cũ ex vulnere occalluerit. Propriiſſime autem differre alterũ ab altero dicitur, quãdo ſpecifica differẽtia differt: quemadmodũ homo ab equo ſpecifica differentia differt, rationalis qualitate. Vniuerſaliter ergo omnis differẽtia addita alicui alterum facit. ſed eæ quidem, quæ & communiter, & propriæ ſunt, alteratũ faciunt, quæ vero proprijſſime, aliud. Quæ quidẽ igitur aliud faciunt ſpecificæ vocantur, illæ vero, quæ alteratũ, ſimpliciter differentiæ: animali enim adueniens rationalis differentia, aliud fecit: eius autem, quod eſt moueri, alteratũ ſolũ à quieſcente fecit. quare hæc quidem aliud,

aliud,illa vero alteratum ſolum fecit. Secundũ igitur aliud facientes differentias, diuiſiones generum in ſpecies,& diffinitiones aſſignantur, quæ ſunt ex genere,& huiuſmodi differentijs: Secundum autem ea, quæ ſolum alteratum faciunt,alteritates ſolum conſiſtunt,& aliquo modo ſe habentis permutationes. A ſuperioribus ergo rurſus inchoanti dicendum,differentiarũ quidem alias eſſe ſeparabiles, alias vero inſeparabiles. moueri enim,& quieſcere,& ægrũ eſſe, & ſanũ eſſe,& quecunq; his proxima ſunt, ſeparabilia ſunt.at vero aquilinum eſſe,vel ſimũ, vel rationale,vel irrationale inſeparabilia ſunt. Inſeparabilium autẽ aliæ quidem ſunt per ſe,aliæ vero per accidens. Nam rationale per ſe ineſt homini,& mortale,& diſciplinæ eſſe ſuſceptiuum. at vero aquilinum eſſe,vel ſimum per accidens, & non per ſe. Illæ igitur, quæ per ſe ſunt,in ſubſtantiæ ratione accipiuntur, & faciũt aliud, illæ vero, quæ ſecundũ accidens, nec in ſubſtantiæ ratione accipiuntur,nec faciunt aliud,ſed alteratum.Quæ quidem igitur per ſe ſunt, non ſuſcipiunt magis,& minus, quæ vero per accidens, etſi inſeparabiles ſint,intenſionem accipiunt, & remiſſionem. nam neq; genus aut magis, aut minus prædicatur de eo, cuius fuerit genus, neq; generis differentiæ, ſecundum quas. [diuiditur* ipſe enim ſunt,quæ vniuſcuiuſque rationem complent.eſſe autem vnicuique vnum, & idem neque intenſionem, neque remiſſionẽ ſuſcipiens eſt.aquilinum autem eſſe, vel ſimũ, vel coloratũ,aliquomodo,& intenditur,& remittitur. Cum igitur tres ſpecies differentiæ conſiderentur: & hæ quidem ſint ſeparabiles, illæ vero inſeparabiles.& rurſus inſeparabilium,hæ quidem ſint per ſe,illæ vero per accidens.rurſus earum,quæ per ſe ſunt differentiarum,aliæ quidem ſunt, ſecundum quas diuidimus genera in ſpecies,aliæ vero, ſecundum quas ea, quæ diuiſa ſunt ſpecificãtur: vt cum per ſe differentiæ omnes huiuſmodi animalis ſint, animatum, & ſenſitiuum,rationale,& irrationale,mortale, & immortale: animati quidem, & ſenſitiui differentia conſtituta eſt

*al.l.diuiditur genus ſpecies.

ſubſtãtiæ animalis(eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſitiua) mortalis vero, & immortalis differentia, & rationalis, & irrationalis diuiſiuæ ſunt animalis differentiæ: per eas enim genera in ſpecies diuidimus. Sed eæ quidem, quæ diuiſiuæ ſunt differentiæ, generum complectiuæ fiunt, & cõſtitutiuæ ſpecierum. Diuiditur enim aĩal rationalis,& irrationalis differẽtia, & rurſus mortalis, & ĩmortalis differẽtia. ſed rõnalis, & mortalis differẽtiæ conſtitutiuæ fiũt hominis, rationalis vero,& immortalis Dei: irrationalis aũt & mortalis,irrationaliũ aĩalium. Sic vero & ſupremæ ſubſtãtie,cum diuiſiuæ ſint aĩati & inaĩatis differẽtiæ, & ſenſitiui, & inſenſitiui, animata quidẽ & ſenſitiua vnà cũ ſubſtantia acceptæ,animal perfecerunt,animata vero, & inſenſitiua perfecerunt plantã. Quoniã ergo eædem aliquo modo quidẽ acceptæ fiunt conſtitutiuæ, aliquo modo autẽ diuiſiuæ, ſpecificæ omnes vocantur, & his maxime opus eſt ad diuiſiones generum, & ad diffinitiones, ſed nõ his, quæ ſecundũ accidens,inſeparabiles ſunt,neq; etiam magis ijs, quæ ſunt ſeparabiles. Quas etiam determinantes dicunt. Differentia eſt qua abundat ſpecies à genere. Homo enim plus habet quanquã animal,rationale,& mortale:aĩal enim nihil horũ eſt. Nam vnde ſpecies haberent differẽtias? neq; vero oẽs oppoſitas habet, quoniam idem ſimul habebit oppoſita. Sed quemadmodum cenſent, poteſtate quidem habet omnes eorum, quæ ſub ſe ſunt, differentias,actu vero nullam. ac ſic, neque ex ijs, quæ non ſunt aliquid fit,neque oppoſita circa idem erunt. Diffiniunt autem eam & hoc modo. Differentia eſt, quæ de pluribus, & differentibus ſpecie in eo quod quale quid eſt prædicatur. Rationale enim & mortale de homine prædicatum in eo quod quale quid eſt homo dicitur:ſe non in eo quod quid eſt. quid eſt enim homo, nobis interrogatis, conueniens dicere animal: quale autem animal inquiſitis, quod rationale & mortale eſt conuenienter aſſignabimus. * Rebus enim ex materia, & forma conſtantibus, vel ſecundum proportionem ad materiam

Eſt.n.differẽtia extranea à conceptu generis vel præter ipsũ genus: intrinſeca aũt ipſi ſpeciei.

* Sunt autẽ hæc natura, & artificialia.

riam & formam,conſtitutionem habentibus,quemadmodum ſtatua ex materia quidem eſt ære,ex forma autem figura:ſic & homo cõmunis & ſpecialis ex materia quidem , proportionaliter conſiſtit, ex genere, ex forma autem,differentia.totum autem hoc, animal rationale mortale , homo eſt, quemadmodum illic ſtatua. Deſcribunt autem & hoc modo, Differentia eſt quod aptum natum eſt diuidere ea , quæ ſub eodem genere ſunt. Rationale.n.& irrationale,hominem,& equum, quæ ſub eodem genere ſunt,quod eſt animal , diuidũt. Aſſignant autem & hoc modo, Differentia eſt qua differunt a ſe ſingula.Nanq; homo & equus,ſecundum genus non differunt,ſumus enim animalia , nos & equi , ſed additum rationale diſiunxit nos ab illis , & rationales ſumus & nos & dij,ſed mortale appoſitum diuiſit nos ab illis. Exactius aũt pertractantes ea, quæ ad differentiã pertinent, dicunt nõ quodlibet diuidentiũ ea,quæ ſub eodem genere ſunt,eſſe differentiã , ſed qđ ad eſſe cõducit,& quod quid erat eſſe, & ꝙ rei pars eſt. Neq;.n.quod natum eſt nauigare, eſt hominis differentia,& ſi ſit proprium hominis . dicere.n.poſſumus animalium hæc quidem apta eſſe ad nauigandum , illa vero minime,diuidentes hominem ab alijs , ſed aptũ natum eſſe ad nauigandum non eſt ſubſtantiæ completiuũ,nec eius pars,ſed aptitudo ſolum ipſius : iccirco,q̃a non eſt talis differentia , quales ſunt quæ ſpecificæ dicuntur differentię.Erunt ergo ſpecificę differẽtiæ,quęcunq; alterã faciũt ſpeciẽ, & quæcũq; in eo qđ q̃d erat eſſe accipiunt. Et de differentia quidẽ tot ſufficiant.

Differentia tripliciter dicitur : communiter , proprie , & magis proprie.

Differentiarum . aliæ ſeparabiles , aliæ uero i ſeparabiles.

Differentiarum aliæ alteratum & alterum faciunt, aliæ uero aliud.

Differen-

Differentiæ communiter faciunt alterum, propriæ uero alterum & alteratum, propriiſſimæ faciunt aliud.

Differentiæ aliæ ſunt diuiſiuæ, aliæ conſtitutiuæ, diuiſiuæ generis, conſtitutiuæ ſpecierum.

Differentia eſt qua ſpecies abundat a genere.

Differentia eſt qua differunt a ſe ſingula.

Differentia eſt quæ conducit ad eſſe, & rei pars eſt.

Differentia eſt quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quòd quale quid ſint.

De proprio. Cap. V.

Vide. 1. Top. c. 2.

PRoprium vero quadrifariam diuidunt. Nam & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi non omni, proprium dicitur, vt homini medicum eſſe, vel geometram. Et quod omni accidit ſpeciei, & ſi non ſoli: quemadmodum homini eſſe bipedem. Et quod ſoli, & omni, & aliquando: vt omni homini in ſeneſtute caneſcere. Quartum autem id, in quo conuenerunt, & ſoli, & omni, & ſemper: quemadmodum homini eſſe riſibile. Nam & ſi non ſemper rideat, tamen riſibilis dicitur: non ꝙ rideat ſemper, ſed quòd ſemper aptus natus ſit vt rideat: hoc autem ei ſemper connaturale eſt, quemadmodum, & equo hinnibile. Hæc autem & proprie propria dicuntur, quoniam etiã conuertuntur. Si quid enim equus, hinnibile eſt: & ſi quid hinnibile eſt, equus eſt.

Hoc ꝓpriũ quarto mõ naturã cõſequit̃ ſpecificã, cęteri vero, varia cõſequunt̃ rerũ accidentia.

Proprium dicitur quatuor modis.

Proprium primo modo eſt quod conuenit ſoli, & ſi non omni, non tamen ſemper.

Proprium ſecundo modo eſt quod conuenit omni, et ſi non ſoli, neq; ſemper, ſed aliquando.

Proprium

Proprium tertio modo eſt quod conuenit omni, ſoli, ſed non ſemper.

Proprium quarto modo eſt quod conuenit ſoli, omni & ſemper & conuerſim prædicatur.

De accidente. Cap. VI.

Accidens autem eſt quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo. nanque hoc eius ſeparabile eſt, illud vero inſeparabile. eſt enim dormire ſeparabile accidens, nigrum vero eſſe inſeparabiliter coruo & Aethiopi accidit. Poteſt enim intelligi, & coruus albus, & Aethiops abijciens colorem, præter ſubiecti corruptionem. Diffiniunt autem ſic quoque Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Et quod ſic, neque genus eſt, neque differentia, neq; ſpecies, neque proprium: ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens. Omnibus autem determinatis, quæ propoſita ſunt (dico autem genere, ſpecie, differentia, proprio, & accidente) dicendum eſt quę eis communia ſunt, & quæ propria.

Idem. I. Top c. 2. Accidẽs cõſequit̃ natură ĩdiuidui. Adeſſe & abeſſe, i. affirmari & negari.

Accidentium aliud ſeparabile, aliud inſeparabile.

Accidens eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem.

Accidens eſt quòd neq; eſt genus, neq; ſpecies, neque differentia, nec proprium, ſemper tamen eſt in ſubiecto ſubſiſtens.

DE COMMVNITATIBVS ET differentijs Quinque vocum.

De omniũ cõitate.

COmmune quidem eſt omnibus de pluribus prędicari, quemadmodum dictum eſt. Sed genus quidem de omnibus ſub ſe ſpeciebus & indiuiduis: & differentia ſimiliter. ſpecies autem de ijs, quæ ſub ipſa ſunt, indiuiduis. at vero proprium & de ſpecie, cuius eſt proprium, & de ijs, quæ ſub ſpecie ſunt indiuiduis. accidens autem & de ſpeciebus & de indiuiduis. Nanque animal de equo & boue prædicatur, quæ ſunt ſpecies, & de hoc equo, & de hoc boue, quæ ſunt indiuidua. irrationale vero & de equo & boue, & de ijs, qui ſunt partioulares, prædicatur. ſpecies autem, vt homo, ſolum de ijs, qui ſunt particulares homines, prædicatur. proprium vero de ſpecie, cuius eſt proprium, & de ijs, quæ ſub ſpecie ſunt, indiuiduis. vt riſibile de homine & de ijs, qui ſunt particulares. nigrum autem & de ſpecie cornorum, & de ijs, quæ ſunt particulares, quod eſt accidens inſeparabile: & moueri de homine, & de equo, quod eſt accidens ſeparabile: ſed principaliter quidem de indiuiduis, ſecunda ratione autem de ijs, quæ continent indiuidua.

De cõitatib'generis & differẽtię.

*a.l. Angelum.

Commune autem eſt generi, & differentiæ continentia ſpecierum. Continet enim differentia ſpecies, & ſi non omnes quot genera. rationale enim, etſi non continet irrationalia, quemadmodum animal, tamen continet hominem, & * Deum, quæ ſunt ſpecies. Et quæcunq; prædicantnr de genere, vt genus, & de ijs. quæ ſub ipſo ſunt, ſpeciebus prædicantur. & quæcunque prædicantur de differentia, vt differentia, & de ea, quæ ex ipſa eſt, ſpecie, prædicabuntur. Nam, cum genus animal ſit, non ſolum de eo prædicantur vt genus, ſubſtantia, & animatum & ſenſibile, ſed etiam de ijs, quæ ſunt ſub animali ſpeciebus omnibus prædicantur hæc, vſque ad indiuidua. cumque differentia ſit rationale, prædicatur de ea, vt differentia,

rentia, id, quod eſt ratione vti: & non ſolum de eo, quod eſt rationale, ſed etiam de ijs, quæ ſunt ſub rationali, ſpeciebus prædicabitur ratione vti. Commune etiam eſt perempto genere, vel differentia, ſimul perimi quæ ſub ipſis ſunt. Quemadmodum enim ſi nõ ſit animal, non eſt equus, neq; homo, ita ſi non ſit rationale, nullum erit animal, quod vtatur ratione.

Proprium autem eſt generi de pluribus prædicari q̃ differentia, & ſpecies & proprium & accidẽs. Animal enim de homine & equo, & aue, & ſerpente prædicat̃: quadrupes vero de ſolis quatuor pedes habentibus: homo vero de ſolis indiuiduis: & hinnibile de equo ſolũ, & de ijs, qui ſunt particulares: & accidens ſimiliter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, non eas, quæ complent ſubſtantiam generis, ſed quæ ſunt diuiſiuæ. Amplius, Genus continet differentiam poteſtate (animalis.n. hoc quidem rationale eſt, illud vero irrationale) differentiæ vero non continent genera. Amplius, Genera quidem priora ſunt ijs, quæ ſunt ſub ſe poſitę, differentijs. propter quod ſimul quidem eas auferunt, non autem ſimul auferuntur ab eis: Sublato enim animali, aufertur rationale & irrationale. differentiæ vero non amplius ſimul auferunt genus: nam etſi omnes interimantur, tamen ſubſtantia animata ſenſitiua intelligit̃, quę eſt animal. Amplius, Genus quidem in eo quod quid eſt, differentia vero in eo quod quale quiddam eſt, quẽadmodum dictum eſt, prædicatur. Amplius, Genus quidem vnum eſt ſecunvum vnamquanq; ſpeciem, vt hominis id, quod eſt animal: differentiæ vero plures ſunt, vt rationale, mortale, mentis & diſciplinæ perceptiuum, quibus ab alijs animalibus differt. Et genus quidem conſimile eſt materiæ, formæ vero differentia. Cum autem ſint & alia communia, & propria generis & differentiæ, nunc iſta ſufficiant.

De differẽtijs generis & dr̃iæ.

Genus autem & ſpecies cõmune quidem habent de pluribus, quemadmodum dictum eſt, prædicari. Sumatur autem ſpecies, vt ſpecies ſolum, ſed non vt genus. ſi fue-

De cõitate generis & ſpeciei.

ſi fuerit idem ſpecies & genus. Commune autem his eſt, & priora eſſe ijs, de quibus prædicantur. Et totum quoddam eſſe vtrunque.

De differẽtijs ipſorũ.

Differunt autem eo quod genus quidem continet ſpecies ſub ſe, ſpecies vero continetur, & non continet genera. de pluribus enim genus quàm ſpecies prædicatur. Amplius, genera quidem præiacere oportet, & informata ſpecificis differentijs perficere ſpecies. vnde & priora ſunt naturaliter genera, & ſimul interimentia, ſed quæ non ſimul interimantur: & ſpecies quidem cum ſit, eſt & genus omnino. genus vero cum ſit, non omnino erit ſpecies. Et genera quidem vniuoce de ſpeciebus prædicantur: ſpecies vero de generibus minime. Amplius, Genera quidem abundant earum, quæ ſub ipſis ſunt ſpecierum continentia: ſpecies vero * a generibus, abundant proprijs differentijs. Amplius. Neq; ſpecies fiet vnquam generaliſſimum, neque genus fiet vnquam ſpecialiſſimum.

* gen* exuperant.

De cõitatibus generis & proprij.

Generis autem, & proprij commune quidem eſt ſequi ſpecies. ſi quid enim homo eſt, animal eſt: & ſi quid homo eſt, riſibile eſt. Et æqualiter prædicari genus de ſpeciebus: & proprium de ijs, quæ illo participant, indiuiduis. æqualiter enim & homo, & bos animal eſt, & Cato, & Cicero riſibile eſt. Commune autẽ eſt etiam vniuoce prædicari genus de proprijs ſpeciebus, & proprium de ijs, quorum eſt proprium.

De differẽtia generis & proprij.

Differunt autem, quoniam genus quidem prius eſt, poſterius vero proprium. oportet enim eſſe animal, de hinc diuidi differentijs & proprijs. Et genus quidem de pluribus ſpeciebus prædicatur, proprium vero de vna ſola ſpecie, cuius eſt proprium. Amplius, Proprium quidem conuerſim prædicatur de eo, cuius eſt proprium, genus vero de nullo conuerſim prædicatur. nam neq; ſi quid animal eſt, homo eſt: neque ſi quid animal eſt, riſibile eſt. ſi quid vero homo eſt, riſibile eſt, & conuerſo. Amplius, Proprium omni ſpeciei ineſt, cuius eſt proprium, & ſoli, & ſemper: genus vero omni quidem ſpeciei ineſt, cuius fuerit genus, & ſemper,

ſemper,non autem ſoli. Ampliu ,propria quidem interempta,non ſimul interimunt genera: genera vero interempta,ſimul interimũt ſpecies, quarum ſunt propria: quare & his, quorum ſunt propria,interemptis, & ipſa ſimul interimuntur.

Generis vero & accidentis commune eſt, de pluribus,quemadmodum dictum eſt,prædicari,ſiue ſeparabilium illud accidens ſit,ſiue inſeparabilium. Etenim moueri de pluribus, & nigrum de coruis,& de Aethiopibus, & aliquibus inanimatis prædicatur. De cõitate Generis & Accidẽtis.

Differt autem genus ab accidente, quoniam genus ante ſpecies eſt: accidentia vero ſpeciebus poſteriora ſunt.nam etſi inſeparabile ſumatur accidens, & prius eſt illud,cui accidit,quam accidens.Et genere quidem quæ participant,æqualiter participant, accidente vero non æqualiter intenſionem enim & remisſionem ſuſcipit accidentium participatio: generum vero minime. Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter ſubſiſtunt,genera vero & ſpecies naturaliter priora ſunt indiuiduis ſubſtantiæ. Et genera quidem in eo quod quid eſt prædicantur de ijs,quæ ſub ipſis ſunt: accidentia vero in eo quod quale aliquid eſt, vel quomodo ſe habeat vnumquodq;. qualis enim eſt Aethiops interrogatus,dices niger: & quemadmodum ſe Socrates habeat dices, ꝙ ſedet, vel ambulat. Genus igitur quo ab alijs quatuor differat dictum eſt. De differẽtia generis & accidẽtis

Contingit autem etiam vnumquodq; aliorum differre ab alijs quatuor: quare cum quinq; quidem ſint, vnumquodq; aũt ab alijs quatuor differat,quater quinque,viginti fiunt omnes differentiæ. Sed non ita ſe habet,ſed ſemper deinceps enumeratis, & duobus quidẽ vna differentia deficientibus(propterea quoniam iam ſumpta eſt) tribus vero duabus, quatuor vero tribus, quinq; vero quatuor,decem omnes fiunt differentiæ, quatuor,tres,duæ,vna.Genus.n.quo differt a differentia,& ſpecie,& proprio,& accidente, dictum eſt: quatuor igitur differentiæ. Differentia vero quo differat a genere dictum eſt, quando quo differt genus ab ea dicebatur.

dicebatur. reliquum eſt igitur quo differat differentia a ſpecie, proprio, & accidente dicatur. & fiunt tres. Rurſus ſpecies quo quidem differat a differentia dictum eſt, quando quo differt a ſpecie differentia dicebatur. quo etiam differat ſpecies a genere dictum eſt, quando quo differt genus a ſpecie dicebatur. reliquum eſt igitur vt quo differat ſpecies a proprio, & accidente dicatur. duæ igitur ſunt & hæ differentiæ. Propriū autem quó differat ab accidente relinquetur. nam quo a ſpecie, & differentia, & genere differat, prædictum eſt in illorum ad ipſum differentijs. Quatuor igitur ſumptis generis ad alia differentijs, tribus vero differentiæ, duabus autem ſpeciei, vna vero proprij ad accidens, decem erunt omnes: quarum quatuor quæ ſunt generis ad reliqua, ſuperius demonſtrauimus.

NVMERVS DIFFERENTIARVM
Quinque Prædicabilium.

Genus.	Species.	Dr̄ia.	Propriū.	Accñs.
1	2	3	4	

Omnes reddunt 10.

De cōitate ſpēi & dr̄ię. Commune ergo differentiæ & ſpeciei eſt, æqualiter participari. homine enim æqualiter participant particulares homines, & rationalis differentia. Commune etiam eſt & ſemper adeſſe ijs, quæ illis participant. Semper enim Socrates rationalis eſt, & ſemper Socrates homo.

De differētijs ipſorū. Proprium autem differentię quidem eſt in eo quod quale eſt prædicari: ſpeciei vero in eo quod quid eſt. nam etſi homo velut quale quid accipiatur, non tamē ſimpliciter erit quale, ſed ſecundum id, quod generi aduenientes differentiæ eum conſtituerunt. Amplius, Differentia quidem in pluribus ſæpe ſpeciebus conſideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus ſpecie differentibus: ſpecies vero in ſolis ijs, quę

ſub

ſub ſpecie ſunt, indiuiduis eſt. Amplius, differentia prior eſt ea ſpecie, quæ eſt ſecundum ipſam: ſimul.n. ablatum rationale interimit hominem: homo vero interemptus non aufert rationale, cum ſit Deus. * Amplius, Differentia quidem componitur cum alia differentia. (rationale enim & mortale compoſitum eſt in ſubſtantia hominis.) ſpecies vero ſpeciei non componitur, vt gignat aliam aliquam ſpeciem. quædam enim equa cuidam aſino permiſcetur ad muli generationē: equa autem ſimpliciter aſino compoſita, nunquam perficeret mulum.

* Græ. Angelus.

De cōitate proprij & differentiæ.

Differentia vero & proprium commune quidem habent æqualiter participari ab ijs, quæ illis participāt. æqualiter enim rationalia, rationalia ſunt: & riſibilia, riſibilia ſunt. Et ſemper & omni adeſſe cōe vtriſq; eſt. etſi enim curtetur qui bipes eſt, tamen ad id, quod natum eſt ſemper, * dicitur: quoniam & riſibile in eo quod natum eſt * habet ſemper, ſed non in eo qđ ſemper rideat. * Proprium autem differentiæ eſt, ꝙ hæc quidem de pluribus ſpeciebus dicitur ſæpe, vt rationale de Deo, & homine: proprium vero dicitur de vna ſola ſpecie, cuius eſt proprium. Et differentia quidem illis eſt conſequens, quorum eſt differentia, ſed non conuertitur: propria vero conuerſim prædicantur de ijs, quorum ſunt propria, propterea, ꝙ conuertuntur.

*al. l. habet

*a. l. hēt vt ſem p rideat quāuis.

*al. l. nō ſp. rideat.

De differētijs ipſorū. De cōitate accidentis & dřiæ.

Differentiæ autem & accidenti commune quidem eſt de pluribus dici. Commune vero eſt & ad ea, quæ ſunt inſeparabilia accidentia, ſemper & omni adeſſe. Bipes enim ſemper adeſt omni homini: & omnibus coruis nigrum eſſe ſimiliter.

De differentijs ipſorū.

Differunt autem, quoniam differentia quidem continet ſpecies, & non continetur. (continet enim rationale Deum & hominem: accidentia vero aliquo quidem modo continent, eò quòd in pluribus ſint: aliquo vero modo continentur, eò ꝙ non vnius accidentis ſuſceptiua ſint ſubiecta, ſed plurium. Et differentia quidem in intenſibilis eſt, & irremiſſibilis: accidentia vero magis & minus ſuſcipiunt. Et impermixtæ quidē

ſunt contrariæ differentiæ: mixta vero nonnunquam ſunt contraria accidentia. Huiuſmodi quidem communiones, & proprietates differentiæ & cæterorum ſunt. Species vero quo quidem differt a genere, & differentia dictum eſt, in eo, quod dicebamus, quo genus differt a cæteris, & quo differentia differt a cæteris* reliquũ eſt quo differt a proprio & accidente, vt dicatur.]

* Verus exẽplar Grecũ hæc nõ hẽt.

De cõitate ſpeciei & ꝓprij. Et hæc nõ hẽt ver* exemplar.

Speciei autem & proprij cõmune quidem eſt adinuicem conuerſim prædicari. Nam ſi quid homo eſt, riſibile eſt: & ſi quid riſibile eſt, homo eſt. Riſibile vero, ꝙ ſecundum id quod natum eſt ridere ſumendum, ſępe iam dictum eſt. Cõmune autem eſt & æqualiter eſſe.] Aequaliter enim adſunt* ſpecies ijs, quæ illis participant, & propria ijs, quorum ſunt propria.

*a. l. ſunt.

De ipſorũ differẽtijs.

Differt autem ſpecies a proprio, quoniam ſpecies quidem poteſt, & aliorum genus eſſe: proprium vero aliarum ſpecierum eſſe proprium impoſſibile eſt. Et ſpecies quidem ante ſubſiſtit quam proprium: propriũ vero poſt fit in ſpecie. oportet enim hominem eſſe, vt ſit riſibile. Amplius, Species quidem ſemper actu adeſt ſubiecto: proprium vero aliquando, & poteſtate. Homo enim ſemper actu eſt Socrates: non vero ſemper ridet, quamuis natus ſit ſemper vt ſit riſibilis. Amplius, Quorum termini ſunt differentes, & ipſa ſunt differentia. Eſt autem ſpeciei quidem ſub genere eſſe, & de pluribus è differentibus numero in eo quod quid eſt prædicari. & cætera huiuſmodi: proprij vero & ſoli, & omni, & ſemper adeſſe.

De cõitate ſpeciei & accidentis.

Speciei vero & accidentis commune quidem eſt de pluribus prædicari. Raræ vero ſunt aliæ communitates, propterea ꝙ plurimum diſtant abinuicem accidẽs, & id, cui accidit.

De ipſorũ differentia.

Propria vero ſunt vtriuſq;, ſpeciei quidem in eo quod quid eſt prædicari de ijs, quorum eſt ſpecies: accidentis autem in eo quod quale quiddam eſt, vel quo modo ſe habens eſt. Et vnamquamq; ſubſtantiam vna quidem ſpecie participare, pluribus autem accidentibus & ſeparabilibus & inſeparabilibus. Et ſpecies quidem

quidem præintelliguntur accidentibus, etſi etiam ſint inſeparabilia (oportet enim eſſe ſubiectum, vt illi quidem accidat) accidentia vero poſterioris generis, ſunt, & aduentitiæ naturæ. Et ſpeciei quidem participatio æqualiter eſt: accidentis vero, etſi inſeparabile ſit, non æqualiter. Aethiops enim Aethiopis habere poſſet colorem vel intenſum, vel remiſſum, ſecundum nigredinem. Reſtat autem de proprio & accidente dicere, quo enim proprium a ſpecie, & differentia, & genere differt, dictum eſt.

Commune autem proprio & inſeparabili accidenti eſt, quòd præter ea nunquam conſiſtant illa, in quibus conſiderantur. quemadmodum enim præter riſibile non ſubſiſtit homo, ita nec præter nigredinem ſubſiſtit Aethiops. Et quemadmodum ſemper, & omni adeſt proprium, ſic & inſeparabile accidens. De cõitate proprij & accidentis.

Differunt autem, quoniam proprium vni ſoli ſpeciei adeſt, quemadmodum riſibile homini: inſeparabile vero accidens, vt nigrum, non ſolum Aethiopi, ſed etiam coruo adeſt & carboni, & ebeno, & quibuſdam alijs. Amplius, proprium conuerſim prædicatur de eo, cuius eſt proprium, & æqualiter eſt: inſeparabile vero accidens conuerſim non prædicatur. Et propriorum quidem equalis eſt participatio, accidentium vero vel magis vel minus. Sunt quidem aliæ communitates, vel proprietates ijs, quæ dicta ſunt, ſed ſufficiunt & hæc ad diſcretionem eorum, communitatiſq; traditionem. De differentijs ipſorũ.

INTRODVCTIONIS PORPHYRII
FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PRAEDICAMENTA:

Seuerino Boetho Interprete.

SVMMA LIBRI.

De nonnullis principijs ad prædicamentorum notitiam utilibus. De ipſis prædicamentis & de quibuſdam ad ipſa conſequentibus. De quibuſdam deniq; uocibus, de quibus actũ eſt in p̃dicamẽtis.

TRACTATVS PRIMVS.

De æquiuocis, vniuocis, & denominatiuis, & eorum quæ dicuntur partitio. Caput primum.

Rõ ſubſtantiæ, ipſa eſt definitio.

AEQVIVOCA dicuntur, quorũ nomen ſolũ cõe eſt, ſecũdũ nomen vero ſubſtãtię rõ diuerſa: vt animal, & homo, & quod dictũ eſt. Eorũ n. ſolũ nomen cõe eſt, ſecũdũ nomen vero ſubſtantiæ rõ diuerſa. Si.n. qs aſſignet qd ſit eorũ vtrũq; quo aĩal eſt, ꝓpriã aſſignabit vtriuſq; rõné.

Vniuoca vero dicuntur, quorum & nomen cõe eſt, & ſecundum nomẽ eadem ſubſtantiæ ratio: vt animal, & homo, atq; bos, communi enim nomine horũ vtrunque animal nuncupatur, & eſt ratio ſubſtantiæ eadem. Si quis enim aſſignet vtriuſque rationem, quid vtrunque eſt, quo animal eſt, eandem aſſignabit rationem.

Denominatiua vero dicuntur, quæcunq; ab aliquo, differentiæ caſu, ſecundum nomẽ habẽt appellationẽ: vt a grammatica grammaticus, & a fortitudine fortis.

Eorum,


Eorum, quæ dicuntur, alia quidem ſecũdũ cõplexionem dicuntur, alia vero ſine complexione. Ea igitur, quæ ſecundum ſine complexione dicuntur, ſunt, vt homo currit, homo vincit: Ea vero, quæ ſine complexione dicuntur, ſunt, vt homo, bos, currit, vincit. De his quæ dicuntur.

Aequiuoca dicũtur, quorum nomẽ eſt cõe, & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt diuerſa.
Vniuoca dicuntur quorũ nomen eſt cõe & ratio ſubſtantiæ ſecundum illud nomen eſt prorſus eadẽ.
Denominatiua dicũtur quæcunq; ab aliquo, differentiæ caſu, ſecundum nomen habent appellationẽ.
Earum, quæ dicuntur, alia ſunt cõplexa, ut oratio: alia incomplexa, ut nomen, uel uerbum.

Eorum quæ ſunt, diuiſio. Cap. II.

EOrum, quæ ſunt, alia de ſubiecto aliquo dicũtur, in ſubiecto vero nullo ſunt. vt homo de ſubiecto quidem dicit quodam homine, in ſubiecto vero nullo eſt. Alia aũt in ſubiecto quidem ſunt, de ſubiecto autem nullo dicuntur. In ſubiecto vero eſſe dico, quod cum in aliquo ſit, non ſicut quædam pars, impoſſibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt. vt quædam grammatica in ſubiecto quidem eſt in anima, de ſubiecto vero nullo dicitur. & hoc album in ſubiecto quidem eſt corpore. omnis. n. color in corpore eſt: de ſubiecto autẽ nullo dicitur. Alia vero de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt, vt ſciẽtia in ſubiecto quidem eſt in anima, de ſubiecto vero dicitur, vt de grammatica. Alia vero neq; in ſubiecto ſunt, neq; de ſubiecto aliquo dicuntur, vt quidam homo, & quidam equus. Nihil enim talium neq; in ſubiecto eſt, neq; de ſubiecto aliquo dicitur. Simpliciter autem quæ ſunt indiuidua, & vnum numero, de ſubiecto nullo dicuntur. in ſubiecto autem nihil aliqua prohibet eſſe. quædam. n. grammatica in ſubiecto eſt: at de ſubiecto nullo dicitur. Eſſe ĩ ſubiecto qd ſit.

Figura eorum quæ ſunt.



ENTIVM DIVISIO.

- Entium aliud eſt
  - Subſtantia
    - Vniuerſalis dr̄ de ſubiecto
    - Particularis nō dr̄ de ſubiecto.
  - Accidens
    - Vniuerſale—Dr̄ de ſubiecto
    - Particulare—Nō dr̄ de ſubto

Subſtantia non eſt in ſubiecto.
Subſtantia uniuerſalis neq; eſt in ſubiecto, neq; dicitur de ſubiecto.
Accidens eſt in ſubiecto.
Accidens uniuerſale eſt in ſubiecto, & dicitur de ſubiecto inferiori.
Eſſe in ſubiecto eſt quòd cum ſit in aliquo, non ſicut quædā pars, impoßibile eſt eſſe ſine eo in quo eſt.
Indiuidua & ſingularia de nullo ſubiecto dicuntur.

Regula de prædicatis eſſentialibus. Cap. III.

QVando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto, quæcunq; de eo, quod prædicatur, dicuntur omnia etiam de ſubiecto dicentur. Vt homo de homine quodam prædicatur: animal vero de homine: ergo & de quodam homine animal prædicabitur. quidàm enim homo, & homo eſt, & animal.

Vt de ſubiecto. i. vt de inferiori: & ſic effugies ſophiſmata.

Quicquid prædicatur de predicato, ut de ſubiecto, prædicatur etiam de ſubiecto.

Regula diſtinguens genera ſubalterna à non ſubalternis. Cap. IIII.

DIuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecie * & differentiæ: vt animalis, & ſcientiæ. animalis enim differētiæ ſunt, greſſibile, bipes, & volatile, & aquatile: ſcientiæ vero nulla earum eſt. neq; enim ſcientia à ſcientia differt in eo quod bipes eſt. Subalternorum vero generum nihil prohibet eaſdem eſſe differentias. *ſuperiora enim de iis, quæ ſub ipſis ſint, generibus prædicantur. quare quotcunq; differentiæ prædicati fuerint, totidem & ſubiecti erunt.

Secūda regula de qua vide. 1. Top. cap. 4. &. 6. Topi.
*a. l. cū ſpē.
*a. l. dr̄ias & ſi non oēs.

Diuerſorum generum, & non ſubalternorum diuerſæ ſunt ſpecie differentiæ, ſubalternorum uero nõ inconuenit eaſdem eſſe differentias.

Diuiduntur incomplexa in decem prædicamenta, & oſtenditur quomodo affirmationem & negationem conſtituant. Cap. V.

De decẽ pdicamentis generatim.

EOrum, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, vnumquodque aut ſubſtantiam ſignificat, aut quantum, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut ſitum eſſe, aut habere, aut agere, aut pati. Eſt autem ſubſtantia quidem, vt in figura dicatur, vt homo, equus. Quantum autem, vt bicubitũ, tricubitum. Quale, vt album, grammaticum. Ad aliquid, vt duplum, dimidium, maius. Vbi vero in foro, in lycio. Quando autem, vt heri, ſuperiore anno. Situm vero eſſe, vt iacet, ſedet. Habere autem, vt calceatum eſſe, armatum eſſe. Agere vero, vt ſecare, vrere. Pati, vt ſecari, vri. Singula igitur eorum, quæ dicta ſunt, ipſa quidem ſecundum ſe, in nulla affirmatione dicuntur, vel negatione, horum autem ad ſeinuicem complexione, affirmatio vel negatio fit. omnis enim affirmatio, aut negatio videtur vel vera vel falſa eſſe: eorum autem, quæ ſecundum nullam complexionem dicuntur, nullum neq; verum, neq; falſum eſt: vt homo, album, currit, vincit.

Prædicamenta ſunt decem, Subſtantia, Quantitas, Qualitas, ad Aliquid, Vbi, Quando, Situs, Habere, Actio, Paſſio.

Nullum ex prædicamentis affirmationem uel negationem conſtituit, niſi alteri coniunctum, uel ab altero ſeparatum.

TRACTATVS SECVNDVS.

De ſubſtantia. Caput primum.

SVBSTANTIA autẽ eſt, quæ proprie & principaliter, & maxime dicitur, quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in ſubiecto aliquo eſt: vt quidam homo, & quidam equus.

Secundæ autem ſubſtantiæ dicuntur ſpecies, in quibus eæ, quæ principaliter ſubſtantiæ dicuntur, inſunt: & hæ quidem, & harum ſpecierum genera. vt quidam homo in ſpecie quidem eſt in homine, genus vero ſpeciei animal eſt. ſecundę igitur hæ ſubſtantiæ dicuntur, vt eſt homo, atque animal.

Manifeſtum eſt autem ex ijs, quæ dicta ſunt, quod eorum, quæ de ſubiecto dicuntur, neceſſe eſt & nomen & rationem de ſubiecto prædicari: vt homo de ſubiecto quodam homine dicitur, prædicatur etiam & nomen: hominem enim de quodam homine prædicabis. & ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur: quidam enim homo & homo eſt, & animal. quare & nomen & ratio de ſubiecto prædicabitur. Eorum vero, quæ in ſubiecto ſunt in plurimis quidem neque nomen, neque ratio prædicatur de ſubiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet prædicari aliquando de ſubiecto, rationem vero impoſſibile eſt. vt album, cum in ſubiecto ſit corpore, prædicatur de ſubiecto: (dicitur enim corpus album) ratio vero albi nunquam de corpore prædicabitur.

Alia vero omnia aut de ſubiectis dicuntur primis ſubſtantijs, aut in ſubiectis eis ſunt. Hoc autem manifeſtum eſt ex ijs, quæ per ſingula proponuntur. vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine animal prædicabitur. Nam, ſi de nullo quorundam

hominum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

hominũ, neq; omnino de homine. Rurſus color in corpore eſt: ergo & in quodam corpore. Nam, ſi non in aliquo eſſet ſingulorum, nec omninn iu corpore. Quare alia omnia aut de ſubiectis primis dicuntur ſubſtãtijs, aut in ſubiectis eis ſunt. Non ergo exiſtentibus primis ſubſtantijs, impoſſibile eſt aliquid aliorum eſſe.

*Alias in latina tranſlatione addebatur. Oia.n. alia aut prædicãtur de eis, aut in ſubiectis eis sũt. quare non exiſtẽtibus primis ſubſtantijs, impoſſibile eſt aliorum aliquid eſſe. Quæ verba in antiquo co. græco reperiunt, in alijs autẽ à nobis viſis minime.

*a.l. ex his manifeſtũ, quòd.

*Cõm. 6.

*Cõm. 7.

*a.l. autem.

Secundarum vero ſubſtantiarum, magis ſubſtantia eſt ſpecies, quàm genus: propinquior enim eſt primæ ſubſtantiæ. ſi quis enim aſſignet primam ſubſtantiam quid eſt, euidentius & conuenientius aſſignabit ſpeciẽ, quam genus aſſignans. Vt hominem quendam aliquis aſſignans. manifeſtius aſſignabit hominẽ quam animal aſſignans. illud enim propriũ magis cuiuſdam hominis, hoc autem communius. & cum quandam arborem aſſignauerit, manifeſtius aſſignabit, aſſignando arborem quàm plantam. Amplius, primæ ſubſtantiæ, ideo quòd alijs omnibus ſubijciuntur, & omnia alia vel de ipſis prædicantur, vel in ipſis ſunt, propter hoc maxime ſubſtantiæ primæ dicuntur. quemadmodum autem primæ ſubſtãtiæ ad alia omnia ſe habent, ſic & ſpecies ad genus ſe habet. ſubijcitur enim ſpecies generi. genera enim de ſpeciebus prædicantur: ſpecies autem cum generibus non conuertuntur. Quare & ex ijs* ſpecies genere magis ſubſtantia eſt. Ipſarum vero ſpecierum quæcunque non ſunt genera, nihil magis alterum altero ſubſtantia eſt. Nihil enim familiarius aſſignabis de quodam homine, hominem aſſignando, quam de quodam equo equum.* Similiter autem & in primis ſubſtantijs nihil magis alterũ altero ſubſtantia eſt. Nihil enim magis quidam homo ſubſtantia eſt, quàm quidam bos. Merito igitur* poſt primas ſubſtantias, ſola aliorum omnium ſpecies & genera ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorum, quæ prædicantur, primam ſubſtantiam indicant. quendam enim hominem ſiquis aſſignauerit quid eſt, ſpeciem quidem, quàm genus aſſignando, familiarius demonſtrabit: & manifeſtius faciet hominem aſſignando, quàm animal. aliorum vero omnium quidquid aſſigna

uerit

uerit quis, aſſignabit extranee: velut album, aut currit, aut aliud quodcunque talium aſſignans. Quare merito hæ ſolæ aliorum ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur.

Amplius, primæ ſubſtantiæ eo quòd alijs omnibus ſubijciuntur, & omnia alia de illis prædicantur, vel in ipſis ſunt, propriiſſimæ ſubſtantiæ dicuntur. ſicut autem primæ ſubſtantiæ ad alia omnia ſe habent, ita genera & ſpecies primarum ſubſtantiarum ad reliqua omnia ſe habent. de his enim reliqua omnia prædicantur. quẽdam enim hominem dices grammaticum eſſe: ergo & hominem & animal grammaticum dices. Similiter autem & in alijs.

Commune autem omni ſubſtantiæ eſt in ſubiecto non eſſe. Prima nanque ſubſtantia nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto aliquo dicitur. Secundarum vero ſubſtantiarum conſtat quidem etiam ſic, quòd nulla eſt in ſubiecto. homo enim de ſubiecto quidem quodã homine dicitur, in ſubiecto vero non eſt. neque enim in quodam homine homo eſt. ſimiliter autem, & animal de ſubiecto quidẽ dicitur quodam homine, nõ eſt autem animal in quodam homine. Amplius, Eorum quæ in ſubiecto ſunt nomen quidem de ſubiecto aliquando nihil probibet prædicari: rationem vero impoſſibile eſt. ſecundarum vero ſubſtantiarum de ſubiecto & ratio prædicatur, & nomen: rationẽ enim hominis de quodam homine prædicabis, & animalis ſimiliter: quare non erit eorũ ſubſtantia, quæ ſunt in ſubiecto. Non eſt autem proprium ſubſtantiæ hoc, ſed & differentia eorum eſt, quæ nõ ſunt in ſubiecto. bipes enim & greſſibile de ſubiecto quidem quodam homine dicitur, in ſubiecto vero nõ eſt. neq; enim in homine eſt bipes, neque greſſibile. Ratio quoque differentiæ de illo prædicatur, de quocunque ipſa differentia dicitur. velut, ſi greſſibile de homine prædicatur, & ratio greſſibilis de homine prædicabitur: eſt enim homo greſſibilis. Côm. 8.

Non conturbent autem nos ſubſtantiarum partes, quæ ita ſunt in toto, * quaſi in ſubiecto ſint: ne forte cogamur eas non eſſe ſubſtantias confiteri. Non enim Dubium. *al. l. in toto corpore.

ita ea,

ita ea, quæ ſunt in ſubiecto, dicebantur quaſi vt partes ineſſent alicui. Ineſt autem ſubſtantijs & differentijs omnia vniuoce prædicari. Omnia enim, quæ ab his prædicata ſumuntur, aut de indiuiduis prædicantur, aut de ſpeciebus. à prima nanque ſubſtantia nulla eſt prædicatio. de nullo enim ſubiecto dicitur. Secundarum vero ſubſtantiarum ſpecies quidem de indiuiduo prædicatur: genus vero & de ſpeciebus & de indiuiduis. Similiter autem & differentiæ, & de ſpeciebus & de indiuiduis prædicantur. Et rationem quoque ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum, & generum, & ſpecies generis: quæcunque enim de prædicato dicuntur, eadem & de ſubiecto dicentur. ſimiliter aūt rationem differentiarum ſuſcipiunt & ſpecies & indiuidua. vniuoca autem erant, quorum & nomen commune eſt, & ratio eadem. Quare omnia, quæ à ſubſtantijs & differentijs ſunt, vniuoce prædicantur. *Omnis autem ſubſtātia videtur hoc aliquid ſignificare. In primis igitur ſubſtantijs indubitabile, & verum eſt, quod hoc aliquid ſignificant. Indiuiduum enim & vnum numero eſt quod ſignificatur. In ſecundis vero ſubſtantijs videtur quidem ſimiliter propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare, quādo quis dixerit, hominem, vel animal: non tamen verum eſt, ſed magis quale aliquid ſignificant. neque enim vnum eſt quod ſubiectum eſt, quemadmodum prima ſubſtantia: ſed de multis homo dicitur, & animal. Non autem ſimpliciter quale quid ſignificat, quemmodum album (nihil enim aliud ſignificat album, quàm qualitatem) at ſpecies & genus circa ſubſtantiam qualitatem determinant. qualem enim quandam ſubſtantiam ſignificant. plus autem in genere determinatio fit, quàm in ſpecie. dicens enim animal plus complectitur, quam qui hominem. Ineſt autem ſubſtantijs nihil illis eſſe contrarium. Primæ enim ſubſtantiæ quid erit contrarium, vt cuidam homini vel cuidam animali? at vero nec homini, nec animali aliquid eſt contrarium. Non eſt autem hoc ſubſtantiæ proprium, ſed etiam multorum aliorum, vt quantitati

Cōm. 9.

A prima ſubſtantia nulla eſt ꝑ ſe & artificialis prædicatio. qua aliquid innotēſcit. cui non obſtat indiuiduū de vno ſolo, videlicet de ſeipſo, prædicari, naturali quadam ꝑdicatione magis, quā ex arte.

*Cōm. 10.

Cōm. 2.

quantitati. bicubito enim, vel tricubito nihil eſt contrarium, at vero nec decem, nec alicui talium, Niſi forte quis multum pauco dicat eſſe contrarium, vel magnum paruo. Determinatorum vero quantorum nullum nulli eſt contrarium.

Nullũ nulli eſt cõtrarium, duæ negationes negãt & tãtũ eſt, ac ſi dicatur nulũ alij cuilibet eſt contrarium.

Videtur autem ſubſtantia non ſuſcipere magis & minus. Dico autem, non quòd ſubſtantia non eſt à ſubſtãtia magis & minus ſubſtantia (hoc enim dictum eſt quòd eſt,) ſed quòd vnaquæque ſubſtantia hoc ipſum quod eſt, non dicitur magis & minus, vt ſi eſt eadem ſubſtantia homo, non erit magis & minus homo, neque ipſe ſeipſo, neque alter altero. non enim eſt alter altero magis homo: ſicut eſt album alterum altero magis & minus album: & bonum alterum altero magis & minus bonum: ſed & ipſum ſeipſo magis & minus dicitur. vt corpus cum ſit album, magis nunc album eſſe dicetur quam prius: & cum calidum ſit, magis & minus calidum dicitur. Subſtantia vero non dicitur magis, neque minus: nihil enim homo magis nunc homo quàm prius dicitur: neque aliorum quicquam quæcunque ſubſtantiæ ſunt. Quapropter non recipiet ſubſtantia magis & minus. Maxime vero proprium ſubſtantiæ eſſe videtur, cum vnum & idem numero ſit, contrariorum ſuſceptiuum eſſe: vt in alijs quidem non habet quiſquam quod proferat tale, quæcunque non ſunt ſubſtantiæ: quòd, cum ſit vnum numero, ſuſceptibile contrariorum ſit. velut color, qui eſt vnus & idem numero, non dicitur* albus & niger: neque eadem actio: & vna numero, praua* & ſtudioſa. ſimiliter autem & in alijs quæcunque non ſunt ſubſtantiæ. Subſtantia vero, cum vnum & idem numero ſit, ſuſceptiua contrariorum eſt, vt quidam homo, cum vnus & idem ſit, aliquando quidem albus, aliquando ſit niger & calidus & frigidus, & prauus, & ſtudioſus, in alijs autem nullis aliquid tale videtur. Niſi quis forſitan inſtet, dicens orationem & opinionem contrariorum eſſe ſuſceptibilia. eadem enim oratio vera & falſa videtur eſſe. veluti, ſi vera ſit oratio, ſedere quendam,

Cõm. 12.

*a.l.eſt.

*al.l.numero non erit praua.

Inſtantia.

dam,

*a.l. vere.

dam, eo ſurgente ipſa eadem falſa erit. ſimiliter autem, & de opinione. ſi quis, enim verum * putet aliquem ſedere, ſurgente eo falſo putabit, eandem de ipſo opinionem habens. Sed ſi quis & hoc ſuſcipiat, tamen modo differt. Nam ea, quæ in ſubſtantijs ſunt, ipſa quidem mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorum. Frigidum enim ex calido factum mutatur (alteratur enim) & nigrum ex albo, & ſtudioſum ex prauo. ſimiliter autem & in alijs vnumquodque eorum mutationem ſuſcipiens, ſuſceptibile contrariorum eſt. Oratio autem & opinio, ipſa quidem immobilia omnino perſeuerant: cum vero res mouetur, contraria circa ipſa fiunt. oratio nanque eius quòd ſedeat aliquis, permanet eadem, cum vero res mota ſit, aliquando quidem vera, aliquando autem falſa dicitur. * ſimiliter autem eſt in opinione. Quapropter ſaltem modo proprium ſubſtantiæ eſt, vt ſecundum mutationem ſui ipſius ſuſceptibilis ſit contrariorum. Siquis autem recipiat etiam hæc, orationem & opinionem ſuſceptibilia * eſſe contrariorum, non eſt hoc verum. Oratio nanque & opinio non in eo, quòd ipſa aliquid recipiant, contrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur, ſed eo quod circa alterum aliqua paſſio facta ſit. Nam in eo quod res eſt, aut non eſt, in eo etiam oratio vera, vel falſa eſſe dicitur, non eo quod ipſa ſuſceptibilis ſit contrariorum. ſimpliciter enim à nullo, neque oratio, neque opinio mouetur. quapropter non erunt ſuſceptilia contrariorum, cum nulla contrarij * paſſio in eis ſit facta. Verum ſubſtantia in eo quòd ipſa contraria recipiat, in hoc ſuſceptibilis eſſe contrariorum dicitur. languorem enim & ſanitatem ſuſcipit, & candorem & nigredinem: & vnumquodque talium ipſa ſuſcipiendo, contrariorum ſuſceptibilis eſſe dicitur. Quare proprium erit ſubſtantiæ hoc, cum vnum & idem numero ſit, ſecundum ſuijpſius mutationem, ſuſceptibilem contrariorum eſſe. De ſubſtantia quidem hæc dicta ſint.

*a.l. falſa ſit.

*a.l. & oppoſitionē dicēs ſuſceptibilia.

Idem infra c. de priore.

generaliter

*al. l. cum nulla in ipſis ſit.

Prima ſubſtantia, quæ proprie principaliter & maxime dicitur, eſt quæ neque de ſubiecto aliquo dicitur, neque in aliquo ſubiecto eſt.

Secundæ ſubſtantiæ dicuntur ſpecies & genera, in quibus primæ ſubſtantiæ ſunt.

Quæcunque ſubſtantiarum de ſubiecto dicuntur, ut genera & ſpecies de ſuis inferioribus, neceſſe eſt uniuoce prædicari.

Peremptis primis ſubſtantijs impoſſibile eſt aliquid aliud remanere.

Ex ſecundis ſubſtantijs magis ſubſtantia eſt ſpecies, quam genus.

Nulla ſubſtantia eſt magis ſubſtantia, quã altera.

Poſt primas ſubſtantias, ſpecies & proxima genera ſecundæ ſubſtantiæ dicuntur.

Nulla ſubſtantia, quanque ex eis ſecunda de ſubiecto dicatur, eſt in ſubiecto, & ſubſtantiæ partes in toto potius, quam in ſubiecto eſſe dicuntur.

Subſtantijs & earũ differẽtijs ineſt uniuoce p̃dicari.

Prima ſubſtantia uidetur hoc aliquid ſignificare, ſecundæ uero ſubſtantiæ quale quid magis.

Ineſt ſubſtantijs, quanquam non ſoli, nihil illis eſſe contrarium.

Subſtantiæ proprium eſt, quòd una & eadem numero exiſtens, ſuſceptiua ſit contrariorum.

De quanto. Cap. 2.

QVanti autẽ aliud quidem eſt diſcretum, aliud autem continuum: & aliud quidẽ ex habentibus poſitionem ad ſeinuicem in ipſis partibus conſtat, aliud autem ex non habentibus poſitionem. Cõm. 1.

nem. Eſt autem diſcretum quidem, vt numerus, & oratio: continuum vero, vt linea, ſuperficies, corpus. amplius autem præter hæc, locus & tempus. Partium etenim numeri nullus eſt cõmunis terminus, ad quem copulantur partes eius. vt quinque, ſi ſunt denarij partes, ad nullum terminum communem copulantur quinque & quinq;, ſed ſemper diſcreta ſunt. & tria & ſeptẽ ad nullum communem terminum copulantur. neque omnino habeas in numero communem terminum partium accipere, ſed ſemper diſcretæ ſunt. quapropter numerus quidem diſcretorum eſt. Similiter autem & oratio. Quòd etenim quantum eſt oratio, manifeſtum eſt: menſuratur enim ſyllaba breui & longa. dico autem cum voce orationem factã. ad nullum enim cõmunem terminũ particulæ eius copulantur. non enim eſt cõmunis terminus, ad quẽ ſyllabæ copulentur: ſed vnaquæque diuiſa eſt, ipſa ſecundum ſeipſam. Linea vero continua eſt. eſt enim ſumere cõmunẽ terminũ punctũ, ad quem partes eius copulentur: & ſuperficiei lineam. plani nanque partes ad aliquem communẽ terminum copulantur. ſimiliter autem & in corpore habeas ſumere* communem terminum, lineam vel ſuperficiem, ad quam corporis partes copulantur. Eſt autem talium & tempus & locus: præſens enim tempus copulatur ad præteritum, & ad futurum. rurſus locus continuorum eſt: locum enim quendam partes corporis obtinent, quæ ad communem terminum copulantur: ergo & loci partes, quæ obtinent ſingulas corporis partes, ad eundem communẽ terminum copulantur, ad quem & corporis partes. quapropter continuus erit & locus: ad vnũ enim communem terminum eius partes copulantur.

* al. ſumere, & aſſignare.

Cõm. 2. Amplius autem, Alia quidem conſtãt ex partibus, quæ in eis ſunt, poſitionem habentibus ad ſeinuicem, alia autem ex non habentibus poſitionẽ. vt lineæ quidem partes poſitionem habent ad ſeinuicem. ſingulæ nanq; earum ſitæ ſunt alicubi: & habeas vnde diſtinctæ ſumas, & aſſignes vbi ſingulæ ſitæ ſint in plano, & ad quam partem reliquarum copulantur. ſimiliter autem

Cõm. 3.

partes.

partes plani poſitionem habēt aliquam. ſimiliter nanque aſſignaretur vnaquęque vbi iacet: & quæ copulantur ad ſeinuicē, ſed & ſolidi partes ſimiliter, & loci. In numero autem non poterit quiſquā oſtendere, quemadmodum partes eius poſitionem aliquam habent ad ſeinuicem, aut vbi iacent, aut quæ partes ad ſeinuicem cōnectuntur. Neque eæ, quæ temporis ſunt nihil enim permanent partes temporis. quod autem non eſt permanens, quomodo poſitionem aliquam habebit? Sed magis ordinem quendam dices habere: eò quòd aliud quidem prius ſit temporis, aliud vero poſterius. Sed & in numero ſimiliter, eò quòd prius numeratur unus quàm duo, & duo quàm tria: & ſic habebunt aliquem ordinem: poſitionem vero non omnino accipies. Sed & oratio ſimiliter, nulla enim remanet partium * ſed dictum eſt ſimul, & nō eſt hoc amplius aſſumere. Quapropter non erit nulla poſitio partium eius: ſi quidem permanet. Igitur alia ex habentibus poſitionem partibus * conſtant: alia ex non habentibus poſitionem. Proprie autem quanta hæc dicuntur ſola, quæ dicta ſunt: alia vero omnia ſecundū accidens: ad hæc enim aſpicientes, & alia dicimus quanta, vt multum dicitur album, eò quòd ſuperficies multa ſit: & actio longa, eò quòd tempus multum ſit, & motus multus. Neq; enim horum ſingulum per ſe quantum dicitur: vt ſiquis aſſignet quanta actio eſt, tempore diffiniet annuam, vel ſic aliquo modo aſſignans: & album quantum quid ſit aſſignans ſuperficie definiet. quanta enim fuerit ſuperficies, tantum album eſſe diceret. quare ſola proprie ſecundum ſeipſa dicuntur quanta, quę dicta ſunt: aliorum vero nihil per ſe, ſed ſi forte per accidens. Amplius. Quanto nihil eſt contrarium. In definitis enim manifeſtum eſt, quód nihil eſt contrarium: vt bicubito, vel tricubito, vel ſuperficiei, vel alicui talium: nihil enim illis eſt cōtrarium. Niſi quis forte dicat multum pauco eſſe contrarium, vel magnum paruo. Horum autem nihil eſt quantum, ſed magis eorum, quæ ſunt ad aliquid. Nihil enim ipſum per ſeipſum magnū vel par

* a.l. partiū ipſius.

* al. l. poſitionē ad ſeinuicē partibus.

Cóm. 4.

Inſtantia.

uum dicitur: ſed eo quòd ad alterum refertur. vt mons quidé paruus dicitur, milium vero magnum: quòd hoc ijs, quæ ſunt ſui generis, maius ſit, illud vero ijs, quæ ſui ſunt generis, minus: ergo ad alterum eſt eorum relatio. nam ſi per ſe ipſum magnũ per paruum diceretur, nunquam mons quidem aliquando paruus, milium vero magnũ diceretur. Rurſus, in vico quidem plures homines eſſe dicemus, Athenis vero paucos, cum ſint illis multo plures. & in domo quidem multos, in theatro vero paucos, cum ſint plures. Amplius, Bicubitum quidem & tricubitum, & vnumquodque talium quantum ſignificat: magnum vero vel paruum non ſignificat quantum, ſed magis ad aliquid: quoniam ad alterũ conſideratur & magnum & paruum. quare manifeſtum eſt, quod ipſa ſunt eorum, quæ ad aliquid. Amplius, Siue aliquis ponat quanta eſſe hæc, ſiue non ponat, nihil eſt in illis contrarium. quod enim non poteſt ſumi per ſeipſum, ſed ad alterum refertur, quomodo huic aliquid erit contrarium? Amplius auté, Si ſunt magnũ & paruum contraria, continget idem ſimul contraria ſuſcipere, & ea ipſa ſibimet eſſe contraria. contingit enim ſimul * idem paruum eſſe & magnum. eſt enim ad hoc quidem paruum, ad aliud vero idipſum magnũ. quare idem & paruum & magnũ eodem tempore eſſe contingit: quare ſimnl contraria ſuſcipere. Sed nihil eſt, quod videatur ſimul contraria ſuſcipere poſſe. vt in ſubſtantia quidem ſuſceptibilis enim contrariorum eſſe videtur: ſed nullus ſimul ſanus eſt & æger, neque album & nigrum eſt ſimul: nihilq; aliud ſimul contraria ſuſcipiet. Et eadé ſibijpſius contingit eſſe contraria. nam, ſi eſt magnũ paruo contrarium: ipſum autem idé ſimul eſt magnum & paruum: ipſum ſibi erit contrarium. ſed impoſſibile eſt aliquid ſibijpſi eſſe contrarium: non eſt igitur magnum paruo contrarium, neque multum pauco. Quare niſi & eorum, quæ ad aliquid, hæc quis dicat, ſed quanti, nihil contrarium habebunt. Maxime autem circa locum eſſe videtur contrarietas quãti. ſurſum enim ei, quod eſt deorſum, contrarium ponũt: locum,

* a.l.n. aliquando ſimul.

Dubiũ hæc ſoluitur à Gilb. Porretano in lib.

cum, qui in medio eſt, deorſum dicentes, eo quod plurima diſtantia eſt medij ad mundi terminos. Videntur autem & aliorum contrariorum ab is afferre diffinitionem. quæ enim plurimum à ſeinuicem diſtant eorum, quæ ſunt ſub eodem genere, contraria eſſe definiunt. ſex principiorum, in cap. de vbi circa finē.

Nō videtur autem quantum ſuſcipere magis & minus: vt bicubitum neque enim alterum altero magis bicubitum. *neque in numero: vt tria quam quinque nihil magis quinque, aut tria dicuntur, neque quinque quam tria. nec tempus alterum altero magis tempus dicitur. nec in nullo eorum, quæ dicta ſunt omnino, magis & minus dicitur. Quare quantū non ſuſcipit magis & minus. Cōm. 5. *al. l. magis & minus bicubitum.

Proprium autem maxime quanti eſt, quòd æquale & inæquale dicitur. Vnumquodque enim eorū, quæ dicta ſunt quantorum, æquale & inæquale dicitur, vt corpus, æquale & inæquale dicitur. & numerus & tempus, æquale & inæquale dicitur. ſimiliter autem & in alijs, quæ dicta ſunt vnumquodque æquale & inæquale dicitur. In cæteris vero quæcunque quanta non ſunt, non prorſus videbitur æquale & inæquale dici. vt diſpoſitio equalis & inæqualis non omnino dicitur, ſed magis ſimilis & diſſimilis. & album æquale & inæquale non omnino dicitur, ſed ſimile * vel diſſimile. Quare quanti maxime ſit proprium, æquale & inæquale dici. Cōm. 6. *al. le. ſed magis ſimile.

Quantitatis alia continua, ut linea, ſuperficies, & corpus: Alia diſcreta, ut numerus, & oratio.

Quantitatis, alia conſtat ex partibus poſitionem habentibus, ut continua: alia ex non habentibus, ut diſcreta.

Tria oportet habere, quæ poſitionem habent, ordinem partium: permanentiam, & ad aliquem communem terminum continuationem.

Quantitati nihil eſt contrarium.

Quantitas non ſuſcipit magis & minus.

Quantitatis proprium maxime eſt ſecundum ipſam æquale, & inæquale dici.

De his, quæ ad aliquid. Cap. 3.

AD aliquid vero talia dicuntur, quæcunque hæc ipſa quę ſunt, aliorum eſſe dicuntur, vel quomodo libet aliter ad alterũ. vt maius hoc ipſum quod eſt alterius dicitur:aliquo enim maius dicitur. & duplum alterius dicitur hoc ipſum quod eſt: alicuius enim duplum dicitur. ſimiliter autem & alia quæcunque huiuſmodi ſunt. At vero ſunt etiam & hęc ad aliquid: vt habitus,diſpoſitio,ſenſus,ſcientia,poſitio. hæc enim omnia, quæ dicta ſunt, hoc ipſum quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur, vel quomodo libet aliter ad alterum,& non aliud quiddam.habitus enim alicuius habitus eſſe dicitur, & ſcientia alicuius ſcientia, & poſitio alicuius poſitio: & alia quoque ſimiliter. Ad aliquid igitur ſunt, quæcunq; hæc ipſa quæ ſunt, aliorum eſſe dicuntur,vel quomodo libet aliter ad alterũ: vt mons magnus dicitur ad alterũ (magnus enim mons dicitur ad aliquid) & ſimile alicui ſimile, & cętera talia ſimiliter ad aliquid dicuntur. Sunt autem & accubitus, & ſtatio & ſeſſio poſitiones quædam poſitiones vero ad aliquid ſunt:iacere autẽ & ſtare vel ſedere,ipſa quidẽ non ſunt poſitiones:denominatiue vero dicuntur ab ijs, quæ dictæ ſunt, poſitionibus. Ineſt autem & contrarietas in ijs,quæ ſunt ad aliquid. vt virtus vitio contrariũ,cum ſit vtrunque eorum ad aliquid:& ſcientia ignorantiæ. Non autem omnibus ijs, quæ ſunt ad aliquid inſunt contraria. * duplici enim nihil eſt contrarium, neq; triplici,neq; vlli talium. Videntur autẽ & magis & minus ea,quæ ad aliquid ſunt, ſuſcipere.Simile enim & diſſimile magis & minus dicitur: & æquale & inæquale magis & minus dicitur, cum vtrunq; ſit ad aliquid.ſimile enim alicui ſimile dicitur,& inæquale,alicui inæquale. Non autem omnia,quæ ſunt ad aliquid

Cõm. 2.

* a.l.ad aliquid ieſt cõtrarietas.

quid, ſuſcipiunt magis & minus.duplum enim non dicitur magis & minus duplum.nec aliquid talium. Omnia autem,quæ ſunt ad aliquid,ad conuertentia dicuntur. vt ſeruus domini ſeruus: & dominus ſerui dominus eſſe dicitur & duplum dimidij duplum: & dimidium dupli dimidium. & maius minore maius: & minus maiore minus, ſimiliter autem & in alijs. Sed caſu aliquotiens different ſecundum locutionem. vt ſcientia ſcibilis ſcientia dicitur: & ſcibile ſcientia ſcibile. & ſenſus ſenſibilis ſenſus: & ſenſibile ſenſu ſenſibile. At vero aliquotiens non videbitur conuerti: niſi conuenienter ad quod dicitur aſſignetur, ſed pecet is, qui aſſignat. vt ala ſi aſſignetur aui, non conuertitur, vt ſit auis alæ. non enim prius conuenienter asſignatum eſt ala auis, neq; enim quatenus auis eſt, eatenus ala ipſius dicitur: ſed eò quòd alata eſt. multorum enim & aliorum alæ ſunt,quæ non ſunt aues. Quare ſi aſſignetur conuenienter,& conuertitur:vt ala alati ala eſt: & alatũ ala alatum. Aliquotiens autẽ forte & nomen fingere neceſſe erit: ſi nõ fuerit nomen impoſitũ,ad quod conuenienter aſſignetur:vt temo ſi asſignetur nauigij, non eſt asſignatio conueniens:neque enim eò quòd nauigium eſt, eò ipſius temo dicitur. ſunt enim nauigia, quorum temones non ſunt,quare non conuertitur.nauigiũ enim non dicitur temonis nauigium. Sed forte cõuenientior asſignatio erit,ſi ſic quodãmodo aſſignetur:temo temonatæ rei temo eſt,aut quomodocunque aliter.nomen.n.non eſt poſitũ.& conuertitur ſi conuenienter asſignetur: temonatũ enim temone temonatũ eſt. Similiter autem & in alijs.vt caput conuenientius asſignabitur capitati caput, quam ſi animalis asſignetur. neq; enim eò quòd eſt animal, caput habet.multa enim animalia ſunt capita non habentia.Sic autẽ fortaſſe facillime quis ſumet,quibus poſita nõ ſunt nomina,ſi ab ijs,quæ prima ſunt,& ijs, ad quæ cõuertuntur, nomina ponantur. vt in iis, quæ prædicta ſunt ab ala alatum, à temone temonatum. Omnia igitur,quæ ad aliquid dicuntur, ſi conuenienter asſignentur,ad con-

uertentia dicuntur. quoniam ſi ad quodlibet aliud aſſignentur, & non ad id, ad quod dicuntur, non conuertuntur. dico autem, quoniam neque eorum, quæ in conſeſſo ad conuertentiam dicuntur, & nomina eis poſita ſunt, nihil conuertitur, ſi ad aliquid eorum, quæ ſunt accidentia, aſſignentur, & non ad id, ad quod dicuntur. vt ſeruus, ſi non domini aſſignetur, ſed hominis, vel bipedis, vel cuiuſcunq; talium, non conuertitur. neque enim dici poteſt, homo eſt ſerui homo: non enim conueniens eſt aſſignatio. Præterea ſi quidem conuenienter aſſignetur ad quod dicitur, omnibus alijs ſublatis, quæcunque accidentia ſunt, relicto autem ſolo illo, ad quod aſſignatum eſt conuenienter, ſemper ad ipſum dicetur. vt ſi ſeruus ad dominum dicitur: circunſcriptis omnibus, quæ accidẽtia ſunt dominum, vt eſſe bipedem, vel ſcientiæ ſuſceptibilem, vel hominem, relicto vero ſolo quod dominus eſt, ſemper ſeruus ad ipſum dicetur. ſeruus enim domini ſeruus dicitur. Si autẽ non conuenienter ad id, ad quod dicitur aſſignetur: circunſcriptis omnibus aliis, relicto autem eo ſolo, ad quod aſſignatum eſt: non dicetur ad ipſum. aſſignetur enim ſeruus hominis, & ala auis, & circunſcribatur ab homine eſſe dominum, non ſane amplius ſeruus ad hominem dicetur. cum enim dominus non ſit, neque ſeruus eſt. Similiter & de aue, ſi adimitur eam alatam eſſe: non enim amplius erit ala ad aliquid. cum enim non ſit alatum, nec ala erit alicuius. Quare oportet aſſignare ad id, ad quod conuenienter dicitur. Et ſi ſit nomen poſitum, facilis erit aſſignatio: ſi autem non ſit, fortaſſe neceſſarium erit nomen fingere. ſi autem ſic aſſignentur, manifeſtum eſt, quoniam omnia, quæ ad aliquid ſunt, ad conuertentiam dicuntur. Videntur autem ipſa ad aliquid ſimul eſſe natura. & in plurimis quidem verum eſt: in aliquibus vero non verum. ſimul enim duplum & dimidium ſunt: & cum ſit dimidium, duplum eſt. & cum ſit dominus, ſeruus eſt: & cum ſit ſeruus, dominus eſt. ſimiliter autem his & alia. Simul autẽ hęc auferunt ſeſe inuicem. ſi enim non ſit duplum,

plum, non erit dimidium. & ſi non ſit dimidium, non erit duplum. ſimiliter autem & in aliis qnæcunque talia ſunt. Non autem in omnibus his, quæ ad aliquid, verum videtur eſſe ſimul natura. ſcibile enim ſcientia prius videbitur eſſe. nanque in pluribus præexiſtentibus rebus ſcientias accipimus: in paucis enim vel nullo quiſquam hoc perſpiciet ſimul cum ſcibili ſcientiã eſſe factam. Amplius, Scibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam: ſcientia vero ſimul non aufert ſcibile. nam ſi ſcibile non ſit, non erit ſcientia: nullius enim erit* ſcientia. ſcientia vero ſi non ſit, nihil prohibet eſſe ſcibile. vt circuli quadratura, ſi eſt ſcibilis, ſcientia quidẽ eius nondum eſt, ipſa vero ſcibilis eſt. Amplius, Animali quidem ſublato, non erit ſcientia: ſcibilium vero plurima eſſe contingit. Similiter autem his ſeſe habent ea, quæ de ſenſu ſunt. ſenſibile enim prius quã ſenſus eſſe videtur. ſublatum enim ſenſibile, ſimul aufert ſenſum: ſenſus vero ſenſibile non ſimul aufert. ſenſus enim circa corpus & in corpore ſunt. ſenſibili autem ſublato, aufertur & corpus. ſenſibile enim corpus eſt.*cum autem corpus non ſit aufertur & ſenſus. quare ſimul aufert ſenſibile ſenſum. Senſus vero ſenſibile nõ ſimul aufert. ſublató enim animali, ſenſus quidem aufertur, ſenſibile autem erit corpus: vt calidum,* dulce, amarum, & omnia alia quæcunque ſunt ſenſibilia. Amplius, ſenſus quidem ſimul cum ſenſitiuo fit: ſimul enim fit animal, & ſenſus: ſenſibile vero ante animal, aut ſenſum eſt. ignis enim & aqua, & alia huiuſmodi, ex quibus ipſum animal conſtat, ante ſunt quàm animal omnino ſit, aut ſenſus. quare prius ſenſibile quam ſenſus eſſe videbitur. Habet autẽ dubitationem, vtrum nulla ſubſtantia ad aliquid dicatur, quemadmodum videtur, ſi hoc* contingat ſecundum quaſdam ſecũdas ſubſtantias. Nam in primis ſubſtantiis verum eſt. nam neque tota, neque partes primarum ſuſtantiarum dicuntur ad aliquid. nam quidam homo non dicitur alicuius quidam homo, neque quidam bos alicuius quidam bos. Similiter autem & partes: quædam enim ma-

*a. l. amplius erit.

*a.l. ſenſibilium enim & corpus eſt.

*a.l. ſenſibile autẽ non vt calidum.

Dubium.

*a.l. an hoc.

nus non dicitur alicuius quædam manus, ſed alicuius manus. & quoddam caput non dicitur alicuius quoddam caput, ſed alicuius caput. Similiter autem & in ſecundis ſubſtantiis, atque hoc quidem in pluribus. vt homo non dicitur alicuius homo, nec bos alicuius bos, nec lignum alicuius lignum, ſed alicuius poſſeſſio dicitur: in huiuſmodi ergo manifeſtum eſt, quoniam non ſunt ad aliquid. In aliquibus vero ſecundis ſubſtantiis habet dubitationem. vt caput alicuius caput dicitur, & manus alicuius dicitur manus, & ſingula huiuſmodi. quare hæc fortaſſe ad aliquid eſſe videbuntur. Si igitur ſufficienter eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitio aſſignata eſt, aut omnino difficile, aut impoſſibile eſt oſtendere quòd nulla ſubſtantia eorum quæ ſunt ad aliquid dicitur. ſi autem non ſufficienter, ſed ſunt ad aliquid, quibus hoc ipſum eſt eſſe, ad aliquid quodam modo ſe habere, fortaſſe aliquid contra iſta dicetur. Prior vero diffinitio ſequitur quidẽ omnia ea, quæ ſunt ad aliquid, non tamen in ipſis idem eſt cum eo, quod eſt eſſe ad aliquid, ipſa, quæ ſunt, aliorum dicantur. Ex his autem manifeſtum eſt quod, ſi quis aliquid eorũ, quæ ſunt ad aliquid, definite ſciet, & illud ad quod dicitur definite ſciturus eſt. Manifeſtum igitur & ex ipſis eſt. ſi enim nouit aliquis hoc quod aliquid eſt (eſt autem eſſe iis, quæ ad aliquid ſunt, idẽ ac ad aliquid aliquo modo ſe habere) & illud nouit, ad quod hoc aliquo modo ſe habet. ſi enim non nouit omnino ad quod hoc aliquo modo ſe habet: neque ſi ad aliquid hoc aliquo modo ſe habet, noſcet. Sed & in ſingulis palã hoc eſt. vt ſi quid nouit qs definite, quòd duplum eſt, & cuius duplũ eſt, mox definite nouit. ſi enim nullius definitorũ nouit ipſum duplum eſſe, neq; ſi ſit duplum omnino nouit. Similiter autem & hoc aliquid ſi nouit quis quòd melius eſt, & quo melius eſt ſtatim definite neceſſarium eſt noſſe. Propter hec autem non indefinite hoc cognoſcet, ꝙ hoc eſt peiore melius. ſuſpitio enim hæc eſt, non ſcientia. nõ enim adhuc ſciet exacte ꝙ eſt peiore melius. ſi enim ſic accidit, nihil eſt

deterius

deterius ipſo. Quapropter palam eſt, quòd neceſſariũ eſt ſi nouerit quis aliquod relatiuorum definite, & id, ad quod dicitur, definite neceſſe eſt noſſe. Caput vero & manus, & eorum ſingula, quæ ſubſtantiæ ſunt, ea ipſa, quæ ſunt, ſciri definite poſſunt: ad quod vero dicantur non eſt neceſſarium ſcire. cuius enim hoc caput, vel cuius hæc manus ſit, non eſt ſcire definite. quare non erunt hæc ad aliquid. Si vero non ſunt hæc eorum, quæ ſunt ad aliquid, verum erit dicere ꝙ nulla ſubſtantia eorum eſt, quæ ſunt ad aliquid. Fortaſſe autem difficile ſit de huiuſmodi rebus vehementer aſſerere, niſi ea ſæpe pertractata ſint. dubitaſſe autem de horum vnoquoq; non eſt inutile.

Dubitare de ſingulis nõ eſt inuti le, vide de hoc primo Top. cap. 1.

Ad aliquid ea dicuntur quæcunq; hoc ipſum quòd ſunt aliorum eſſe dicuntur.

Nonnulli relatiuorum cõtrarietatẽ ineſſe cõtingit.

Relatiua ſuſcipiunt magis & minus, & ſi nõ omnia.

Omnia relatiua ſi conuenienter aſſignentur, ad conuertentia dicuntur.

Relatiua ſunt ſimul natura, & intellectu.

De quali & qualitate. Cap. IIII.

Qualitatem vero dico, ſecundum quam quales quidem eſſe dicuntur. Eſt autem qualitas, eorum, quæ multipliciter dicuntur. Vna quidem igitur ſpecies qualitatis, habitus & diſpoſitio dicãtur. Differt autem habitus a diſpoſitione, ꝙ permanentior *& diuturnior eſt. Tales vero ſunt ſcientiæ & virtutes. ſcientia enim videtur eſſe permanentium, & diuturnorum. * ſi quis vel mediocriter ſumat ſcientiam, niſi grandis permutatio facta ſit, vel ab ægritudine, vel ab aliquo huiuſmodi. ſimiliter autem & virtus, vt iuſtitia, & temperantia, & ſingula talium non videntur poſſe facile moueri, neq; facile permutari. Diſpoſitiones

Vide ꝓ hoc. 5. Meta. 9.

*a.l. qđ mul to permanẽ tior.

*a.l. difficiliter mobilium.

vero

vero dicuntur, quæ ſunt facile mobilia, & cito permutabilia: vt calor, & infrigidatio, & ægritudo, & ſanitas, & quæcunque alia huiuſmodi. afficitur enim quodammodo ſecundum eas homo: cito autem permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinem tranſit. ſimiliter autem & in alijs, niſi aliqua earundem contingit per temporis longitudinem congenita & immobilis, vel omnino difficile mobilis exiſtens, quam iam quiſpiam vt * habitum vocet. Manifeſtum eſt autem, ꝙ hæc volunt habitus dicere, quæ ſunt diuturniora, & difficilius mobilia. Nanq; diſciplinas non multum retinentes, ſed facile mobiles exiſtentes, non dicunt habitum habere, & tamen diſpoſiti ſunt aliquo modo ſecundum ſcientiam peius, meliuſúe. quare differt habitus a diſpoſitione, ꝙ hæc quidem facile mobilis ſit, ille vero diuturnior & difficilius mobilis. Sunt autem habitus & diſpoſitiones, diſpoſitiones vero non neceſſe eſt habitus eſſe. qui.n. retinent habitum, & quodammodo diſpoſiti ſunt ſecundum ipſos: qui autem diſpoſiti ſunt, non omnino retinent habitum. Aliud vero genus qualitatis eſt, ſecundum quod pugillatores vel curſores, vel ſalubres, vel inſalubres dicimus: & ſimpliciter quæcunq; ſecundum potentiam naturalem, vel impotentiam dicuntur. Non enim, quoniam ſunt diſpoſiti aliquo modo, vnumquodq; huiuſmodi dicitur: ſed quod habent naturalem potentiam, vel impotentiam facile aliquid facere, vel nihil pati. vt pugillatores, vel curſores dicuntur, non ꝙ ſint diſpoſiti aliquo modo, ſed ꝙ habeant potentiam naturalem vel impotentiam aliquid facile faciendi. Salubres autem dicuntur, eo ꝙ habeant potentiam naturalem. vt nihil a quibuſlibet accidētibus facile patiantur: inſalubres vero, quòd impotentiam habeant naturalem nihil facile a quibuſcunq; accidentibus patiendi. Similiter autem his durum & molle ſe habent. durum enim dicitur, quod habeat potentiam non facile ſecari: molle vero quod eiuſdem ipſius habeat impotentiam. Tertium vero genus qualitatis eſt,

*al. l. quſpiā fortaſſe.

paſſibiles

paſſibiles qualitates & paſsiones. * Sunt autem huiuſmodi, vt dulcedo & amaritudo, & austeritas, & omnia his cognata. amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo. Quod quidem igitur & hæ qualitates ſunt, manifeſtum eſt. quæcunq; enim has ſuſceperint, ipſa qualia dicuntur ſecundum ipſas: vt mel, quoniam dulcedinem ſuſcepit, dicitur dulce: & corpus albũ, quoniã albedinem ſuſcepit. ſimiliter & in cæteris. * Paſſibiles vero qualitates dicuntur, non ꝙ ea, quæ illas ſuſceperint qualitates aliquid patiantur. (neq; enim mel, quoniam aliquid paſſum ſit, dicitur dulce, neq; aliquid aliud huiuſmodi.) Similiter autem his, & calor & frigus paſſibiles qualitates dicuntur, non ꝙ ea, quæ illas ſuſcipiunt, aliquid paſſa ſint, ſed quoniam ſecundum ſenſus vnaquæq; dictarum qualitatum paſsionis effectiua eſt, paſſibiles qualitates dicuntur. dulcedo enim paſsionem quãdam ſecundum guſtum efficit: & calor ſecundum tactum. ſimiliter autem & aliæ. Albedo autem & nigredo, & cæteri colores non eodem modo ijs, quæ dicta ſunt, paſſibiles qualitates dicũtur, ſed eo quod ipſe ab aliqua paſsione innaſcuntur. Quòd enim fiunt propter aliquam paſsionem multæ colorum mutationes, manifeſtum eſt: erubeſcens enim aliquis, rubeus factus eſt. & timens pallidus, & vnumquoq; talium. quare etiam ſi quis natura aliquid talium accidentium perturbationemue paſſus eſt, ſimilem* colorem veriſimile eſt eum habere. quæ enim affectio nũc in eo quod verecundetur circa corpus facta eſt, etiam ſecundum naturalem conſtitutionem eadem fieri poteſt affectio, vt & naturalis color ſimilis ſit. Quæcunque igitur talium accidentium ab aliquibus paſsionibus difficile mobilibus & permanentibus principium ſumpſerunt, paſſibiles qualitates dicuntur. ſiue enim ſecundum naturalem conſtitutionem pallor ſit, aut nigredo, qualitates dicuntur (quales enim ſecundum eas dicimur) ſiue propter ægritudinem longam, vel propter æſtum eidem, contigit nigredo, vel pallor, & non facile prætereunt, vel etiam per vitam permanẽt, paſſibiles

*a. l. qualitates vel paſsiones.

*a. l. cęteris ſe habet.

*a. l. quare & ſi qs natura taliũ aliquã paſſionũ paſſus ẽ ex aliqbus naturalibus accidẽtibus ſimilem.

paſſibiles qualitates & ipſæ dicuntur: ſimiliter enim quales ſecundum eas dicimur. Quæcunque vero ex ijs, quæ facile ſoluuntur, & cito tranſeunt, fiunt, paſſiones dicuntur, qualitates vero minime. non enim aliqui ſecundum ipſas dicuntur quales. neque.n. qui propter verecundiam rubeus factus eſt, rubeus dicitur: neq; cui pallor propter timorem venit, pallidus eſt: ſed magis eò quòd aliquid paſſus eſt. quare paſſiones quidem huiuſmodi dicuntur, qualitates vero minime. Similiter autem his, & ſecundum animam paſſibiles qualitates & pasſiones dicuntur. quæcunq; enim mox innaſcendo ab aliquibus pasſionibus difficulter mobilibus fiunt, qualitates dicuntur & ipſæ: vt amentia, mẽtis alienatio, & ira, & alia huiuſmodi: quales enim ſecundum eas dicuntur, ideſt iracundi, atq; amentes. ſimiliter autem & quæcunq; alienationes non naturales, ſed quæ ab aliquibus alijs accidentibus factæ ſunt difficile prætereuntes, & omnino ĩmobiles, qualitates ſunt etiam huiuſmodi: quales enim & ſecundum eas dicuntur. Quæcunq; vero ab ijs, quæ facile & cito prætereunt, fiunt, paſſiones dicuntur. vt ſi quis contriſtatus, iracundior fiat * non enim dicitur iracundus, qui huiuſmodi pasſione iracundior eſt: ſed magis quia aliquid paſſus. quare pasſiones quidem huiuſmodi dicuntur, qualitates vero minime. Quartum vero genus qualitatis eſt forma, & circa vnumquodq; conſtans figura. amplius autem ad hæc rectitudo & curuitas, & ſi quid aliud his ſimile eſt. ſecundum.n. vnũquodque eorum quale quid dicitur. triangulum.n. vel quadrangulum eſſe quale quid dicitur, & rectum aut curuum. & ſecundum etiam formam vnumquodq; quale dicitur. Rarum vero & ſpiſſum, & aſperum & lene putabuntur quidem quale quid ſignificare: ſed aliena huiuſmodi putantur eſſe a diuiſione, quæ circa quale eſt. quandam enim poſitionem magis videntur partiũ vtrunque monſtrare. ſpiſſum enim dicitur, eò quòd partes ſibiipſis propinquæ ſint: rarum vero, eò quòd diſtent a ſeinuicem. & lene quidem, ꝙ in rectitudine aliquomodo

* al. le. fiat pasſio dr̃.

quomodo partes iaceant: aſperum vero, ꝙ hæc quidem ſuperet, illa vero ſit inferior. fortaſſe quidem igitur alius quiſpiam modus apparuerit qualitatis: ſed ferè qui maxime dicuntur hi ſunt, qualitates itaq; ſunt. quæ dictæ ſunt. Qualia vero ſunt: quæ ſecundum has. denominatiue dicuntur, vel quomodolibet aliter ab ijs. In plurimis itaq; & ferè in omnibus denominatiue dicuntur: vt a candore candidus, & a grammatica grammaticus, & a iuſtitia iuſtus. ſimiliter & in alijs. In aliquibus vero cò ꝙ non ſunt poſita qualitati nomina, non contingit ea, quæ dicuntur, ab ijs denominatiue dici. vt curſor, aut pugillator, qui ſecundum naturalem dicitur potentiam, a nulla qualitate denominatiue dicitur. non.n.poſita ſunt nomina potentijs*ſecũdum quas iſti quales dicuntur. ſicuti diſciplinis, ſecundum quas pugiles vel palęſtrici ſecundum diſpoſitionem dicuntur. Pugillatoria enim & palęſtrica diſcipli na dicitur: quales vero ab ijs denominatiue dicũtur, qui diſponuntur. Aliquando autem & poſito nomine non dicitur denominatiue, ꝙ ſecundam eam quale dicitur: vt a virtute ſtudioſus. eo enim ꝙ virtutẽ habeat ſtudioſus dicitur, ſed non denominatiue a virtute. nõ autem in pluribus hoc tale eſt. Qualia ergo dicuntur, quæ denominatiue a dictis qualitatibus dicuntur, aut aliquo modo aliter ab eis. Ineſt aũt & contrarietas ſm qualitatem: vt iuſtitiæ iniuſtitia contraria eſt, & albedo nigredini, & alia. Similiter autem & ea, quæ ſecũdũ eas, qualia dicuntur: vt iniuſtum iuſto, & album nigro. Non in omnibus autẽ hoc accidit. rubro enim aut pallido, aut huiuſmodi coloribus nihil eſt contrarium, qualibus exiſtentibus. Amplius, ſi contrariorum alterum fuerit quale & reliquum erit quale. hoc autem palam eſt ex ſingulis proponenti alia prædicamenta. vt ſi eſt iuſtitia iniuſtitiæ contrarium: quale autem eſt iuſtitia: quale igitur & iniuſtitia. nullum enim aliorum prædicamentorum aptabitur iniuſtitiæ, neq; quantũ, neq; ad aliquid, neq; vbi, nec omnino aliquid huiuſmodi, niſi quale. ſic autem & in alijs, quæ ſecundũ quale ſunt

Diffinitio. qualium.

*a. l. potentijs ijs.

le ſunt contraria. Suſcipiunt autem qualia magis & minus. Album.n.magis & minus album alterum altero dicitur: & iuſtum alterum altero magis & minus. ſed & ipſa intenſionem ſuſcipiunt. cum candidum nanque ſit, contingit amplius candidum fieri. Non tamen omnia, ſed plurima. Iuſtitia nanq;, ſi dicatur magis & minus iuſtitia, poteſt quilibet ambigere: ſimiliter aũt & in alijs diſpoſitionibus. quidam.n.dubitant de talibus. iuſtitiam nanq; iuſtitia non omnino aiunt magis & minus debere dici, nec ſanitatem ſanitate, minus autem habere alterum altero ſanitatem aiunt: & iuſtitiã alterum minus altero habere dicitur. ſic autem & grãmaticam, & alias diſpoſitiones. ſed tamen ea, quæ ſecũdum eas dicuntur,* indubitanter recipiunt magis & minus: grammaticior enim alter altero dicitur, & iuſtior, & ſanior. ſic autem & in alijs. Triangulus vero & quadrangulus non videntur magis & minus ſuſcipere: neq; aliqua aliarum figurarum, quæ enim diffinitionẽ trianguli recipiunt & circuli, omnia ſimiliter trianguli vel circuli ſunt: eorum autem, quæ non recipiunt rationem eãdem, nihil magis alterum altero dicetur. nihil enim quadratum magis quam parte altera longius, circulus eſt, neq; alterum enim recipit circuli rationem. ſimpliciter autem, ſi vtraq; non recipiunt propoſiti rationem, non dicetur alterum altero magis. nõ ergo omnia qualia recipiunt magis & minus. Horum itaq;, quæ prædicta ſunt, nullum eſt proprium qualitatis. Similia vero aut diſſimilia ſecundum ſolas dicuntur qualitates. ſimile enim & diſſimile alterum alteri non eſt ſecundum aliud, niſi ſecũdum id quod quale eſt. Quare proprium eſt qualitatis ſecundum eam ſimile, vel diſſimile dici. At vero non decet conturbari, ne quis nos dicat de qualitate propoſitum facientes, multa eorum, quæ ſunt ad aliquid, connumeraſſe: habitus enim & diſpoſitiones eorum, quæ ad aliquid ſunt, eſſe dicebamus. Penè enim in omnibus qualitatibus* genera ad aliquid dicuntur, nihil autem eorum, quæ ſunt ſingularia, nam cum diſciplina genus ſit, idipſum,

*a.l. dicunt qualia.

Remouet dubitationem.

*a.l. oĩb' talibus qualitatibus.

ſum,quod eſt,alterius dicitur : alicuius enim diſcipli-na dicitur. eorum vero, quæ ſingularia ſunt, nihil ipſum quod eſt alterius dicitur. vt grammatica non dicitur alicuius grammatica, nec muſica alicuius alterius muſica. ſed forte ſecundum genus, & hæ ad aliquid dicuntur: vt grammatica alicuius dicitur diſciplina, nō alicuius grammatica & muſica alicuius diſciplina, nō alicuius muſica. Quapropter quæ ſingularia quidem ſunt, non ſunt ad aliquid. dicimur autem quales ſecundum ſingula * hæc enim & habemus. ſcientes enim dicimur, eo quod habemus ſingularum ſcientiarum aliquas. quare hæ erunt etiam qualitates, quæ ſingulares ſunt, ſecundum quas aliquando & quales dicimur, hæ autem non ſunt eorum, quæ ſunt ad aliquid. Amplius ſi contingit idē ipſum & quale & ad aliquid eſſe, nihil eſt inconueniens in vtriſq; hoc generibus enumerare.

* a.l. has.n. & habemus ſcientias.

Habitus & diſpoſitio, quæ prima ſpecies qualitatis ſunt, ſic diſtinguuntur, quod habitus difficile mobilis exiſtens dicitur, & permanentior eſt, contra uero diſpoſitio.

Quilibet habitus eſt diſpoſitio, & non conuertitur.

Secunda qualitatis ſpecies, eſt naturalis potentia uel impotentia.

Paſſio & paſſibilis qualitas, tertia eſt qualitatis ſpecies.

Paſſibilis qualitas dicitur, quòd paſſionem cauſat, uel ab ea cauſatur, Paſsio uero tranſeunter breuiq; tempore ſubiectum afficit.

Forma & circa aliquid conſtans figura quartum eſt qualitatis genus.

Rarum & ſpiſſum, aſperum ac lene, quale quid potius ſignificare dicuntur, quam qualitatem aliquam, cū partium poſitionem importare dicantur.

Spiſſum

Spiſſum dicitur, cuius partes ſibiinuicem propinquæ ſunt, rarum uero, cuius partes diſtant abinuicē.

Lene eſt, cuius partes æqualiter in recta iacent. Aſperum uero cuius pars alteri ſupereminet.

Qualia ſunt quæ ſecundum has denominatiue, uel quouis alio modo dicuntur.

Qualitati, & ipſis qualibus contrarietatem ineſſe contingit, & ſi non omnibus.

Contrariorum, ſi unum fuerit qualitas, reliquū erit qualitas.

Qualia ſuſcipiunt magis & minus, & ſi non omnia.

Secundum ſolas qualitates ſimilia uel diſſimilia aliqua dicuntur.

Habitus ſingulares, non ad aliquid, ſed qualitates ſunt, in ſpecie autem, uel ſecundum genus ad aliquid dicuntur.

De agere & pati. Cap. V.

Recipit autem agere & pati contrarietatem & magis & minus. Calefacere enim ei quod eſt frigefacere contrarium eſt, & calefieri ei quod eſt frigefieri, & delectari ei quod eſt contriſtari. quare ſuſcipiunt contrarietatem. Et magis & minus. eſt enim calefacere & magis & minus, & calefieri magis & minus. & triſtari magis & minus. ſuſcipiunt igitur magis & minus agere & pati. De his igitur tot dicuntur.

Agere & pati contrarietatem ſuſcipiunt, & magis & minus.

De cæteris

De cæteris Prædicamentis. Cap. VI.

DIctum eſt & de eo quòd eſt ſitum eſſe in iis, quæ ſunt ad aliquid, quòd denominatiue a poſitionibus dicitur. De reliquis verò, id eſt quando, & vbi & habere, propterea quòd manifeſta ſunt, nihil de ipſis aliud dicitur, quàm quæ in principio dicta ſunt: quòd habere quidem ſignificat calceatum eſſe, armatum eſſe: Vbi vero, vt in Lycio, in foro: & alia quæcunque de his dicta ſunt. Igitur de omnibus generibus, quæ propoſuimus, ſufficiunt dicta.

TRACTATVS TERTIVS.

De oppoſitis. Caput primum.

Tertia pars.

DE OPPOSITIS autem, quot modis ſolent opponi dicendum eſt. Dicitur enim alterum alteri opponi quadrupliciter, aut vt ea, quæ ad aliquid, aut vt contraria, aut vt priuatio & habitus, aut vt affirmatio & negatio. Opponitur autem vnumquodque iſtorum, ut ſit figuratim dicere, tanquam ea, quæ ad aliquid quidem, vt duplum dimidio: tanquam contraria, vt malum bono: tanquam autem ſecundum priuationem, & habitum, vt cæcitas & viſio: tanquam vero affirmatio & negatio, vt ſedet non ſedet. Quæ-

cunque igitur, ut ad aliquid opponuntur, ea ipſa, quæ ſunt oppoſitorum dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ipſa. ut duplum dimidij, hoc ipſum quod eſt, alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur, & ſcientia ſcibili, tanquam ea quæ ſunt ad aliquid opponitur: & dicitur ſcientia ipſum quod eſt ſcibilis: & ſcibile dicitur ipſum quod eſt ad oppoſitum ad ſcientiam. ſcibile enim aliquo dicitur, ſcilicet ſcientia ſcibile, quæcunque ergo oppoſita ſunt tanquam ad aliquid, ea ipſa quæ ſunt oppoſitorum, uel alio quolibet modo adinuicem dicuntur. Illa uero, quæ opponuntur ut contraria, ea ipſa quidem, quæ ſunt, nullo modo ad ſeinuicem dicuntur: contraria tamen ſibiinuicem dicuntur. neque enim bonum mali dicitur bonum, ſed contrarium: quare differunt abinuicem hæ oppoſitiones. Quæcunque uero contrariorum talia ſunt, ut in quibus nata ſunt fieri, & de quibus prædicantur neceſſarium ſit alterum ipſorum ineſſe, horum nihil eſt medium. Quorum uero non eſt neceſſarium alterum ineſſe. horum omnino eſt aliquid medium. ut ægritudo & ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri, & neceſſarium eſt alterum ipſorum ineſſe animalis corpori, uel ægritudinem, uel ſanitatem. & par quidem & impar de numero prædicantur: & neceſſe eſt horum alterum numero ineſſe, uel par uel impar: & non eſt horum aliquod medium, neque ægritudinis & ſanitatis, neque imparis atque paris. Quorum autem non eſt neceſſarium alterum ineſſe, eorum eſt aliquod medium. ut nigrum & album in corpore animalis nata ſunt fieri, & non eſt neceſſarium alterum eorum ineſſe corpori. non enim omne corpus uel album uel nigrum eſt. ſed & prauum & ſtudioſum prædicantur quidem de homine & de aliis compluribus: non eſt autem neceſſarium alterum eorum ineſſe iis, de quibus prædicantur, non enim omnia aut praua aut ſtudioſa ſunt, ſed eſt aliquid eorum medium

medium, ut albi & nigri, fuſcum & pallidum, & quicunque alii colores: praui uero & ſtudioſi, q neque prauum neque ſtudioſum eſt. in aliquibus igitur mediis poſita ſunt nomina: ut albi & nigri, fuſcum & pallidum, & quicunque alii huiuſmodi colores: in aliquibus uero non eſt nomine facile medium aſſignare, utriuſque uero extremorum negatione medium definitur, ut quod neque bonum neque malum eſt, neque iuſtum neque iniuſtum. Priuatio uero & habitus dicuntur quidem circa idem aliquid: vt viſio & cæcitas circa oculum. Vniuerſaliter autem dicere eſt in quo natus eſt habitus fieri, circa hoc dicitur utrunque eorum fieri. Priuari uero tunc dicimus vnumquodq; habitus ſuſceptibilium, quando in quo natum eſt ineſſe, vel quando illud natum eſt habere, nullo modo inſit. edentulum enim dicimus non quod non habet dentes, & cæcum nō quod non habet viſum. ſed quod non habet, quando natum eſt habere. aliqua enim ex natiuitate, neque dentes habent, neque uiſum: ſed non dicuntur edentula, neque cæca. Priuari vero & habere habitum, non eſt priuatio & habitus. Habitus enim viſus eſt, priuatio vero cæcitas. habere autem viſum, non eſt viſus, nec cæcum eſſe, cæcitas. Priuatio enim quædam eſt cæcitas, cæcum vero eſſe priuari, non priuatio eſt. Amplius, ſi idem eſſet cæcitas & cæcum eſſe, vtraque de eodem predicarentur, ſed cæcus quidem dicitur homo, cæcitas vero homo nullo modo dicitur. Opponi quidem etiam iſta videntur, priuari ſcilicet & habere habitum, quemadmodum priuatio & habitus. idem enim modus eſt oppoſitionis. nam ſicut cæcitas viſui opponitur, ſic cæcum eſſe, & uiſum habere opponuntur. Non eſt autem neque hoc quod ſub affirmatione & negatione eſt, affirmatio & negatio. affirmatio nanque oratio affirmatiua eſt, & negatio oratio negatiua. quod vero ſub affirmatione & negatione eſt, nulla eſt oratio, ſed res.* dicuntur autem hæc eſſe oppoſita adinuicem,

*al.l. nō habet, ſed res.

cem, tanquam affirmatio & negatio nam & in his modus oppoſitionis idem eſt. ſicut enim affirmatio ad negationem opponitur (vt quod ſedet, ei quod non ſedet) ſic & res, quæ ſub vtroque eſt, opponitur, ſcilicet ſedere aliquem ad non ſedere. Quod autem priuatio & habitus non opponuntur, vt ad aliquid, manifeſtum eſt. non enim dicitur idipſum quod eſt oppoſiti. viſus enim non eſt cæcitatis viſus, nec vllo alio modo ad ipſum dicitur. ſimiliter autem neque cæcitas viſionis cæcitas dicatur, ſed priuatio quidem viſionis dicitur, cæcitas vero viſionis non dicitur, neque viſus cæcitatis.* Amplius, ad aliquid omnia ad conuertentiam dicuntur. quare, ſi cæcitas eorum, quæ ad aliquid ſunt, eſſet, vtique & conuerteretur ad illud, ad quod dicitur. ſed non conuertitur enim dicitur viſus cæcitatis viſus. Quod autem neque vt contraria opponuntur, quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifeſtum eſt. Contrariorum enim, quorum nihil eſt medium, neceſſe eſt vel in quibus fieri nata ſunt, aut de quibus prædicantur, alterum ipſorum ineſſe ſemper. eorum enim nihil medium erat, quorum alterum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium erat, vt in languore, & ſanitate, & impari atque pari. quorum vero aliquid medium eſt, nunquam neceſſe eſt omni ineſſe alterum. neque enim neceſſe eſt omne ſuſceptibile vel candidum, vel nigrum eſſe: neque frigidum, vel calidum: horum enim medium aliquid, nihil eſſe prohibet. inſuper autem & horum erat aliquid medium, quorum alterum ineſſe ſuſceptibili non neceſſarium erat, præter illa, quibus unum ideſt naturaliter, ut igni calidum eſſe, & niui candidum. in his enim determinate neceſſarium alterum eſt ineſſe, & non vtrumuis contingit. non enim poſſibile eſt ignem frigidum eſſe, neque niuem nigram. quare omni quidem ſuſceptibili non neceſſarium eſt alterum ipſorum ineſſe, ſed ſolis, quibus natura vnum ineſt, & his determinate

* a. le. nõ habet, neq; viſus cæcitatis.

vnum

vnum non vtrumuis contingit. in priuatione autem & habitu, neutrum eorum, quæ dicta ſunt, verum eſt. non enim ſemper alterum eorum ineſſe ſuſceptibili neceſſarium eſt, quod enim nondum natum eſt habere uiſum, neque cæcum, neque uiſum habens dicitur: quare non erunt hæc, vt ea contraria, quorum nihil eſt medium. ſed neque ut ea, quorum aliquid eſt medium. neceſſarium enim eſt aliquando omni ſuſceptibili alterum eorum ineſſe. quando enim iam ad habendam viſionem nátum fuerit, tunc aut cæcum, aut habens uiſum dicetur. Et eorum non determinate alterum, ſed utrumuis contingit. non enim neceſſarium eſt uel cæcum uel uiſum habens eſſe, ſed * vtrumuis contingit. in contrariis autem, quorum aliquid medium eſt, nunquam neceſſarium erat omni ſuſceptibili alterum ineſſe, ſed quibuſdam: & his determinate vnum & non vtrumuis contingit.*Vnde palam eſt, quòd ſecundum neutrum modorum tanquam contraria opponuntur ea, quæ ſecundum priuationem & habitum opponuntur. Amplius, In contrariis quidem cum ſit ſuſceptibile, adinuicem mutationem fieri poſſibile eſt, niſi alicui vnum natura ineſt, ut igni calidum, * etenim ſanum poſsibile eſt languere: & candidum nigrum fieri, & calidum frigidum, & ex ſtudioſo prauum, & ex prauo ſtudioſum fieri poſſibile eſt: prauus enim ad meliores exercitationes deductus, & doctrinas (etſi ad modicum aliquid proficiat, vt melior ſit) ſi certe ſemel, quamuis modicum incrementum ſumpſerit, palam eſt, quia aut perfecte mutabitur, aut ſatis multum incrementum ſumet. ſemper enim bene mobilior ad virtutem fit, etiam quodcunque incrementum ſumpſerit a principio. quare etiam veriſimile eſt plenius eum ſumere incrementum. & hoc dum ſemper fit, perfecte in contrarium habitum reſtituetur: niſi forte tempore prohibeatur. Verum in priuatione & habitu impoſſibile eſt adinuicem mutationem fieri:

*a.l. non.n. neceſſario vel cæcum uel uiſũ habens dicetur determinate, ſed

*a. le. non habet, et nõ vtrũuis cõtingit.

*a. le. calidum, & niui album, etenim

ex habitu enim in priuatione mutatio fit, a priuatione vero in habitum impoſſibile eſt. neque enim cæcus factus aliquis: rurſus vidit, neque cum caluus fuerit, rurſus comatus factus eſt: neque cum fuerit edentulus, dentes ei iterum orti ſunt. Quæcunque vero tanquam affirmatio, & negatio opponũtur, palam eſt quod nullo prædictorum modo opponuntur. in ſolis enim his neceſſarium eſt ſemper, hoc quidem eorum verum, illud autem falſum eſſe. neque enim in contrarijs neceſſarium eſt ſemper alterum verum eſſe, alterum autem falſum, neque in ijs, quæ ad aliquid ſunt, neque in habitu, & priuatione, vt ſanitas, & languor contraria ſunt. & neutrum horum neque verum neque falſum eſt. ſimiliter autem, & duplum, & dimidium tanquam ad aliquid oppoſita ſunt, & non eſt eorum neutrum neque verum neque falſum. ſed neque ea quæ ſecundum priuationem, & habitum dicuntur ſicut viſio, & cæcitas. Omnino autem eorum, quæ ſecundum nullam dicuntur complexionem, nihil neque verum, neque falſum eſt. omnia autem, quæ dicta ſunt ſine complexione dicuntur. Veruntamen maxime tale hoc, contingere videbitur in ijs, quæ ſecundum complexionem contraria dicuntur. ſanum nanque eſſe Socratem, ad languere Socratem, contrarium eſt. Sed neque in his neceſſarium ſemper alterum verum eſſe, & alterum falſum. cum enim Socrates ſit, aliud quidem verum, aliud autem falſum erit, cum vero non ſit, ambo falſa ſunt. neque enim languere, neque ſanum eſſe verum eſt. cum ipſe non ſit omnino Socrates. In priuatione vero, & habitu cum non ſit, omnino neutrum verum eſt, cum autem ſit, non ſemper alterum quidem verum erit, alterum autem falſum. habere nanque viſum Socratem ei, quod eſt cæcum eſſe Socratem, opponitur. ſicut priuatio, & habitus: & cum ſit, non neceſſarium eſt alterum verum eſſe, vel falſum: cum enim nondum ſit natus habere, vtraque falſa ſunt: & cum

non ſit omnino Socrates, ſimiliter quoque falſa ſunt vtraque, & viſum eum habere, & cæcum eum eſſe. In affirmatione vero, & negatione ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, hoc quidem falſum erit, illud autem verum. Languere nanque Socratem, & non languere Socratem cum ipſe ſit, palam eſt, quòd alterum eorum verum, alterum vero falſum eſt: & cum non ſit, ſimiliter. Languere etenim cum non ſit falſum eſt. non languere autem, verum. Quare in his ſolis proprium erit ſemper alterum eorum verum, alterum falſum eſſe: quæcunque tãquam affirmatio, & negatio opponuntur. Contrarium autem bono quidem ex neceſſitate malum eſt. hoc autem per ſingulorum inductionem palam eſt. vt ſanitati languor: & iuſtitiæ iniuſtitia: & fortitudine timiditas. ſimiliter autem, & in alijs. Malo autem aliquando quidem bonum eſt contrarium, aliquando malum. defectui enim, cum malum ſit; ſuperabundantia contraria eſt, cum ſit etiam ipſa malum, ſimiliter autem, & mediocritas cum vtrique contraria ſit, bonum eſt. Sed in paucis quis tale hoc aſpiciet, in pluribus vero ſemper malo bonum contrarium eſt. Amplius, Contrariorum non neceſſarium eſt ſi alterum ſit, & reliquum eſſe. Sanis nanque omnibus ſanitas quidem erit, languor vero non. ſimiliter autem albis omnibus, albedo quidem erit, nigredo vero non. Amplius, Si ei, quod eſt, Socratem ſanum eſſe, Socratem languere contrarium eſt, non contingit autem ſimul vtraque eidem ineſſe, non vtique continget, cum alterum contrariorum ſit, & reliquum eſſe. cum enim ſit, Socratem ſanum eſſe, languere Socratem non erit. Palam vero eſt quod circa idem, aut ſpecie, aut genere nata ſunt fieri contraria. Languor nãque, & ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri, albedo autem, & nigredo, ſimpliciter in corpore. Iuſtitia vero, & iniuſtitia in anima hominis. Neceſſarium autem eſt omnia contraria uel in eodem genere eſſe,

De contrariis

vel in contrariis generibus, vel ipſa genera eſſe. album enim & nigrum in eodem genere ſunt. color enim eorum genus eſt, iuſtitia vero & iniuſtitia in contrariis generibus, illius nanque virtus genus eſt, huius autem vitium. bonum vero & malum non in genere ſunt, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.

Quæcunque opponuntur, aut relatiue, aut contrarie, aut ut habitus & priuatio, aut contradictorie opponuntur.

Relatiue oppoſita hoc ipſum quòd ſunt aliorum eſſe dicuntur.

Contraria non inuicem dicuntur, ſed alterum alteri abſolute contrarium.

Contrariorum alia ſunt immediata, quorum alterum, ſubiecto neceſſarium eſt ineſſe: alia uero mediata, quorum alterum non neceſſarium eſt ineſſe ſubiecto.

Medium contrariorum duplex, nominatum & innominatum.

Priuatio & habitus fiunt circa determinatum ſubiectum indefinito tempore.

Priuatio & habitus non opponuntur ſicut relatiua, neque ut contraria.

Contrariorum alterum in alterum mutari contingit à priuatione uero ad habitum non eſt regreſſus.

Omnia contradictorie oppoſita, non autem contrarie, aut relatiue, uel ſicut habitus & priuatio, quæ nullam complexionem dicunt, uerum alterum eſſe neceſſe eſt, alterum uero falſum.

Bono ex neceſſitate malum contrarium eſt, malo uero nonnunquam bonum, nonnunquam malum.

Contraria circa idem ſemper fieri habent, aut genere, aut ſpecie.

Omnia contraria oportet in eodem genere eſſe, uel in contrariis generibus, uel ea eſſe contraria genera.

Bonum & malum ſunt dua genera contrariorum.

De priori. Cap. II.

PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primo quidem & maxime proprie ſecundum tempus: ſecundum quod antiquius alterum altero, & vetuſtius dicitur. in eo enim quòd tempus amplius eſt, & antiquius & vetuſtius dicitur. Secundo autem quod non conuertitur ſecundum ſubſiſtendi conſequentiam. ut vnum duobus prius eſt. duobus enim exiſtentibus, mox vnum eſſe conſequens eſt: vno vero exiſtente, duo eſſe non neceſſarium eſt. quare non conuertitur ab uno conſequentia, vt reliquum ſit. prius autem illud eſſe videtur, à quo non conuertitur eius, quod eſt eſſe conſequentia. Tertio vero ſecundum ordinem quendam prius dicitur: quemadmodum & in ſcientiis, & in orationibus. nam in demonſtratiuis ſcientiis eſt prius & poſterius ordine: elementa enim in geometrica priora ſunt ordine iis, quæ deſcribuntur. ſed & in grammatica, elementa ſyllabis priora ſunt. & in orationibus ſimiliter procœmium narratione prius ordine eſt. Amplius, præter ea, quæ dicta ſunt, quod melius & honorabilius eſt, prius natura eſſe videtur. conſueuerunt autem & multi honorabiliores & magis dilectos a ſe priores apud ſe dicere. Eſt quidem & pene alieniſsimus priorum hic modus. Modi igitur, qui dicti ſunt de priore, fere tot ſunt.

tot ſunt. Videtur autem præter eos, qui dicti ſunt, alter eſſe prioris modus. Eorum enim, quæ conuertuntur ſecundum eſſe conſequentiam, quod alteri quomodolibet cauſa eſt, conuenienter prius natura dici poſsit. Quòd vero quædam ſunt huiuſmodi, palam eſt, eſſe nanque hominem ſecundum eſſe conſequentiam ad veram de ſe conuertitur orationem. Nam ſi homo eſt, vera eſt oratio, qua dicimus, ꝙ homo eſt: & conuertitur, nam ſi vera eſt oratio, qua dicimus ꝙ homo eſt, eſt homo. Eſt autem vera oratio, nequaquam cauſa. vt ſit res. veruntamen res quodammodo cauſa videtur, vt ſit vera oratio. cò enim quod res eſt, aut non eſt, vera oratio aut falſa dicitur. quare ſecundum quinque modos prius alterum altero dici poteſt.

Prius dicitur quinque modis: Tempore, ſecundum ſubſiſtendi, conſequentiam, Ordine, Dignitate, cauſalitate, ſiue ſecundum naturam.

Ab eo quòd res eſt uel non eſt oratio uera uel falſa dicitur non autem econuerſo.

De ſimul. Cap. III.

Simul autem dicuntur ſimpliciter quidem & propriiſsime quorum generatio in eodem eſt tempore: neutrum enim eorum neque prius neque poſterius eſt. Simul autem ſecundum tempus hæc dicuntur. Natura vero ſimul ſunt, quæcunque conuertuntur quidem ſecundum eius quod eſt eſſe conſequentiam, ſed nequaquam alterum alteri cauſa eſt, vt ſit. vt in duplo & dimidio. conuertuntur etenim hæc. nam, cum duplum ſit, dimidium eſt: & cum dimidium ſit, duplum eſt: ſed neutrum alteri cauſa eſt, vt ſit. Dicitur autem ſimul natura, & quæ ex eodem genere

genere è diuerſo ab inuicem diuidantur. è diuerſo autem diuidi ab inuicem dicuntur, quæ ſecundum eandem ſunt diuiſionem: vt volatile, greſsibile & aquatile. hæc enim ab inuicem è diuerſo diuiduntur, cum ſint ex eodem genere. Animal nanque diuiditur in hæc, in volatile, greſsibile, & aquatile: & nihil horum prius nel poſterius eſt, ſed ſimul hæc natura eſſe videntur. Diuiditur autem & vnumquodque horum in ſpecies rurſus, vt volatile, greſsibile, & aquatile. Erunt ergo & illa ſimul natura, quæcunque ex eodem genere ſecundum eandem ſunt diuiſionem. Genera vero ſpeciebus ſemper priora ſunt: neque enim conuertuntur ſecundum eius quod eſt eſſe conſequentiam. vt cum quidem aquatile ſit, animal eſt, cum vero ſit animal, non neceſſe eſt vt aquatile ſit. Simul ergo natura dicuntur, quæcunque quidem conuertuntur ſecundum eius, quod eſt eſſe conſequentiam, ſed nequaquam alterum alteri vt ſit, cauſa eſt, & ea quæ ex eodem genere è diuerſo diuiduntur ab inuicem. Simpliciter autem ſimul ſunt quorum generatio in eodem eſt tempore.

Simul aliqua ſunt bifariam: tempore, & natura.

Simul tempore ſunt quorum generatio ſit, in eodem tempore.

Simul natura aliqua dicuntur, quæ conuertuntur ſecundum eius, quod eſt eſſe conſequentiam, ſed nequaquam alterum alteri cauſa eſt, ut ſit: & quæ ex eodem genere è diuerſo ab inuicem diuiduntur.

De motu. Cap. IIII.


Motus autem ſpecies ſunt ſex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, & ſecundum locum mutatio. Alij itaque motus palam

palam eſt, quòd ab inuicem diuerſi ſunt. non enim eſt generatio corruptio, neque argumentum diminutio, neque ſecundum locum mutatio, ſimiliter autem & alij. In alteratione vero habet quandam dubi-

Dubium.

tationem: ne ſit fortè neceſſarium id quod alteratur, per aliquam reliquarum motionum alterari. Hoc autem non verum eſt. nam ſecundum omnes penè paſſiones, aut complures accidit nos alterari, nulla aliarum communicante motionum. nam neque augeri neceſſarium eſt quod per paſſionem mouetur, neque diminui. ſimiliter autem & in aliis. Quare alia præter alios motus erit alteratio. nam ſi eſſet eadem, oporteret id, quod alteratur, mox & augeri uel minui, uel quandam aliarum motionum ſequi, ſed non neceſſe eſt. Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret. ſed ſunt quædam, quæ augmentantur, quæ non alterantur. ut quadratum gnomone circumpoſito creuit quidem, alteratum uero nihil factum eſt. ſic & in aliis huiuſmodi. quare alii motus ſunt abinuicem.

Augmentatio Quadrati Gnomono circumpoſito.



Est autem ſimpliciter motui quidem quies contraria

traria: iis uero, quæ per ſingula ſunt, & ſingula. generationi quidem corruptio contraria, augmentationi uero diminutio, ſecundum locum mutationi, ſecundum locum quies. maxime autem uidetur oppoſita eſſe ad contrarium locum mutatio. ut ei, quæ inferius eſt, ea, quæ ſuperius eſt, & ei, quæ ſuperius, eſt ea, quæ inferius eſt. Reliquo uero aſſignatorum motuum, non facile eſt aſſignare quid forte eſt contrarium. videtur autem nihil eſſe ei contrarium: niſi quis, & in hoc ſecundum qualitatem quietem opponat, aut in cõtrarium qualitatis, mutationem: ſicut & in mutatione ſecundum locum, quietem ſecundum locum, aut in contrarium locum mutationem. eſt enim & alteratio mutatio ſecundum qualitatem. quapropter opponitur motui ſecundum qualitatem, quies ſecundum qualitatem, aut in contrarium qualitatis mutatio, ut album fieri ad id, quod nigrum eſt fieri. alteratur enim in contraria, qualis mutatione facta.

Sex ſunt ſpecies ab inuicem diſtinctæ, Motus: Generatio, Corruptio: Augmentum, Diminutio: Alteratio & ſecundum locum mutatio.

Motui ſemper quies contraria eſt ſimpliciter, ſingulis uero ſingulæ motus ſpecies contrariæ ſunt.

Motui ſecundum locum ſurſum, contrariatur non tantum quies in loco deorſum, ſed motus deorſum.

Motui ſecundum qualitatem, quies ſecundum qualitatem appoſita eſt, & in contrarium qualitatis mutatio.

De

De habere. Cap. V.

HAbere ſecundum plures modos dicitur. Aut enim vt habitum,& diſpoſitionem,aut aliam aliquam qualitatem. dicimur enim diſciplinam aliquam atque virtutem habere. Aut vt quantum,vt quando contingit aliquis habens magnitudinē: dicitur enim tricubitam habere magnitudinem, vel quadricubitam. Aut vt ea,quæ circa corpus ſunt, vt veſtimentum, vel tunicam. Aut vt in parte,vt in manu annulum. Aut vt per partem,vt manum vel pedem. Aut vt in vaſe,vt modius grana tritici,aut amphora vinum. vinum enim habere amphora dicitur. & modius grana tritici. hæc enim omnia* habere dicuntur,vt in vaſe. Aut vt poſſeſſionem. habere enim domum,& agrum dicimur. Dicitur autem,& vir vxorem haberem,& vxor virum. Sed qui nunc dictus eſt modus, alieniſſimus eſt eius, quod eſt habere. nihil enim aliud vxorem habere ſignificamus, quam quod cohabitant. Forte tamen,& alij quidam eius quod eſt habere,apparebunt modi: ſed qui dici conſueuerunt, penè omnes enumerati ſunt.

* a. le. hæc igitur oīa.

Habere uarijs dicitur modis: Habere qualitatem: Quantitatem: corpori adiacentia: aut ut in parte,uel ut partē, uel ut in uaſe,uel ut poſſeſſum, uel ut uir uxorem,& econtra ſe habere dicuntur,ideſt cohabitare.

Categoriarum ſeu Prædicamentorum Libri

FINIS.

GILB. PORRETANI DE SEX PRINCIPIIS LIBER,

Hermolao Barbaro Interprete.

SVMMA LIBRI.

De Ratione ſeu Forma, de Paſſione, Quando, Vbi, Poſitione, Habitu, & de ſuſcipere Magis & Minus.

De Forma, ſiue Ratione. Caput Primum.

Ratio. Forma.

RATIO ſiue forma eſt id, quod ſuperuenit compoſito, ſimplici conſtans & inuariabili eſſentia. Nec enim ipſa compoſitũ eſſe poteſt, quandoquidem à natura compoſiti ſecernitur. Nam compoſitum compoſito ſuperueniens, acceſſione ſua maius efficitur: forma compoſito ſuperueniens, maiorem miſcellam acceſſione ſua non reddit. nec enim corpus candidum maius minuſúe ſeipſo eſt, non candido, neq; ſi cogitatur eſſe non candidum, propterea compoſito uel pernicies uel detractio magnitudinis contingit, ſed immutatio duntaxat. Et quia uideri poteſt hoc & animis cõpetere, iccirco eſſentiam eius inuariabilem eſſe diximus, quo uerbo à definitione noſtra ſeparantur animæ, quas conſtat affici motibus contrariis, nunc lætitiæ, nũc mœroris. Et quoniam philoſophi ſunt, qui putent aĩam eſſe mundi quãdam inuariabilem, atq; ſimplicem, diſcludi uolens eam a mẽtione noſtra, adieci

Fortuna ne omnis perpetuo inuariabilis.

compoſito ſuperueniens. Quamobrē finis ille numeros omnes habet, nihil vt ſit, vel quod deſideres, vel quod redundet, ſi quis eum ſubtiliter exploret. Sed quæri poteſt, nunquid hoc perpetuum ſit, vt omnis forma perhibeatur inuariabilis? alioquin plures videntur eſſe variabiles, nam, & oratio è vera commeat in falſam, & candor, & lucido ſuboſcurus, & tenebroſus fit, & opinio veritatis eadem, & mendacij capax eſt. At non eſt ita: ſed candorem dici lucidum nihil aliud eſt, quam ſtratum cādoris ipſum dici lucidum: item nec oratio vel opinio contrarijs ipſæ ſuut obnoxiæ, ſed verba notæ impreſſionum earum ſunt, quæ in animo habentur. Verum de his aliubi dictum eſt. Eſſentiale appello, quicquid ſuum rebus eſſe confert, quacunque compoſitura iunctis atque cōditis, ex maiore parte quod nec abeſſe quidem vllo modo poteſt, vt ſenſus, & ratio, & quæ ſunt his ſimilia, continens, & diſcretum. Eſſentiale porro ad aliud materiæ vicem præfert, aliud formæ: quemadmodum in homine materia corpus eſt, animus forma. quapropter vtrunque futurum eſſentiale eſt, & animus corpori, & rationale homini. Sed hæc in libro de prædicamentis dicto fuſius explicata ſunt. E formis aliæ per naturam ſunt, aliæ per artem. ratio per naturam eſt, color, & alia, quæ affectio, per artem. Aliquæ ſunt in quibus ambigitur, per naturam ortum habeāt, an per artem: vt figura inciſionis, vbi nulla fit acceſſio, ſed ſeparatio ſola partium. An figura quidem ipſa naturæ fertur accepta. ſed vt ſēſu percipiatur hoc artis opus eſt. Nam quod forma partium iunctione coaleſcit, ſine dubio conſiſtit per artem, ſed hæc perſpicua. Illud ſpiſſius: nunquid formæ illæ, quæ verſari dicūtur in pluribus, per naturam exiſtere videantur, an per artem. per artem non poſſunt, cum nulla eſſe videatur actio, quæ poſſit ad formam in pluribus conſtitutam attingere, per naturam non videntur, quod ea, quæ per naturam efficiuntur, ab aliqua re cōdita, & creata principium cepere.

Eſſentiale. Primo Peri hermenias.

Formarum diuiſio.

cepere. At uero conditæ res non ſunt, nec enim poteſt ratio ulla reddi, quamobrem ſint huiuſmodi. An natura eſt ipſa, quę formas illas molitur, imperſpicue uidelicet, & occulte? Nam quemadmodum partibus coniūnctis pluribus, uniuerſitas quædam conſurgit, quæ magnitudinem partis cuiuſque ſuperat, ita ex ſingulis, quæ ſeorſum habentur, una quædam forma concipitur, quæ omnia illa quaſi ambit, & prædicatione ſua tranſilit. quo fit, ut omnis uniuerſalitas a natura conſtet: quippe quæ prodeat ex ſingulis, & ipſa (ſic dixerim) ſingularitas, conditur æ pariter incedat atque congruat. Si quis uero diligenti ſubtilitate id exigat, inueniet, quemadmodum natura uires ſuas exercet in actionibus clam nobis, ita, & conditorem naturæ ſuas in ipſa natura promere id, quod ex operibus cognoſcitur. quandoquidem naturam ipſe numero certo ſanxit. Hactenus de his. nanque alterius instituti ſunt. Formarum uero, alia eſt in ſubiecto, & de ſubiecto prædicatur. ut ſcientiæ, quæ tum in ſubiecto collocatur, anima: tum de ſubiecto prædicatur grammatica. Quædam in ſubiecto eſt quidem, ſed de ſubiecto nullo dicitur: ut Socratis albedo, & omnino quicquid tale numero unum eſt. Formarum alia diuiſio.

Aliæ de ſubiecto prædicantur in ſubiecto, non habentur: ut mortale, rationaleq́;. Ex ijs, quæ in ſubiecto ſunt, & de ſubiecto dici non poſſunt, aliæ ſenſiles, aliæ inſenſiles. Senſiles uocantur, quæ ſenſu comprehenduntur, ut candor, ſtrepitus, odor, calor uerbera, dulcedo. Inſenſiles, quæ mente percipiuntur, ut diſciplinæ. Item quæcunque de ſubiecto prædicantur aliquo, ſenſiles appellari non poſſunt. Ex his, quæ dicta ſunt, conſtat, alias eſſe formas, quæ aliquo loco uideri ſitæ poſſunt: ut nigritia in oculo. alias eiuſmodi, quas difficile ſit oſtendere, ubi nam collocatæ ſint: ut ſcientia, ſeruitus, dominium, relatio, qua pater eſſe dicitur, relatio, qua filius, niſi quis in ipſa temperatura gignentium, & con

dentium ſtatuat. Omnes porro formæ quas prætexui, ſolitariæ hoc eſt citra complexum & ſeriem loquendi repreſentate, per notas quæque ſuas ſignificāt vel ſubſtantiam, vel accidens, ſiue ſuperueniens. Earum quæ ſuperueniunt extantibus, aliæ ſimpliciter intra ſubſtantiam, ſpectātur: vt linea, ſuperficies, corpus: aliȩ veniunt extrinſecus: vt facere, vt pati, vt compoſitum eſſe, vt vbi, vt quando, vt habere. De his, quæ ſubſiſtunt per ſe, item de his, quæ ſubiectum ſolum, in quo locentur, deſiderant, in opere, quod prædicamenta inſcribitur diſputatum eſt: de ceteris nunc agendum.

Forma eſt id quod ſuperuenit compoſito ſimplici & inuariabili eſſentia conſiſtens.

Eſſentiale, ſeu ſubſtantiale diuiditur in materiam & formam.

Formarum, alia naturalis, alia arrificialis.

Formarum alia uniuerſalis, alia particularis.

Formarum alia ſenſibilis, alia intelligibilis.

De Actione. Cap. II.

Actio eiuſque ſpēs.

ACtio eſt forma, per quam in materiam ſubiectam denoīamur agere, vel facere. Verbi gratia, qui ſecat, in eo quod ſecat denominatur ſecare. Actio alia corporis eſſe dicitur, alia pertinet ad animum. Differt hæc ab illa, quod actio corporis neceſſario mouet ipſum corpus, in quo eſt: idem enim corpus & agens eſt, & mobile. ſed actio animi ſiue functio, non hoc mouet, in quo eſt ipſa, ſed coniunctum. Nam animus dum agit, quieſcens eſt, & immobilis, & quanquam mouet ſubinde corpus, ipſe tamen vt dixi, permanet immobilis: quādoquidem nec per locū, nec per alium, quemuis motum animus agitari cernitur, niſi quod alteraſcit. Ac primum quidem

neque motum ſentit auctionis neque minutionis neque delationis per loca. locus enim corpus eſt anima corpus nõ eſt. Quod aũt non ſit corpus, qui poteſt moueri per corpus? Quapropter aĩa nulla eſt, quæ mutare locum ex loco poſſit. ſolum enim corpus de loco in locum mouetur. Dicat aliquis. Nõne ſpeculis manentibus, reſpondens in iis imago commeat aduerſo obiectæ rei motu? Aut igitur ſumi queſtio non poterit, ſimulatq; fateamur imaginem quę compareat, etiã reuera in ſpeculo ꝯſiſtere. aut ſi hoc negemus, error vulgo intolerabilis exiturus eſt. Etiã ſi cõmodius futurum ſit, ita dicere. Cæterum ſcire oportet in actione eſſe, quicquid vbique in motu eſt. nihil enim aliud eſt moueri, quam actio. Proinde quicquid mouetur, obiter quoq; agit: nam & omnis actio in motu eſt: & oĩs motus in actione poſitus intelligitur. Quocirca propriũ actionis eſt eſſe in motu: ſicut motus quoq; proprium videtur, eſſe in actione. Hoc autem quemadmodum verum eſt in actionibus per quas creantur & excitantur aliqua, ſic dubium videtur in actionibus, per quas euerti contingit aliqua, vel corrumpi. Qui enim demolitur aliquid, is in motu eſt quidem, ſed agere tamen nihil videtur: quippe ſi per eum nihil efficitur, ſed quod factum eſt euertitur. At actio nõ quam rem agat, ſed in q̃ agat, requirit & ſpectat. Neque vero motus ſpecies actionis eſt, ſed qualitas: propterea ꝙ & quies ipſa quoque in qualitatis genus refertur. Prorſus quæcũque ſunt inter ſe contraria, hæc eiuſdem generis prædicationem recipiũt. Illa ſane maxima proprietas actionis eſt, vt paſſionem materiæ quæ ſubiicitur afferat & inurat. Omnis enim actio paſſionis eſt efficiens: & quicquid paſſionem inferre poteſt, hoc actio eſt. Ac poteſt quidem contingere vt ex actione fiat & inferatur actio. Nam actio alicuius, quod per ſe mouetur, effectrix eſt actionis eius, quæ per aliud inuehitur. vt actio (verbi gratia) quam animal inuſſit alteri, ab ea quam primam animal idem

Actio motus.

Actionis proprium.

Actio exactione.

F 2 edi-

edidit, excitata principium ſumpſit. Equidem nihil intereſt, principium dicatur actio fuiſſe an paſſio, animalis eius quod actionem impreſſit alteri. aut ſi actio, principium quidem ipſa perhibeatur ſincerum, & impromiſcuum, paſſio promiſcuum. Quocirca functio ſiue actus ille primus, & actionis, & paſſionis efficiens fuiſſe dicendus eſt. Ipſe uero qualitas è ſeſe gignit id quod eſt facere. nam calor ipſe, quem qualitatem eſſe conſtat, hanc actionem de ſe progenerat, quæ dicitur calefacere. Quantitates quoque particulares efficiuntur ab eo genere, quod compoſitum eſſe cognominauimus: à quo, & qualitates nonnullas manare conſpicuum eſt. Eiuſmodi ſunt aſperitas atque leuor, & ſimilia: quæ certum eſt qualitates eſſe. item linea, ſuperficies, atque corpus, & ſubſtantiam, & ortum habent ab ipſo poſitu. Seu, & quantitas quantitatis, & qualitas qualitatis efficientes ſunt. nam, & linea longitudinem procreat, & planities latitudinem, & corpus craſſitudinem, item calor calorem, ipſum quoque poſitum actio, & paſſio mollitur. Ad poſitum. n. gignendum, quidam ſimplicium quaſi ortus hoc eſt collocatio partium, & digeſtio neceſſaria eſt. Omnis uero talis ortus in actione geſtioneue componentis, & collocantis ea conſtat. ipſum quando proficiſcitur à tempore, ubi à loco. Hoc aut quod dico, habere conſtituitur à corpore. haberi enim ſola ea, quæ corpori circundata ſunt, dicuntur. corpus indiuiduorum, quæ ſubiecto nullo conſtant, exitium, & occaſus in primis eſt, ſed ortus in iis, quæ proxima ſunt à primis.

Quæcunque porro de ſingulis prædicantur, hæc ab ijs, quæ nullo modo prædicantur, exiſtunt, & coaleſcunt. ut à ſingulis hominibus homo in commune prodit. Cæterum facere atque pati, recipiunt contrarium, & magis, & minus plures. nam, & huic quod dico cædere, contrarium eſt conſerere: item huic quod dico amburere, contrarium eſt aſpergere. Calefieri

fieri quoque plus & minus aliqua dicuntur, item refrigerari, ſiccari, humeſcere, lætari, mœrere.

Actio eſt ſecundum quam in id, quod ſubiicitur agere dicimur.

Actio duplex, corporis una, altera animæ.

Actio ſemper cum motu eſt, & ei proprium eſt non ſine motu fieri, non eſt tamen motus eius ſpecies.

Actioni proprium eſt ex ſe paſſionem inferre, & econuerſo.

Agere, & pati contrarietatem, & magis, & minus recipiunt.

De Paſſione. Cap. III.

Paſſio effectus eſt, & illatio quædam actionis, quàm alia propenſius accipiunt, alia contumaciter reſpuunt. Quamobrem animantium ferè dixerim, aliud alio cognoſcitur: ut bruta frutice homo brutis. Quæcunque vero de actione dicta ſunt, eadem conuenire poſſunt in paſſione, vocabulo tantum mutato. Paſſionis verbum ſignificatos plures habet. nam, & functiones animæ paſſiones vocantur. quas in genere tamen actionis locauimus: vt ſunt, amor, odium, lætitia, mœſtitia. quod genus qualitates, interim actiones animæ patibiles appellant. Paſſiones dicuntur, & quæ ſalutem hominis infeſtant: vt languores, atque morbi, & cæteræ qualitates huiuſmodi, quas aliubi proditas, & digeſtas habemus. Ac paſſio quidem, ipſa quemadmodum ſumus teſtati, primum opus eſt quod ab actione proficiſcatur, atque gignatur: non tamen in ipſo agente poſita, ſed in eò, cui allinitur, & quod natam à faciente motionem accipit. Nec .n. id, quod percutit, ipſum pati dicitur: ſed ſubiecta percutiēti materia. Hactenus de

Paſſio.

Paſſionis vox varie accepta.

his. Si quis alia deſiderat, relegendus eſt tractatum de actione.

Paßio eſt effectus, illatióque actionis.

Paßionis proprium eſt ex actione inferri, & eſſe in patiente non in agente.

De Quando. Cap. IIII.

VErbum Quando rationem ſignificat ex temporis inſidentia relictam, non tempus ipſum: quanquam affinia plane ſunt & germana. Proinde quando nec preteritum tempus eſt, ſed euentus, eius & quædam (vt ita dicam) affectio rebus illita, per quam dicuntur aliqua fuiſſe: nec tempus coniunctum, vtpote per quod æquales aliqui ſiue contra perhibeātur, ſed temporis eſt affectio, per quam aliqua dicuntur eſſe in coniuncto. Sed nec tempus conſequens idem eſt, quod quando: ſed id, quod neceſſario futurum & exiturum eſt, à quo res habēt vt dicantur futuræ, vel craſtino die, vel perendino, vel aliter. Ergo vnum Quando eſt, quod manat à præterito, alterum prodit ex cōiuncto, tertium ex futuro. Dictum vero in prædicamētis eſt, præteritum & futurū quantitates eſſe continuas: quippe quæ vinciantur ad inſtantiam. non quod præteritum permanentē habeat eſſentiam, ſed quod in exitu ſuo, ſiue collimitio, quanectitur cum inſtanti, vtique non præteriit, nec clapſum omnino eſt. futurum quoque non ideo continuū eſſe diximus, quaſi maneat & conſiſtat, ſed eò, quod prorſus & neceſſario pariturum & exiturū videatur. Quod quidem perinde eſt, atque omnino præſens eſſet: nec enim in hoc reſpectu diſcrimen vllum eſt inter illa tria, præteritum, inſtans futurum. Quamobrem plerūnque de futuris agitur deq; iis non temere aliter quā de præſentibus decernitur. Et vocabula

eorum,quæ re ſubſiſtunt accommodantur etiamnum futuris. Orietur ſol perendie. Prælium nauale fiet cras. quemadmodum & præteritis, vt pridie Socra. deceſſit. Item aliqua prædicantur in futurum euaſura neceſſario,quaſi nata de præſenti: vt Diſputaturus, non diſputaturus eſt craſtino die Callias. nam verbum Diſputaturus, actionem futuram ſignificat, cuius tamen nihil aliud adhuc eſt in re: Diſtant quando & vbi q̀ in quacunque re tempus ipſum vel eſt,vel fuit, vel erit, in ea quoque ſuum quando vel eſt, vel fuit, vel erit: ab eo tempore profectum videlicet ad quod quidque ſeorſum reſpondet.illud autem quando, quod in rebus quæ ſunt ſpectatur, ſemper cū ipſo præſenti momento eſt, & vtrunq; in eodem ſubiecto conſtat. Sed illa quando, quæ ortum habent a tempore præterito & futuro,nūquam ſimul cum præterito & futuro ſuo ſiunt. At ipſum vbi. & locus a quo fit ipſum vbi,nunquam in eodem ſubiecto cōſtant: quandoquidem ipſum vbi poſitum eſt in eo,quod circūſcriptum & comprehenſum eſt a loco: ſed locus in eo, quod circumſcribit & comprehendit.Quando natum ex preterito, differt ab eo quod naſcitur ex futuro: quod natum ex præterito poſterius eſt futuro. natum ex futuro prius ex præterito. quod ſi vnum & idem quando cœperis, inuenies ipſum protinus a futuro fluere: deinceps ab inſtanti, poſtremum à præterito. quemadmodū tempus ipſum primo eſt futurum,deinde præſens, vltimo præteritum. Sicut porro tempus aliud ſimplex eſt,atque punctum: aliud compoſitum, atque fuſum: ſimplex eſt,quod ſimplicem actionem, cuius comes aſsidet: metitur:compoſitum,quod compoſitam. Ita aliud quando ſimplex eſt, vt in puncto eſſe,vel momento: aliud compoſitum,vt eſſe in hora, die,menſe,anno,ſimilibus. Iam quemadmodum partes ipſæ temporis nunquam morantur,ita & partes ipſius quando continenter & perpetuo labuntur. Nam quando genitum à præterito, religatur & nectitur

Quando & vbi quid diſtent.

ad inſtantiam cum eo quando, quod à futuro gignitur, Cæterum inter quando, & tempus, intereſt: quod aliqua tempora menſurari poſſunt, vt horum, & anniculum, bimum, trimum. Eodem pacto motus aliquis multus eſſe dicitur, quaſi multo tempore perſtet. Sed per ipſa quando menſurari nihil contingit, etiam ſi res aliquæ dicuntur vel eſſe, vel fuiſſe, vel fore aliquando: prout ipſa quando in rebus, quarum aſſecla tempus, & comes eſt, euariat: ipſum quando non recipit magis, & minus, quia nec annus ipſe, nec anniculus, magis annus eſſe poſſet, vel magis anniculus videtur. Item nec annus anno, nec anniculus anniculo plus minusūe dici pōt. Sed nec cōtraria quoque recipit ipſum quando. quippe quod vnum, & idem quando, quemadmodum diximus, è futuro, præſenti, præterito proficiſcitur: neque fieri poteſt, vt idem inſecabile contraria duo capiat, quæ prædicentur de ipſo. Iam contraria quæ ſunt in eodem ſimul haberi ſtrato ideo poſſunt. At omnia tria quando, coniuncti exacti conſequentis, in eodem conſtare pariter atque ſimul intelliguntur. Eandem .n. rem, quæ ſuperſtes modo ſit, & ſtetiſſe retro, & in poſterum ſtaturam eſſe verum eſt. At contraria nec in eodem indiuiduo conſtare, nec prædicari poſſunt eodem tempore. Ipſum quando in omni re cōſiſtit orta. Proinde corpus hominis vniuerſum aliquando eſt videlicet in tempore. ſentit enim temporum diſcrimina, veris, æſtatis, hyemis, autumni. ſentit hæc & animus. vnde fit, vt alii ꝑ hyemem alii per æſtatem nonnulli melius vere vel autumno lucubrentur, pro ſua quique temperatura corporis. Nam anima corpori coniuncta, naturam & concreaturam eius effingit. Quibus enim corporatura contingit arida, vel gelida, ij per autumnum plerunque mentem habent plus ſolito commotam. quibus vero ſanguis redundat, ij verno plus tentantur. Hoc ipſum in cæteris aſpicitur, prout cum temporum cardinibus animantium

Quando & tempus diſtare.

Quādo nō recipere cōtraria, nec magis uel minus.

Temporum in hominis & corpus animum vis.

mantium naturæ vel congruunt vel diſcrepāt. ita fit, vt quodcunque temporis vices audit,& ad illius momenta vertitur atque mutat: hoc in tempore neceſſarium ſit eſſe, cuiuſmodi ea ſunt, quæ diximus. Nec alia magnopere comperias. de quibus hoc & verius & illuſtrius affirmari poſſit.

Quando eſt quod ex temporis adiacentia relinquitur in re temporali.

Quando, duplex eſt: ſimplex, ut nunc: & compoſitum, quod à compoſito tempore cauſatur, ut fuiſſe in præterito, fore in futurum, eſſe in præſenti.

Quando proprium eſt non habere contrarium, nec magis & minus ſuſcipere.

Frigidioris complexionis exiſtentes, ſeu ſiccæ, dementiores fiunt in autumno, quibus uero ſanguis principatur, in vere.

De Vbi. Cap. V.

IPſum vbi, circũſcriptio corporis eſſe dicitur, à circumſcriptione loci prodiens. ipſe vero locus in corpore capiente circũſcribenteq; conſtitutus eſt. Proinde in loco videtur eſſe, quicquid à loco circumſcribitur. non eſt autem idem loco cum eo, quod appellant vbi. nam locus in corpore continetur ambiente: ipſum vbi poſitum eſt in corpore quod ambitur. Neque vero ſuum quibusq; rebus vbi videtur adiunctum eſſe. nam anima nuſquam eſt, vtpote quę locum nec occupet, nec impleat: locus enim in quo dicatur anima conſiſtere, poterit animantem aliam capere. locus vero, quem alia quæres occupet & inſideat, occupari ab alia re non poteſt vtique, niſi digrediatur, atque

Vbi.

Duo corpora non poſſunt eſſe in eodē loco.

atque migret alio. Granum enim tritici modio ſuperfuſum retineri non poſſet, quandiu aer is, qui modium replebat, quieſceret: eliſo quidem aere, granum illico ſuccedit, & infertur. Itaque nec eundem locum obſidere duo poſſunt, nec vnum quid diuerſos. Quãobrem nec anima circumſcribi loco poterit, nec aliud omnino: quod alienum eſſe videatur à ratione corporis. Dubitet autem aliquis, Nõne poteſt vna res in pluribus eſſe poſita? quandoquidem vox ipſa manens vna, excipitur à diuerſis, quæ ſiue aer eſt, ſiue non eſt quidem, ſed ſine aere non cõſiſtit, omnino aer idem futurus eſt in multis, quare corpus idem in diuerſis locis eſſe putandum erit. Siquidem vox cum vna ſit ad numerum, in diuerſas partes aeris diſtributa credi non poteſt, vt ita demum in aures multorum ceu diſſiliat. Ergo qui concedunt, vnam, & eandem uocem accidere multorum auribus, neceſſario confitendum habent, eandem quoque portionem aeris ſubire multorum aurem: quod quidem fieri nullo modo poteſt. Quare cum alterum adeundum ſit, vt vel diuerſa fateamur eſſe, quæ ſentiuntur à diuerſis, veluti vnum, & idem corpus in pluribus locis eſſe cẽſeamus, eligendum eſt quod minus lædit, non eandem vocem eſſe quæ ſentiatur, ſed diuerſas, & inuicem ſpiritaliter ſe gignentes, & exprimẽtes. Ita concedi poteſt, aliquam eſſe vocem ab animali non editam: nam ea, quæ ſpiritaliter reſultat, & ad primę ſimilitudinem effingitur, animalis vox non eſt: quippe quæ ab animali non editur. Alioquin vox omnis ab animali promitur. quis enim vnquam vocem percępit vllam in animalium ſilentio? & proinde voces animalis eſſe perhibentur, quæ uidelicet ex ipſis ore prodeũt: ita vox ad multos vnius vtiq; ſed nõ vna pertinebit. Vbi aliud ſimplex, aliud compoſitum: ſimplex ex ſimplici loco naſcitur: compoſitum ex compoſito. Locus ſimplex, initium, & origo continuorum eſt. Compoſitus is eſt, qui finitur ab Ariſtotele, cuius partes ad eundem terminum

Locus ſimplex & compoſitus.

terminum iunguntur, ad quem partes ipſæ corporis iunctæ ſunt: corporis vero partes ad punctum loci coeunt: Ita loci particulæ particulas corporis includunt. loca enim ſimplicia minime corpus obtinent. Quo circa neque locus vllus ſine corpore, neque corpus vllum ſine loco futurum eſt. Sed reuocat hoc in dubium poſtrema cœli facies, extra quam nihil eſt. Hæc vero dici poteſt, quod ipſa ſibi locus ſit, vt veteres exploratum facere. quando id, quod ambitur, alterum, & diſiunctum ab eo eſt quod ambit. Quare ſi globum illum extimum conceſſuri ſumus in loco eſſe, diffiteri non poterimus, quin aliquod præterea corpus ſit, in quo cœli facies extrema coerceatur. at enim præterea nihil eſt. igitur nec in loco facies illa fuerit. Sed ſuper his decernere, cum imperſpicuum eſt, tum infrequens, & utique contra ſenſum. Ipſum ubi nec remitti nec intendi poteſt: non enim dici poteſt alterum altero plus minuſúe in loco eſſe, quanquam maiorem uel minorem locum poſſidens. Porro magis, & minus nec in ipſo ubi, nec in quantitate cernitur. at in qualitate cernitur genus hoc, & contrariis carebit. Quia neque locus habet contrarium. nec enim locus loco contrarius adhiberi poteſt. In cæteris quidem ubi nemo dubitat. Illud diſceptationem habet, quod hæc duo, ſurſum eſſe, deorſum eſſe, uidentur inter ſe contraria. nam ea, quæ in ſummo agunt, ab iis, quæ in imo ſunt, diſtare plurimum noſcuntur: ſicut, & locus ſupernos ab inferno. & eam ob rem illa duo ubi, ſurſum eſſe, deorſum eſſe, quemadmodum ipſa quoque loca, periclitanter eſſe contraria. Cæterum qui contraria in ea faceret, is eodem ſubiecto contraria ſtatueret. Nam hæc quæ dico, ſurſum eſſe deorſum eſſe, in eodem haberi poſſunt. eadem enim res, & ſurſum, & deorſum eſſe dicitur, tamé non ad idem relata: ut altitudines turrim comparatæ ad nos, ſurſum erunt, ad cœli faciem deorſum. Item futuro

Vbi nec remitti, nec intendi.

Idē ipſum ſibi cōtrarium. turum eſt, ut idem ipſum ſibi contrarium fiat. Si enim poteſt idem & ſurſum & deorſum eſſe, protinus quam ponuntur hæc inter ſe contraria, idem ipſum ſibi contrarium efficitur. Per hæc dicta ſunt, id, quod eſt in loco eſſe, liberum à contrarijs aſſeritur.

Vbi eſt corporis locati circumſcriptio à loci circumſcriptione procedens.

Vbi duplex: ſimplex ut punctum, & compoſitum, ut diuiſibilium magnitudinum locus.

Vbi proprium eſt, cum ſit quantitas, ac eſſe in loco ſignificet, non habere contrarium, nec magis & minus ſuſcipere.

De Poſitione. Cap. VI.

Poſitio eſt collocatio quædam partium, & ea, q̄ facit ortus, ipſa ordinatio: per quam dicuntur aliqua uel ſedere, uel ſtare, uel cubare, item uel aſpera, uel leuia, uel aliter compoſita. nam ſedere, ſtare, cubare, ipſa non ſunt poſitiones, ſed denominatiue ab iis dicuntur. Sed quæri ſolet de recto, curuo, aſpero & lene, quadrangulo, triangulo, bicubito, tricubito magno, paruo, breui, longo, ſimilibus: quandam enim partium poſitionem ſignificare videantur. Aſperum. Leue. Hoc enim aſperum eſſe dicitur, cuius partium una alteri prominet. Lene cuius partes in directum omnes & æquabiliter complanatæ ſunt. Hoc & in ceteris inuenias. Poſitiones autem non ſunt omnia ea, quæ dicta ſunt, ſed qualitates circa ſitum exiſtentes? Ex eo enim quod partes hoc uel hoc modo diſpoſitæ, iunctæ ſunt, atque cōditæ, iudicat ea ſenſus eſſe uel aſpera uel lenia, bicubita uel tricubita, non è conuerſo.

Hoc

Hoc ipſum in cætera id genus decerni cõueniet. quare ſingula ea non poſitiones haberi, ſed qualitates ex poſitione profectas, & circa poſitionem conſtitutas neceſſe eſt. Et videtur quidem genus hoc ſuſcipere contraria. Duo enim illa, ſedere, ſtare, contraria ſuſpicari poſſumus: utique ſi cõtraria ea ſunt, quæ non eodem tempore contineri poſſunt in uno aliquo, ſed uicibus alternant. Is autem qui ſedet, illico ſtare poteſt, & qui ſtat ſedere: non tamen eodem tempore. At ſi contraria decernimus ſedere ſtare, protinus adeundum eſt incommodum, ut non uni unum contrarium, ſed vni plura contra ponantur. Nam illo quidem argumento non prius contraria probantur ſedere ſtare, quàm ſedere accumbere: cum nemo ſit qui ſedere, ſtare, accumbere poſſit eodem puncto temporis, non poſſit per vices. Quare conſtituendum eſt, poſitiones eiuſmodi contrarias inter ſe non eſſe. Quanquam fortaſſe non inſolens omnino ſit, vt contraria quandoque minus plura compareant, quippe ſi pallori contraria noſcuntur & candor & nigritia. nam & ſub idem genus ſunguntur, & mutuo quoque commeant. An contraria pallori candor & nigritia nõ ſunt? quando pallor & cæteri colores intermedii conſiſtere non poſſunt impromiſcui, ſed ex nigritia cãdoreq́; temperantur omnes, & confunduntur. Quamobrem vbicunque vel pallor vel color alius huiuſmodi conſpicitur, inibi tum nigritiam, tum candorem intelligi neceſſarium eſt. Iam contrariorum eſt, circa idem naturæ genus verſari: ſedere, accumbere non verſantur. quoniam ſedere præcipuum eſt hominibus, accumbere tranſlatitium. nam & ad muta quoque pertinet: nihilo enim minus recumbit ſiue cubat equus, quam homo poſitus, nec intendi, nec remitti poſſunt, quia neque poſitus magis vel minus eſt ſedere, quam recumbere: nec ſedens aliquis vel recumbens plus minusûe ſedens eſt vel recumbens, quam alter. Illud vero peculiare poſitionis omnis eſt, quod inter formas

mas extrinſecus accidentes, proxime pertinet ad ſubſtãtiam. Nihil enim aliud videtur eſſe poſitio, quam vel naturalis partium ſubſtantiæ ordinatio, cuiuſmodi eſt ea, quæ rebus quibuſdam ſtatim ab ortu conuenit, vt aſperis & lenibus, hirſutis atque glabris. vel naturalis quidem nequaquam, ſed ex frequenti quodam & conſuetudinario naturæ motu nata collocatio: cuiuſmodi ſunt recubitus, atque ſeſſus. quamobrem efficitur, vt quicquid extrinſecus ſuperuenit, & proxime pertinet ad ſubſtantiam, id omne poſitio ſit oporteat. Et retrorſum quicquid poſitio eſt, id omne ſuperueniat extrinſecus, & ad ſubſtantiam proxime pertineat.

Poſitus qd.

Poſitio eſt ipſa generationis ordinatio, & ipſe partium ſitus.

Poſitioni proprium eſt non habere contrarium.

Poſitio non ſuſcipit magis & minus.

Poſitioni proprium eſt ſubſtãtiæ proxime aſſiſtere.

De Habitu. Cap. VII.

HAbitus eſt & corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt, adiacentia per quam hoc habere, illa vero haberi dicuntur, quæ quidem non ex corporis totius circũiectu, ſed ex amictu ſolo partium dicuntur. vt braccatum & armatum eſſe, calceatium & petaſatum eſſe. Cæterum talia nominibus appellata non ſunt primigeniis & ſimplicibus, ſed deriuatis & factitiis, armatura calceatura, ſoleatura, quæ quoties vſu veniunt, ad eandem ſimilitudinem fingenda ſunt. Habitus recipit magis & minus. nam & armatior videtur cataphractus eques eſſe, quam ferentarius atque veles: & calceatior, qui calligis vtitur, & calceo, quam qui vel calceo tãtum, vel calligis, ſunt etiam quæ non recipiunt magis & minus. vt veſtitum

ſtitum & tunicatum eſſe. Sed nec habitus eſt habitui contrarius,vt armatura, calceatura, cæteraq; huiuſmodi: quandoquidem vnus & idem homo armatus, & calceatus, & manicatus eſſe poteſt. Proprium habitus eſt in pluribus exiſtere. Hoc eſt tam in coropre, quam in iis, quæ circa corpus ſunt. Eſt enim habitus, vt dixi,corporis & eorum quæ circa corpus ſunt adiacentia: non quidem ex vniuerſo eo, ſed ex amictu ſolo partium vocatus. Hoc autem diſcrimen admodum pauca ſunt quæ ferant,vt quantitas & relatio duntaxat.nam & ſimilitudo diſſimilitudoq; in ſimilibus & diſſimilibus multis cõſiſtunt,& numerus idem in pluribus numeratis uerſatur,ſubinde creſcens acceſſionibus monadũ multiplicibus.vt nihil omnino ſit, quod in plura,quam numerus,diſtributũ eſſe videatur.differentia tamen ea, quod hoc nec omnis quantitas, nec omnis relatio commune ſentit,habitus omnis ſentit, vt idem ſit videlicet in pluribus. Quicquid ergo, & in corpore conſiſtit, & in iis, quæ corpus ambiunt, hoc habitus vocatur. Quocirca maxime proprium erit habitus, quòd & in corpore, & in iis, quæ per partes corpus amiciunt, tanquam in pluribus quibuſdam ineſt. Verbum habere multis modis capitur. Nam & qualitas haberi dicitur. vt albedo nigredo. item quantitas, atque menſus: vt craſſitudo, proceritas. nihil enim aliud eſt nigredinem vel craſſitudinem habere, quàm nigrum & craſſum eſſe. Dicuntur & vaſa quod continent habere, vt triticum ſextarius habentur & in partibus pleraque, vt annulus in pollice: quod quidem aliud non ſignificat, quam quod in annulo pollex eſt. Habet & vir vxorem, & vxor virum. ſed modus hic habendi peregrinus eſt, & inſolens, vt qui habet, idem haberi quoque perhibeatur. At hoc aliud non indicat, quàm quod eſt vxori cum viro contubernium. Ita perſpicuum eſt, celebratiſſimos huius verbi ſignificatus intra quinarium conſiſtere. At notari fortaſſe poſſunt a[illegible]: ſed

Habitus proprium quid.

Hre quot modis dicatur.

ſolertiæ

ſolertiæ veſtigantium relinquendi ſunt. De ſex principiis ad hunc finem dixiſſe cõtenti ſimus. ſi quis cætera deſiderant, ad librum qui Analytica inſcribitur, remittendi ſunt.

Habitus eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt adiacentia.

Habitus ſuſcipit magis, & minus, caret autem contrario, & in pluribus ſemper eſt.

De ſuſcipere plus, & minus. Cap. VIII.

Pluris & minoris modi vnde & quales.

ALiqua recipere plus, & minus vno trium modorum putantur. Quidam intenſionem, & remiſſionem conſtare dicunt, & incremento ſubiectorum, & decremento. quidam ex incremento rerum, & decremento, quæ capiuntur, & continentur in ſubiectis, alij cauſæ faciunt vtrunque. De ſententiis tribus quænam ſit veriſſima, diſceptabimus. Illud ſcire oportet, prima, & ſecunda euerſis, continuo euerſum iri tertiam, quæ duarum ſocietate coaleſcit. Primum crementa ſubiectorum, & decrementa facere, quo res aliqua cum diſcrimine pluris vel minoris dicatur, tueri nullo modo poſſumus: alioquin futurum eſt, vt hominem affirmantibus, vel animal, vel ſubſtantiam huiuſmodi recipere plus, & minus, occurri non poſſit. Vtique ſi de ſubiectorum crementis, & decrementis intenſionem, & remiſſionem exiſtere fateamur, idem equus, & augeri poteſt, & minui, proindeque vel maior vel minor, qui lapis eſſe perhibebitur, cui tamen nunquam vel auctio vel minutio contigerit. Mons quoq; maior alio monte dicitur. quorum neuter vtique nec increſcit, nec decreſcit. Item vnio candidior equo dicitur, alterum pedem candido. atqui dubium non eſt, quin equum vnio magnitudine non ſuperet. Itaque

ſtabit

ſtabit hæc complexio, vel vnionem equo cādidiorem eſſe per magnitudinem vnionis & paruitatem equi: vel temere iactari, vnionem equo candidiorem eſſe, vel nihil omnino capere plus & minus ex magnitudine ſubiectorum, & paruitate cremento decrementoq;. At nec primum nec ſecūdum eſt. Relinquitur ergo tertium: nihil eſſe omnino quod capiat plus & minus ex incremento ſubiectorum & decremento. Sed nec ſecunda quoq; opinio defenditur, quæ credit intenſionem & remiſſionem conſtare per magnitudinem & paruitatem earum rerum, quæ capiuntur & cōtinentur in ſubiectis. Si enim ex magnitudine candoris aliud alio condidius eſſe poſſet, tunc & homo, & equus vnione candidiora perhiberentur. ipſum enim candoris æquor & amplitudo maior in vnione, quam in equo eſt. Deinde ſi plus & minus ex ſubiectorum modo non conſtant, vt probauimus, ex accidentium modo, qui conſtabunt? Modus enim eius quod recipitur, intra modum ſubiecti ſui conſtat & arcetur, neque poteſt vltra porrigi. nam ſinus cuiuſque modi & terminus atque limes ferè ipſum corpus eſt. Magnum autem, atque paruum appellatione modi veniunt. Quare paruitas, cur ita dicam attendi nō poteſt, vltra quam corpus ipſum paruum. proterea quantum in ſtrato demitur tantundem modo quoque deperit. Ex iis apparet, diſcrimina pluris & minoris, neque per ſubiecti neque per accidentis incrementum & decrementum exiſtere. Quod ſi hoc, profecto nec per vtrunque iunctum. Proinde ratio nobis alia prodenda, quamobrem & intendi aliqua & remitti poſſe videantur. Hæc autem ſunt ea, quibus ipſum aduentitiæ alicuius formę nomen habere contingit: nō ex ſubiecti magnitudine, ſed ex eo quod vel priora ſunt illi formæ. cuius nomen ſortita ſunt, vel longius ſubmota. vt plus dicatur, quod ad rationem vocabuli acceſſerit, minus, quod receſſerit. Exempli gratia, Can- Plus.
didum abſolute dicitur, in quo purus cādor inſit. quo Minus.

quicque affectum albo propius ad hanc nominis vim
acceſſit, eo candidus eſſe dicitur. At paruum & exi-
guum, comparatione ſola conſtant: quicquid enim
collatum ad alia ſtaturæ modo vincitur, hoc par-
uum & exiguum vocamus. Quicquid ergo vtcunque
ſuperatur amplitudine, continuo paruius, atque bre
uius decernitur: ſimiliter hoc in cæteris. Sed queri-
tur vnde fiat, vt hæc recipiant plus & minus, ſubſtan
tiæ non recipiant? An vocabula ſubſtantiis impoſita
* Habent. non * hians ſed res in fine ſemper, & vt ita dixerim,
in faſtigio conſtitutas indicant? vltra quod procedere
nulla poteſt. Sunt & accidentia quæ nō capiunt plus
& minus, vt quadrangulum triangulum, & ſimilia.
Contingit hoc vel eo, quod in ſubſtantia deſcribēda
repreſentantur. nam & corpus ipſum, & quātitatem,
vtrunque triangulum vocamus: vel eò ꝙ ſubſtantiæ
modo ſemper in fine ſunt vltra quem progredi nō poſ
ſunt. id quod in ſuperpoſitiuis quoque cernitur. Can
didiſsimus enim & nigerrimus liberi diſcriminibus
pluris & minoris videtur, propterea quod potiti ſum
ma ſunt, & termino, quem tranſgredi prodeundo non
poſſunt. Ex eo enim quod poteſt eſſe non ſequitur ꝙ
non poteſt eſſe. Proinde, ſi puncta omnia iungantur
amplitudo nulla cogitur, quod puncta punctis addi-
ta, cumulo nihil afferunt. ſimplex ortus & ſimplex
occaſus agitur, non acceſſu vel digreſſu corpuſculo-
rum inſecabilium, quas atomos appellant, ſed eò
quòd aer, exempli gratia, totus in aliud totum com
meat atque tranſit. Duas enim res ſubiectum habet
omne: materiam, atque formam. Quoties hæc mu-
tantur ambo, tunc proprie ſimul exortus & ſimplex
occaſus agitur: quaquam ortus ignis & iam num ſim
plicior eſt quam terræ. Ignis enim rationem quaſi
formæ continet, terra proprior eſt materiæ. At cum
muſicus vir quaſi occidere ſiue corrumpi dicitur, &
immuſicus quaſi oriri ſiue gigni, ſubiectum manet ip
ſum homo. Alioquin, ſi qualitates hæc non forent,

muſicum

muſicum dico & immuſicum, ſed ſubſtantiæ, tunc & ortus eorum & occaſus plane ſimplex futurus eſſet. At qualitates hominis & affectiones quædam ſunt, non ſubſtantiæ. ita fit, vt tã ortus quàm occaſus hominis muſici & immuſici, non ortus & occaſus abſolute ſed quidam quaſi ortus ſiue genitus; & quidam quaſi occaſus ſiue interitus, eſſe videantur. Quandoquidem muſicum vel immuſicum affectiones, vt dixi ſunt hominis & ſuperſtitis & manentis. Nec huiuſmodi mutatio vel genitus vel ĩteritus appellanda eſt, ſed alteratio duntaxat. Materia ſane ipſa proprie genitus, & interitus ſubiectum eſt. At quare is qui docetur, in eo ſimpliciter effici ſiue gigni non dicitur, ſed doctus effici, ſiue doctus gigni dicitur? An explicatum eſt in volumine quod prædicamenta inſcribitur, alia ſignificare hoc aliquid, & ſubſtantiam, alia quantitatem, alia qualitatem? Ergo quæcunque ſubſtantiam non ſignificant, hæc ſimpliciter nec occidere, nec oriri prohibebuntur, ſed quadã tenus. Accidentia tamen ſunt nonnulla, quæ ſubſtantiis ex natura cuiuſque ſua competunt, vt impetus ad inferna terræ, ad ſuperna ignis.

Materia eſt ſubiectum generationis, compoſitum vero eſt materia accidentium.

Non dicuntur aliqua magis et minus ſuſcipere ex parte ſubiecti, vel mobilis, ſed ex ipſa qualitatis prima impoſitæ participatione.

GILBERTI PORRETANI
DE SEX PRINCIPIIS
FINIS.

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIHERMENIAS

LIBER I.

Seuerino Boetho Interprete,

SVMMA LIBRI.

De ſignis. De principijs Orationis. De oratione Enunciatione, & illius ſpeciebus. De oppoſitionibus ipſarum enunciationum, & Regulis circa ueritatem & falſitatem ipſarum in quouis tempore.

SECTIO PRIMA.

De ſignis. Et ſicut in intellectu, ita in voce quoque verum & falſum inueniri.
Caput primum.

PRIMVM oportet ponere quid ſit nomen, & quid verbum: poſtea quid eſt negatio & affirmatio, & enunciatio, & oratio. Sunt ergo ea, quæ ſunt in voce, earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ: & ea quę ſcribuntur, eorum quæ ſunt in voce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, ſic nec eædem, voces. Quorum

rum tamen hæ primum notæ ſunt, eædem omnibus paſsiones animæ ſunt: & quarum hæ ſimilitudines, res etiam eædem. De his vero dictum eſt in iis, qui ſunt de anima: alterius enim hæc ſunt negotij. Eſt autem quemadmodum in anima aliquando quidem intellectus ſine vero vel falſo, aliquando autem, cui iam neceſſe eſt horum alterũ ineſſe: ſic etiam in voce. Circa compoſitionem enim & diuiſionem eſt verum & falſum. Nomina igitur ipſa & verba conſimilia ſunt ei, qui ſine compoſitione & diuiſione eſt intellectui: vt homo vel album, quando non aliquid additur. neque enim falſum, neque verum adhuc eſt. Signum autem huius eſt. hircoceruus enim aliquid ſignificat: ſed nondum verum aliquid, vel falſum, niſi eſſe vel non eſſe addatur, vel ſimpliciter, vel ſecundum tempus.

In tertio de anima. Tex. 39.

Circa compoſitionē & diuiſionē eſt veritas & falſitas.

Ea, quæ ſunt in voce, ſunt ſigna earum quæ ſunt in anima paſſionum.

Quanquam res eædem aput omnes ſint, voces tamen non eædem ſunt.

Sicut circa cõpoſitionem & diuiſionem veritas & falſitas conſiſtit, in ſimplicium vero intellectu nulla prorſus veritas vel falſitas eſt, ita in oratione tantum, non autem in nomine vel ſimplici verbo veritas vel falſitas eſt.

De Nomine. Cap. II.

Nomen igitur eſt vox ſignificatiua, ſecundum placitum, ſine tempore, cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata. In nomine enim quod eſt equiferus, ferus nihil per ſe ſignificat, quemadmodum in oratione, quæ eſt equus ferus. At vero non

Nomen ſignificat q̃dem tẽpus, ideſt rem, q̃ eſt tempus:

non tamen cum tpe, i. ré depéden tem à tpe.

quemadmodum in ſimplicibus nominibus, ſic ſe habet in compoſitis. In illis enim nullo modo pars ſignificatiua eſt in his autem vult quidem, ſed nullius eſt ſeparata : vt in eo, quod eſt equiferus, hoc, quod eſt ferus, nihil ſignificat per ſe. Secundum placitum vero, quoniam natura, nominum nullum eſt, ſed quando fit nota. quoniam deſignant & illiterati ſoni, vt ferarum : quorum nullum nomen eſt. Non homo vero non eſt nomen. at vero nec poſitum nomen eſt, quo illud oportet appellare, neque enim oratio, neque negatio eſt: ſed ſit nomen infinitum: quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & quod non eſt. Philonis autem, aut Philoni, & quæcũque talia ſunt, non ſunt nomina, ſed caſus nominis. ratio autem ipſorum eſt, in aliis quidem eadem: differunt autem, quoniam cum eſt, vel fuit, vel erit, neque verum, neque falſum eſt, nomen vero ſemper vt Philonis eſt, vel non eſt. nondum enim neque verum dicit, neque falſum.

Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundum placitum ſine tempore cuius nulla pars ſignificatiua eſt ſeparata.

Nomen infinitum, vt non homo vel obliquum, vt Philonis non eſt nomen, ſe vel nomen infinitum, vel nomen obliquum.

De Verbo. Cap. III.

Nota eſt ipſum uerbũ totius compoſitionis.

VErbum autem eſt, quod conſignificat tempus, cuius pars nihil ſignificat ſeorſum, & eſt ſemper eorum, quæ de altero prædicantur, nota. Dico autem quod conſignificat tempus, vt valetudo quidem nomen eſt: valet uero uerbum, conſignificat enim nunc eſſe: & ſemper eorũ quæ de altero dicuntur nota eſt, ut eorum, quæ de ſubiecto uel in ſubiecto ſunt. Non ualet autem & non laborat non uerbum di-

co.

to. Conſignificat enim tempus & ſemper de aliquo eſt. Differentiæ autem huic nomen poſitum non eſt, ſed infinitum uerbum ſit: quoniam ſimiliter in quolibet eſt,& quod eſt,& quod non eſt. Similiter autem & ualebit & ualebat non uerbum eſt, ſed caſus uerbi. Differunt autem à uerbo, ꝙ hoc quidem præſens con ſignificat tempus, illa uero id, quod circumcirca eſt. Ipſa igitur ſecundum ſe dicta uerba nomina ſunt, & ſignificant aliquid: conſtituit enim qui dicit intelle ctum,& qui audit, quieſcit,ſed ſi eſt,uel non eſt, nondum ſignificat. neque enim ſignum eſt rei, eſſe uel nō eſſe, neque ſi ipſum ens dixeris nudum * ipſum enim nihil eſt, conſignificat autem compoſitionem quandam, quàm ſine compoſitis non eſt intelligere.

* a. l. neque ſi ens dixeris ipſum ꝑ ſeipſum nudum.

Verbum eſt quod conſignificat tempus, cuius pars nihil ſignificat ſeorſum, & eſt ſemper eorum, quæ de altero prædicantur nota.

Non valet, non laborat, verba minime ſunt, ſed verba infinita.

Valebit, & valebat non verba, ſed verba obliqua ſunt.

De oratione: enũciatione, una plurī: de affirmatione & negatione,& contradictione. Cap. IIII.

Oratio autem eſt uox ſignificatiua, cuius partium aliqua ſignificatiua eſt ſeparata, ut dictio, ſed non ut affirmatio, * uel negatio. ut homo aliquid ſignificat, ſed non quod eſt, aut non eſt: ſed erit affirmatio uel negatio, ſi quid additum fuerit. Sed non hominis ſyllaba una. neq; .h. in eo, quod eſt ſorex, rex ſignificat, ſed uox nunc eſt ſolum. In duplicibus uero ſignificat quidem aliquid, ſed nō ſm ſe, quemadmodum dictum eſt.* Eſt autem oratio omnis

* Alii cod. carent eo uerbo, uel negatio.

* a. l. addit in ſuperioribus.

quidem ſignificatiua, non autem ſicut inſtrumentum: ſed quemadmodum dictum eſt, ſecundum placitum. Enunciatiua vero non omnis: ſed in qua verum vel falſum eſt. non autẽ in omnibus ineſt. vt deprecatio oratio quidem eſt, ſe neque vera, neque falſa. Cæteræ igitur relinquantur. Rhetoricæ enim vel Poeticæ conuenientior eſt conſideratio: enunciatiua vero præſentis eſt ſpeculationis. Eſt autem vna prima oratio enunciatiua affirmatio, deinde negatio: aliæ vero omnes coniunctione vna. Neceſſe eſt autem omnem enũciatiuam orationem ex verbo eſſe, vel ex caſu verbi. etenim hominis ratio, ſi nõ addatur aut eſt, aut fuit, aut erit, aut aliqui huiuſmodi, nondum oratio enunciatiua eſt. Quoniam vnum quiddam eſt, & non multa animal greſſibile bipes. non enim eò ꝙ propinquæ partes dicuntur, vna erit. eſt autem alterius hoc tractare negotii. Eſt autem vna oratio enunciatiua, quæ vnum ſignificat, vel coniunctione una: plures autem, quæ plura, & non vnum vel inconiunctæ. Nomen igitur, vel verbum dictio ſit ſolum: quoniam non eſt dicere ſic aliquid ſignificantem, voce, vt enunciare: vel aliquo interrogante, vel non, ſed ipſo ſponte proferente. Harum autem hæc quidem ſimplex eſt enunciatio, vt aliquid de aliquo, vel aliquid ab aliquo: hæc autem ex his compoſita, velut oratio quædam iam compoſita. Eſt autem ſimplex enunciatio, vox ſignificatiua de eo, quod eſt aliquid, uel non eſt, quemadmodum tempora diuiſa ſunt. Affirmatio vero eſt enunciatio alicuius de aliquo. Negatio vero enunciatio alicuius ab aliquo. Quoniam autem enunciare eſt, & quod eſt, non eſſe: & quod non eſt, eſſe: & quod eſt, eſſe: & quod non eſt, non eſſe: & circa ea, quæ extra præſens tempus ſunt, ſimiliter: omne vtique contingit quod quis affirmauerit, negare: & quod quis negauerit, affirmare. Quare manifeſtum eſt, ꝙ omni affirmationi oppoſita eſt negatio, & omni negationi, affirmatio. Et ſit hoc contradictio, affirmatio

Vide.7.& 8 metaph.

De affirmatione, & negatione.

†

firmatio & negatio oppoſitæ. Dico autem opponi eiuſdem de eodem, non autem æquiuoce, & quæcunque cætera talium contra ſophiſticas determinauimus importunitates.

Diuiditur Enunciatio ſecundum notam quãtitatem, & variæ illarum deſcribuntur oppoſitiones: De illarum item veritate & falſitate regulæ ponuntur: & demum quæ nam vna ſit affirmatio & negatio determinatur. Cap. V.

SECTIO ſecunda ſecundũ Græcos.

QVoniam autem ſunt hæ quidem rerum vniuerſales: illæ vero ſingulares. (Dico autem vniuerſale, quod in pluribus prædicari natũ eſt: Singulare vero quod non: vt homo quidem vniuerſalium eſt, Callias vero eorum, quæ ſunt ſingularia) neceſſe eſt etiam enunciare, ꝙ ineſt aliquid, aut non: aliquando quidem alicui eorum, quæ vniuerſalia ſunt, aliquando autem eorũ quæ ſingularia *ſunt. Si ergo in vniuerſali vniuerſaliter enunciet quis, * quod eſt, aut non eſt, contrariæ enunciationes erunt. Dico autem in vniuerſali enunciare vniuerſaliter: vt omnis homo albus eſt, nullus homo albus eſt. Quando autem in vniuerſalibus, nõ vniuerſaliter autem,* non ſunt contrariæ: quæ autem ſignificantur, eſt eſſe aliquando contraria. Dico autem non uniuerſaliter enuntiare in iis quę uniuerſalia ſunt, vt eſt albus homo, non eſt albus homo. cum enim vniuerſale ſit homo, non vniuerſaliter vtitur enunciatione. omnis nanque non vniuerſale ſignificat, ſed ꝙ vniuerſaliter. In eo uero, ꝙ prædicatur vniuerſale, id quod eſt vniuerſaliter prædicare, non eſt uerum. Nulla enim affirmatio uera erit, in qua cum uniuerſale ſit prædicatum, uniuerſaliter prædicatur: ut eſt omnis homo, omne animal. Opponi autem affirmationem negationi dico contradictoriæ, quę uniuerſaliter

* a. le. ſunt ſiquidẽ in uniuerſali.

* a. le. quod eſt aliquid aut nõ erũt hæ contrariæ enũciationes.

* a. le. hæ quidem non ſunt, contrariæ.

liter ſignificat eidem, q̄ non vniuerſaliter, ut omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt: nullus homo albus eſt, aliquis homo albus eſt. Contrariæ uero uniuerſalem affirmationem, & uniuerſalem negationem. * ut omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt.

*a.le.ut oīs homo alb' eſt, nullus homo alb' eſt.

Figura, qua oppoſitæ enunciationes deſcribuntur.

De regulis oppoſitorū propoſitionum.



Qvocirca has quidem impoſſibile eſt ſimul eſſe ueras: his uero oppoſitas: contingit aliquando

in eodem ſimul eſſe ueras: ut non omnis homo albus eſt,& aliquis homo albus eſt. Quæcunque igitur contradictiones uniuerſalium ſunt uniuerſaliter, neceſſe eſt alteram eſſe ueram uel falſam, & quæcunque in ſingularibus ſunt: ut eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus. Quæcunque autem in uniuerſalibus quidem, non uniuerſaliter autem, non ſemper hæc quidem uera eſt, illa uero falſa eſt. ſimul enim uerum eſt dicere, quòd eſt homo albus, & quòd non eſt homo albus. & eſt homo pulcher, & non eſt homo pulcher. ſi enim turpis eſt, non eſt pulcher. & ſi fit aliquid, non eſt. Videbitur autem ſubito inconueniens eſſe: ideirco quoniam uidetur ſignificare idem, hoc, non eſt homo albus, & hoc, nullus homo eſt albus. hoc autem neque idem ſignificat, neque ſimul neceſſario, Manifeſtum eſt autem quòd una negatio unius affirmationis erit. hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmatio affirmauit, & ab eodem, uel ab aliquo ſingularium, uel aliquo uniuerſalium: ut uniuerſaliter, uel ut non uniuerſaliter. dico autem ut eſt Socrates albus, non eſt Socrates albus. Si autem * aliud aliquid ab eodem, uel ab alio idem, non eſt oppoſita, ſed erit ab ea diuerſa. Huic uero, quæ eſt, omnis homo albus eſt, illa quæ eſt, non omnis homo albus eſt. illi uero quæ eſt, aliquis homo albus eſt, illa quæ eſt, nullus homo albus eſt. illi autem quæ eſt, eſt homo albus, illa quæ eſt, non eſt homo albus. Quòd igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictorie, & quæ ſunt hæ, dictum eſt. & quòd contrariæ alię: & quæ ſunt illæ dictum eſt. & quòd non omnis uera uel falſa contradictio, & quare, & quando uera uel falſa. Vna autem affirmatio & negatio eſt, quæ vnum de uno ſignificat, uel cum ſit uniuerſale uniuerſaliter, uel non ſimiliter. ut omnis homo albus eſt, non omnis homo albus eſt. eſt homo albus, non eſt homo albus. nullus homo albus eſt, aliquis homo albus eſt: ſi albū unum ſignifi-

* a.le. aliud uel ab alio idē non eodem.

De affirmatione & negatione una.

ſignificat, Si uero duobus unum nomen poſitum eſt, ex quibus non eſt unum, non eſt una affirmatio, neque una negatio: vt ſi qs ponat hoc nomen tunica homini & equo: quod tunica alba eſt, hæc non eſt una affirmatio, nec una negatio. Nihil enim differt hoc quã dicere quòd, eſt homo * equus albus hoc autem nihil differt quam dicere, eſt homo albus, & eſt equus albus. Si ergo hæ multa ſignificant, & ſunt plures, manifeſtum eſt quòd, & prima vel multa vel nihil ſignificat. neque enim eſt aliquis homo equus. Quare nec in his neceſſe eſt hanc contradictionem veram, illam vero falſam eſſe.

*al.le.dicere ẽ homo & equus albus.

De futurorum contingentium contradictione. Cap. VI.

IN his ergo quæ ſunt, & quæ facta ſunt, neceſſe eſt affirmationem, vel negationem veram eſſe uel falſam. Et in vniuerſalibus quidem vt vniuerſaliter, ſemper hanc quidem veram, illam vero falſam eſſe, & in iis, quæ ſingularia ſunt, quemadmodum dictum eſt. in vniuerſalibus autem, quæ non vniuerſaliter dictæ ſunt, non neceſſe eſt. dictum eſt autem, & de his. In ſingularibus vero, & futuris, non ſimiliter. Nam ſi omnis affirmatio, & negatio vera vel falſa eſt: & omne neceſſe eſt eſſe, vel non eſſe * quare ſi hic dicat futurum eſſe aliquid: ille vero non futurum dicat hoc ipſum: manifeſtum eſt, quòd neceſſe eſt verum dicere alterum ipſorum: ſi omnis affirmatio vel negatio vera vel falſa eſt. vtraque enim non erunt ſimul in talibus. Nam ſi verum eſt dicere, quòd album vel non album, neceſſe eſt eſſe album vel non album, & ſi eſt album vel non album, verum erat affirmare vel negare. & ſi non eſt, falſum dicit: & ſi falſum dicit, non eſt. Quare neceſſe

*a.l.ſi enim his quidem

ceſſe eſt ſemper affirmationem aut negationem veram eſſe vel falſam. Nihil igitur neque eſt, neque fit, nec a fortuna, nec vtrumlibet contingit, neque erit, neque non erit: ſed ex neceſſitate omnia, & non vtrumlibet contingit. aut enim qui dicit verus eſt, aut qui negat. ſimiliter enim vel fieret, vel non fieret. quod enim vtrumlibet contingit nihil magis ſic uel non ſic ſe habet vel habebit. Amplius autem, ſi eſt album nunc, verum erat dicere prius, quòd erit album. quare ſemper fuit verum dicere quodlibet eorum, quæ facta ſunt, quod eſt, vel erit. ſi autem ſemper verum fuit dicere, quòd eſt vel erit, non poteſt hoc non eſſe, vel non futurum eſſe, quód autem non poteſt non fieri, impoſſibile eſt non fieri: & quód impoſſibile eſt non fieri, neceſſe eſt fieri: omnia igitur quæ futura ſunt, neceſſe eſt fieri. Nihil igitur vtrumlibet contingit, neque à fortuna erit.* nam, ſi à fortuna, non ex neceſſitate. At vero nec quod neutrum verum eſt dicere contingit: vt quòd neque erit, neque non erit. Primum enim cum ſit affirmatio falſa, negatio non vera erit: & cum hæc falſa ſit, contingit affirmationem non veram eſſe. Et ad hæc, ſi verum ſit dicere, quòd album eſt ſimul, & magnum, oportet eſſe vtrunque. ſi vero erit cras, oportet fore cras. ſi autem neque erit, neque non erit cras, non erit utrumlibet contingit, ut eſt nauale bellum: oporteret enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri. Quæ ergo contingunt inconuenientia hæc ſunt, & huiuſmodi alia: ſi quidem omnis affirmationis, & negationis, aut in uniuerſalibus dictis, ut uniuerſaliter, uel in iis, quæ ſunt ſingularia, neceſſe eſt oppoſitarum, hanc quidem ueram eſſe, illam uero falſam. nihil autem utrumlibet contingit, eſſe in iis, quæ fiunt, ſed omnia eſſe, & fieri ex neceſſitate. Quare neque conſultare oportebit, neque negotiari: quòd ſi hoc quidem facimus, erit hoc: ſi uero non hoc, non erit hoc. Nihil enim prohibet,

*a.l. ſed omnia ex neceſſitate.

libet, & in annum decies milleſimum, hunc quidem dicere hoc futurum eſſe, illum vero non dicere. quare ex neceſſitate erit vtrumlibet eorum quod ab ipſo verum erat dicere tunc. At vero nec hoc differt, ſi aliqui dixerint contradictionem, vel non dixerint. manifeſtum enim, quòd ſic ſe habent res, etiam ſi non hic quidem affirmauerit quid, ille vero negauerit. non enim propter negare vel affirmare erit, vel non erit, nec in decies milleſimum annum, magis quam in quantolibet tempore. Quare, ſi in omni tempore ſic ſe habebat, vt alterum vere diceretur, neceſſe erat hoc fieri: & vnumquodque eorum, quæ fiunt, ſemper ſic ſe habebant, vt ex neceſſitate fieret. ſi enim vere dixit quis quod erit, non poteſt non fieri: & quod factum eſt, verum erat dicere ſemper, quòd erit. ſi itaque hæc impoſſibilia ſunt: videmus enim eſſe futurorum principium, & ab eo quod conſultamus, atque aliquid agimus: & quòd eſt omnino in iis, quæ non ſemper actu ſunt, poſſibile eſſe, & non eſſe ſimiliter, in quibus vtrunque contingit, & eſſe, & nón eſſe, quare, & fieri, & non fieri: & multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe habentia: vt quod hanc veſtem poſſibile eſt incidi, & non incidetur, ſed prius exteretur, ſimiliter autem, & non incidi: poſſibile eſt, non enim eſſet eam prius exteri, niſi poſſibile eſſet non incidi: quarè, & in aliis generationibus, quæ ſecundum huiuſmodi potentiam dicuntur: manifeſtum igitur eſt, quòd non omnia ex neceſſitate vel ſunt, uel fiunt: ſed alia quidem vtrumlibet contingit, & nihil magis affirmatio, quam negatio erat uera uel falſa: alia uero magis quidem, & ut in pluribus alterum, nihilominus contingit fieri, & alterum, alterum uero minime. Igitur eſſe quod eſt, quando eſt, & non eſſe quod non eſt, quando non eſt, neceſſe eſt. ſed non omne quod eſt, neceſſe eſt eſſe, nec quod non eſt, neceſſe eſt non eſſe. non enim idem eſt, omne quod eſt, neceſſario

eſſe

eſſe quando eſt, & ſimpliciter neceſſitate eſſe. ſimiliter autem, & in eo quod non eſt. Sed, & in contradictione eadem ratio eſt. eſſe quidem uel non eſſe omne neceſſe eſt, & futurum eſſe uel non: non tamen diuidentem, dicere alterum neceſſarium: dico autem vt neceſſe eſt futurum eſſe bellum nauale cras, uel non futurum eſſe. non tamen fieri cras bellum nauale neceſſe eſt, neque non fieri: fieri tamen, uel non fieri neceſſe eſt. Quare cum ſimiliter orationes ueræ ſint, quemadmodum, & res, manifeſtum eſt, quòd quæcunque ſic ſe habent, ut ſint utrumlibet contingit, contraria ſuſcipiant, neceſſe eſt ſimiliter ſe habere, & contradictionem, quod contingit in iis, quæ non ſemper ſunt, uel non ſemper non ſunt. horum enim neceſſe eſt alteram partem contradictionis ueram eſſe uel falſam, non tamen hanc, uel illam, ſed utrumlibet contingit: & magis quidem ueram alteram, non tamen iam ueram uel falſam. Quare manifeſtum eſt, quòd non eſt neceſſe omnis affirmationis, uel negationis oppoſitarum, hanc quidem veram, illam autem falſam eſſe. non enim quemadmodum in iis quæ ſunt ſic ſe habent, & in iis quæ non ſunt quidem, poſſibilibus tamen eſſe uel non eſſe, ſe quemadmodum dictum eſt.

Perihermenias Liber primus

FINIS.

ARISTO-

ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIHERMENIAS LIBER II.

SVMMA LIBRI.

De infiniti enunciationibus: De earum unitate & pluralitate. De Coniunctis, & Diuiſis prædicationibus. De modalium conſtitutione, Quæ demum enunciationum magis contrariæ ſint.

De enunciationibus infinitis cuiuſuis generis, & earum oppoſitionibus, & conſequentiis. Quod nomina item & verba tranſpoſita idem ſignificent oſtendit. Caput primum.

QVONIAM autem eſt aliquid de aliquo affirmatio ſignificans: hoc autem vel nomen eſt, vel innominatum: vnum autem oportet eſſe & de vno id, quod eſt in affirmatione: nomen autem dictum eſt & innominatum prius: (non homo enim nomen quidem non dico, ſed nomen infinitum: vnum enim ſignificat aliquo

quo modo infinitum nomen: quemadmodum, & non ualet, non uerbum) * ſed infinitum uerbum erit, igitur omnis affirmatio, & negatio uel ex nomine & uerbo, uel ex infinito nomine, & uerbo. Sine uerbo autem nulla affirmatio uel negatio eſt. eſt enim vel fuit, uel erit, uel fit, uel quæcunque alia huiuſmodi uerba ex iis ſunt, quæ poſita ſunt: conſignificant enim tempus. Quare prima erit affirmatio, & negatio, negatio, eſt homo, non eſt homo: deinde, eſt non homo: non eſt non homo. Rurſus, eſt omnis homo, non eſt omnis homo: eſt omnis non homo, non eſt omnis non homo. Et in iis, quæ extrinſecus ſunt temporibus eadem ratio eſt.

* a. l. verbũ dico addit.

SECTIO tertia apud Græcos.

* Quando autem eſt, tertium adiacens prædicatur, dupliciter dicuntur oppoſitiones. Dico autem, ut eſt iuſtus homo, eſt tertium, dico adiacere nomen, uel uerbum in affirmatione. Quare ob id ipſum quatuor erunt illæ, quarum duæ quidem ad affirmationem, & negationem ſe habebunt ſecundum conſequentiam, ut priuationes: duæ uero minime. Dico autem quòd eſt, * aut iuſto adiacebit, aut non iuſto: quare etiam negatio. quatuor igitur erunt. Intelligimus uero quod dicitur ex iis, quæ ſubſcripta ſunt. Et iuſtus homo, huius negatio eſt, non eſt iuſtus homo: eſt non iuſtus homo, huius negatio eſt, non eſt non iuſtus homo. eſt enim hoc in loco, & nón eſt, iuſto, & non iuſto adiacebit. Hæc igitur, quemadmodum in reſolutoriis dictum eſt, ſic ſunt ordinata. Similiter autem ſe habebunt, & ſi uniuerſaliter nominis ſit affirmatio. ut omnis eſt homo iuſtus, negatio huius, non omnis eſt homo iuſtus: omnis eſt homo non iuſtus, non omnis eſt homo non iuſtus. Tamen non ſimiliter angulares ueras eſſe contingit. contingit autem aliquando.

* a. le. dico autē ꝙ eſt hic.

In fine primi priorũ.

H Indefi-

Indefinitarum Enunciationum diſpoſitio accepta ex fine primi libri Priorum.

Simplices.

Simplex affirmatiua.	Simplex negatiua.
A. Homo iuſtus eſt.	C. Homo iuſtus non eſt.

Priuatoriæ.

Negatio.	Affirmatio.
C. Homo iniuſtus non eſt.	A. Homo iniuſtus eſt.

Infinitæ.

Negatio.	Affirmario.
C. Homo non iuſtus non eſt.	A. Homo non iuſtus eſt.

Diſpoſitio Enunciationum uniuerſalium, & particularium.

Simplices.

Affirmatio vniuerſaliter.	Negatio particulariter.
A. Omnis homo iuſtus eſt.	C. Non omnis homo iuſtus eſt.

Priua-

Priuatoriæ.

Negatio vniuerſaliter.	Affirmatio vniuerſaliter.
Non omnis homo iniuſtus eſt.	Omnis homo iniuſtus eſt.

Infinitæ.

Negatio particularis.	Affirmatio vniuerſaliter.
Non omnis homo non iuſtus eſt.	Omnis homo non iuſtus eſt.

Quemadmodum ordinate ſunt hæ enunciationes de ſubiecto finito, Eodem modo fieri poſſunt de ſubiecto infinito, addendo negationem termino homini, hoc tamen notabis quòd.

Literæ { A. Antecedens / C. Conſequens } Significat.

Hae igitur duæ oppoſitæ ſunt mutuo. Aliæ autem duæ ad non homo, quaſi ad ſubiectum aliquod additum. vt eſt, iuſtus non homo: non eſt iuſtus non homo. eſt non iuſtus non homo: non eſt non iuſtus non homo. plures autem his non erunt oppoſitiones. Hæ autem extra illas, ipſæ ſecundum ſe erunt, vt nomine vtentes eo, quod eſt non homo. In quibuſcunque autem eſt non conuenit, vt in eo quod eſt ſanum eſſe, & ambulare, in iis idem facit ſic poſitum; ac ſi eſt addere tur. vt eſt. ſanus eſt omnis homo: non ſanus eſt omnis

homo. ſanus eſt omnis non homo: non ſanus eſt omnis non homo. non enim dicendum eſt non omnis homo, ſed non, negationem enim ad id, quod eſt homo, addendum eſt. omnis enim non vniuerſale ſignificat, ſed ꝙ vniuerſaliter. Manifeſtum eſt autem ex eo, quod eſt, valet homo, non valet homo: valet nõ homo, non valet non homo. hæc enim ab illis differunt, eò ꝙ vniuerſaliter non ſunt. quare omnis vel nullus nihil aliud conſignificat, quam quòd vniuerſaliter de nomine vel affirmationem vel negationem. ergo & reliqua eadem oportet apponi. Quoniam vero cõtraria eſt negatio ei quæ eſt, omne eſt animal iuſtum, illa quæ ſignificat, ꝙ nullum eſt animal iuſtum. hæ quidem manifeſtum eſt, ꝙ nunquam erunt neq; veræ ſimul, neq; in eodem: his vero oppoſitæ, erunt aliquando: vt non oẽ animal iuſtum eſt, & eſt aliquod animal iuſtũ. Sequuntur vero & hæ, eam quidem quę eſt, omnis eſt homo nõ iuſtus, hæc, nullus homo eſt iuſtus.* Illam vero, eſt non omnis homo non iuſtus, oppoſita, quòd eſt aliquis homo iuſtus. neceſſe eſt enim aliquem eſſe. Manifeſtum eſt autem etiam ꝙ in ſingularibus, ſi verum eſt interrogatum negare, quòd & affirmare verum eſt. vt, putáſne Socra. ſapiens eſt? non. Socratès igitur eſt non ſapiens. In vniuerſalibus vero non eſt vera, quæ ſimiliter dicitur: vera autem negatio eſt. vt putáſne, omnis homo ſapiens eſt? non. omnis igitur homo non ſapiens eſt. hoc enim falſum eſt. ſed, non, igitur omnis homo ſapiens eſt, verum eſt. hæc enim oppoſita eſt: illa vero contraria. Quæ vero ſecundum infinita contraiacentes ſunt nomina & verba, vt in eo quod eſt non homo, vel non iuſtus, quaſi negationes ſine nomine & verbo eſſe videbuntur, ſed non ſunt. Semper enim vel veram vel falſam eſſe neceſſe eſt negationem: qui vero non homo dixit, nihil magis quam qui dicit homo, ſed etiam minus verus vel falſus fuit, niſi aliquid addatur. Significat autem eſt omnis non homo iuſtus, nulli illarum idem, nec huic oppoſita, quæ eſt, non eſt omnis non homo iuſtus. ea vero quæ eſt, omnis non

*al.l. illã vero quæ ẽ aliquis eſt hõ iniuſtus, oppoſita ꝙ nõ oĩs homo ẽ non iuſtus.

non

non iuſtus non homo eſt, illi quæ eſt, nullus eſt iuſtus non homo, idem ſignificat. Tranſpoſita verò nomina & uerba idem ſignificant: vt eſt albus homo, & eſt homo albus. Nam, ſi hoc non eſt, eiuſdem multæ erunt negationes. ſed oſtenſum eſt, quòd vna vnius eſt. Eius enim, quæ eſt, eſt albus homo, negatio eſt, non eſt albus homo. eius autem, quæ eſt, eſt homo albus, ſi non eadem eſt ei quæ eſt, eſt albus homo, erit negatio, vel ea quæ eſt, non eſt non homo albus, vel ea quæ eſt, non eſt homo albus. Sed altera quidem eſt negatio ea quæ eſt, non eſt non homo albus, eius, eſt non homo albus altera uero* eius quæ eſt, eſt albus homo. quare erunt duæ vnius. Quod igitur tranſpoſito nomine & verbo eadem ſit affirmatio & negatio, manifeſtum eſt.

* a. l. negatio ei' quæ eſt, eſt non homo alb', altera vero.

De vnitate ac pluralitate enunciationum: Quo item pacto veritas & falſitas à parte prædicati in eis reperiatur oſtendit. Cap. II.

AT vero vnum de pluribus, vel plura de vno affirmare vel negare, niſi ſit vnum aliquid, quod ex pluribus ſignificatur, non eſt affirmatio neque negatio vna. Dico autem vnum, nō ſi vnum nomen poſitum ſit, non ſit autem vnum aliquid ex illis. ut homo eſt fortaſſe & animal, & bipes, & manſuetum, ſed ex his vnum fit. ex albo autem & homine & ambulare non eſt vnum. Quare nec ſi vnum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio vna: ſed vox quidem vna, affirmationes vero multæ. nec ſi de vno iſta: ſed ſimiliter multæ. Si ergo dialectica interrogatio reſponſionis eſt petitio, vel propoſitionis, vel alterius partes cō tradictionis: propoſitio vero contradictionis eſt vnius pars, non erit vna reſponſi ad hæc. neque enim interrogatio vna neque etiam ſit ſi uera. dictum eſt autem de his in Topicis. Simul autem manifeſtum eſt, q nec hoc ipſum quid eſt, dialectica interrogatio eſt. opor- 8. Topic.

tet enim datum eſſe ex interrogatione eligere, vtram uelit contradictionis partem enunciare: ſed oportet interrogantem determinare, utrum hoc ſit homo, an non hoc.

Quoniam uero hæc quidem prædicantur compoſita, ut unum omne prædicatum fiat, eorum quæ extra prædicantur: alia uero non: quæ eſt differentia? De homine enim uerum eſt dicere,& extra animal, & extra bipes: & hæc ut unum: & hominem, & album, & hæc ut unum. ſed non ſi coriarius eſt, & bonus: etiam coriarius bonus. Si enim quoniam utrunque uerum* eſſe oportet & ſimul utrunque, multa inconuenientia erunt. De homine enim & hominem uerum eſt dicere & album: quare & omne. rurſus ſi album ipſum & omne. quare erit homo albus albus,& hoc in infinitum. & rurſus muſicus albus ambulans. & hæc eadem frequenter implicita in infinitum. Amplius, Si Socrates, Socra. eſt, & homo: & Socra. Socrates homo. & ſi homo & bipes, erit homo bipes. Quòd igitur ſi quis ſimpliciter * dicat complexiones fieri, multa accidit dicere inconuenientia, manifeſtum eſt. Quemadmodum autem ponendum eſt, nunc dicimus. Eorũ igitur, quæ prædicantur, & de quibus prædicari accidit, quæcunq; ſecundum accidens dicuntur, uel de eodem, uel alterum de altero, hæc non erunt vnum. ut homo albus eſt, & muſicus. ſed non eſt unum album & muſicum. accidentia enim ſunt utraq;: Nec ſi album, muſicum uerum eſt dicere, tamen non erit albũ muſicum unum aliquid: ſecundum accidẽs enim album muſicum. quare non erit album muſicũ unum aliquid. quo circa nec coriarius bonus ſimpliciter, ſed animal bipes. non. n. ſecundum accidens. Amplius, Nec quæcunque inſunt in altero. quare neq; album frequenter: neq; homo, homo animal eſt uel bipes. inſunt enim in homine animal & bipes. Verum eſt autem dicere de aliquo & ſimpliciter: ut aliquem hominem hominem, aut aliquem album hominem, hominem album. non autem ſemper. Sed quando in adiecto quidem aliquid oppoſitorum inſit,

σχυτεύς

*a. l. Quare non ſi alterum verum.

*a. l. ſimpliciter & ut cõtingit dicat.

inſit, quod conſequitur contradictio, non uerum, ſed falſum eſt: ut hominem mortuum, hominem dicere. Quando autem non inſit, uerum. * Aut quando inſit quidem ſemper non uerum eſt: quando uero non inſit, non ſemper uerum eſt. ut Homerus eſt aliquid, ut poeta, utrum igitur eſt? an non: ſecundum accidens enim prædicatur eſt, de Homero (quod enim eſt poeta) ſed non ſecundum ſe prædicatur de Homero, ipſum eſt. Quare in quibuſcunque prædicationibus neque contrarietas ineſt, ſi diffinitiones pro nominibus dicãtur, & ſecundum ſe prædicentur, & non ſecundum accidens, in his aliquid, & ſimpliciter uerum erit dicere. Quod autem non eſt, quoniam opinabile eſt, non eſt uerum dicere eſſe aliquid. opinio enim eius eſt, non quod eſt, ſed quod non eſt.

*a.l. ſemper uerum.

De enunciationibus modorum, Poſsibilis, Contingentis, Impoſsibilis, & Neceſſarij. Cap. III.

His uero determinatis cõſiderandum eſt, quemadmodum ſeſe habent negationes & affirmationes ad ſeinuicem, quæ ſunt de poſsibili eſſe & non poſsibili, & de contingenti & non contingenti, & de impoſsibili & neceſſario. habent enim aliquas dubitationes. Nam ſi eorum, quæ complectuntur, illæ ſunt ſibi inuicem oppoſitæ contradictiones, quæcunque ſecundum eſſe, & nõ eſſe diſponuntur, ut eius quæ eſt, eſſe hominem, negatio eſt, non eſſe hominem, non ea quæ eſt, eſſe non hominem: & eius quæ eſt, eſſe album hominem, ea quæ eſt, non eſſe album hominem, ſed non ea quæ eſt, eſſe non album hominem (ſi enim de omni aut affirmatio, aut negatio eſt, lignum erit uerum dicere eſſe non album hominem,) * quòd ſi hoc modo, & in quibuſcunque eſſe non additur, idem faciet quod pro eſſe dicitur. ut eius quæ eſt, homo ambulat, non hæc, ambulat non homo negatio erit, ſed

SECTIO quarta apud Græcos.

*a.l. quod I conueniens eſt.

hæc, non ambulat homo, nihil enim differt dicere hominem ambulare, uel hominem ambulantem eſſe. Quare, ſi hoc modo ubique, & eius quæ eſt, poſſibile eſſe, negatio erit poſſibile non eſſe, ſed non ea quæ eſt, non poſſibile eſſe. Videtur autem idem poſſe, & eſſe non eſſe. omne enim quod eſt poſſibile diuidi uel ambulare, & non ambulare, & non diuidi poſſibile eſt. Ratio autem eſt: quoniam omne, quod ſic poſſibile eſt, non ſemper in actu eſt. quare inerit ipſi etiam negatio, poteſt enim & non ambulare quod eſt ambulatiuum, & non uideri quod eſt uiſibile. at uero impoſſibile eſt de eodem oppoſitas ueras eſſe affirmationes, & negationes. non igitur eius, quæ eſt, poſſibile eſſe, negatio eſt hæc, poſſibile non eſſe. Cōtingit enim ex his, aut idem affirmare, & negare ſimul de eodem, aut non ſecundum eſſe uel non eſſe, quæ apponuntur fieri affirmationes, & negationes. ſi ergo illud impoſſibile eſt, hoc erit magis eligendum. eſt igitur negatio quæ eſt, poſsibile eſſe, ea quæ eſt, non poſsibile eſſe, ſed non ea quæ eſt, poſsibile non eſſe. Eadem quoque ratio eſt, & in eo quod eſt contingens eſſe: etenim negatio eius eſt, non contingens eſſe. & in aliis quoque ſimili modo, ut in neceſſario, & impoſſibili. Fiunt enim quemadmodum in illis eſſe, & non eſſe appoſitiones, ſubiectę uero res, hoc quidem album, illud vero homo; eodem quoque modo hoc in loco, eſſe quidem, & non eſſe, ut ſubiectum ſit, poſſe uero, & contingere appoſitiones ſunt, determinantes (quemadmodum in illis eſſe, & non eſſe) ueritatem, & falſitatem, ſimiliter hæ in eo quod eſt, eſſe poſſibile, & eſſe non poſſibile. Eius uero quæ eſt, poſſibile non eſſe, negatio eſt, non ea quæ eſt, nō poſſibile eſſe, ſed ea quæ eſt, non poſſibile non eſſe. & eius quæ eſt, poſſibile eſſe, non ea quæ eſt, poſſibile non eſſe, ſed ea quæ eſt, non poſsibile eſſe. quare, & ſequi ſeſe inuicem uidebuntur, poſsibile eſſe, & poſsibile non eſſe. idem enim poſsibile eſſe, & non eſſe. non enim contradictiones ſunt ſibi inuicem huiuſmodi poſsibile eſſe, & poſsibile

non

non eſſe. Sed poſsibile eſſe, & non poſsibile eſſe nunquam ſimul in eodem uerę ſunt. opponuntur enim neque ea quæ eſt, poſſibile non eſſe, & non. poſsibile non eſſe, nunquam ſimul in eodem ueræ ſunt. Similiter autem, & eius quæ eſt, neceſſarium eſt eſſe, negatio non eſt ea quæ eſt, neceſſarium non eſſe, ſed ea quæ eſt, non neceſſarium eſſe. eius uero quæ eſt, neceſſarium non eſſe, ea quæ eſt, non neceſſarium non eſſe. & eius quæ eſt, impoſsibile eſſe, non eſt ea quæ eſt, impoſsibile non eſſe, ſed hæc, non impoſsibile eſſe. eius uero quæ eſt impoſsibile non eſſe, ea quæ eſt, non impoſsibile non eſſe. Vniuerſaliter uero (quemadmodum dictum eſt) eſſe quidem, & non eſſe oportet ponere quemadmodum ſubiecta, negationem vero, & affirmationem hæc facientem, ad eſſe, & non eſſe apponere. & has oportet putare eſſe oppoſitas dictiones: poſsibile, & non poſsibile: contingens, non contingens: impoſsibile, non impoſsibile: neceſſarium, non neceſſarium: uerum non uerum. Conſequentiæ uero ſecundũ rationem fiunt, cum ita ponuntur. illam enim quæ eſt, poſsibile eſſe, ſequitur ea quæ eſt, contingit eſſe: & hæc conuertitur illi, & non impoſsibile eſſe, & non neceſſarium eſſe. illam uero quæ eſt, poſsibile non eſſe, & contingens non eſſe, ea quæ eſt, non neceſſe non eſſe, & non impoſsibile non eſſe. illam autem quæ eſt, non poſsibile eſſe, & non contingens eſſe, ea quæ eſt impoſsibile eſſe, & neceſſe nõ eſſe. illam uero quæ eſt, non poſsibile non eſſe, & non contingens non eſſe, ea quæ eſt impoſsibile non eſſe, & neceſſarium eſſe. conſideretur autem ex ſubſcriptione, quemadmodum dicimus.

Modalium

Modalium enunciationum conſequentiæ : quatuor ordinibus diſtributæ ex aliorum ſententia.

	Ordo. I.	Ordo. III.	
Añced.	Poſsibile eſſe Contingens eſſe	Non poſſibile eſſe Nō cōtingens eſſe	Añced.
Cōſeqn.	Non impoſe eſſe Nō neceſſariū eſſe	Impoſſibile eſſe Neceſſariū nō eſſe	Seqntes
	Ordo. II.	**Ordo. IIII.**	
Añced.	Poſſibile nō eſſe Cōting.non eſſe	Non poſe non eſſe Nō cōting.nō eſſe	Añced.
Seqntes	Nō ipoſe nō eſſe Nō neceſſariū ñ eē	Impoſe non eſſe Neceſſarium eſſe	Seqntes

HAE igitur impoſſibile, & non impoſſibile, eam quæ eſt contingens, & poſſibile, & non contingens, & non poſsibile ſequuntur quidem contradictoriæ : ſed conuerſim. eam enim quæ eſt, poſsibile eſſe, negatio impoſsibilis ſequitur, quæ eſt, non impoſsibile eſſe, negationem uero affirmatio. nam illam, non poſsibile eſſe, ea quæ eſt impoſsibile eſſe affirmatio. enim eſt impoſsibile eſſe : non impoſsibile uero negatio. Neceſſarium uero quemadmodum ſe habet, conſiderandum eſt. Manifeſtum eſt enim * quòd non eodem modo ſe habet, ſed contrariæ ſequuntur, contradictoriæ autem ſunt extra. non enim eſt negatio

*a.l. Manifeſtum eſt autem.

gatio

gatio eius quæ eſt, neceſſe non eſſe, ea quæ eſt, non neceſſe eſſe; contingit enim ueras eſſe utraſque in eodem. quod enim eſt neceſſarium non eſſe, non eſt neceſſarium eſſe. Cauſa autem huius eſt, cur non ſequitur neceſſarium ſimiliter cæteris: quoniam contrariæ, impoſſibile eſſe, neceſſario redditur idem ualens. nam quod impoſsibile eſſe, neceſſe hoc, non quidem eſſe, ſed potius non eſſe. quod uero impoſsibile non eſſe, hoc neceſſarium eſſe. quare ſi illa ſimiliter ſequuntur poſsibile, & non poſsibile: hæc econtrario: quoniam nõ ſignificant idem neceſſariũ, & impoſsibile: ſed (quemadmodum dictum eſt) conuerſim. An certe impoſsibile eſt ſic poni contradictiones neceſſarij. Nam quod neceſſarium eſſe, poſsibile eſſe. nam ſi non, negatio conſequetur: neceſſe enim eſt aut affirmare aut negare. quare ſi non poſsibile eſſe, impoſsibile eſſe. igitur impoſsibile eſſe, quod neceſſe eſſe: quod eſt inconueniens. At uero illam quæ eſt, poſsibile eſſe, non impoſsibile eſſe, ſequitur: hanc uero, ea quæ eſt, non neceſſarium eſſe. quare contingit quod neceſſarium eſſe, non neceſſarium eſſe: quod eſt inconueniens. At uero neque neceſſarium eſſe, ſequitur eam quæ eſt, poſsibile eſſe, neque ea quæ eſt, neceſſarium non eſſe. Illi enim utraque contingit accidere. harum autem vtralibet uera fuerit, non erunt illa uera: ſimul enim poſsibile eſſe, & non eſſe. ſi uero neceſſe eſſe uel non eſſe, non erit utrunque poſsibile. relinquitur ergo non neceſſarium non eſſe, ſequi eam quæ eſt. poſsibile eſſe. Hæc enim uera eſt, & de neceſſe eſſe. hæc enim fit contradictio eius quæ ſequitur illam quæ eſt, non poſsibile eſſe. illam enim ſequitur ea quæ eſt, impoſsibile eſſe, & neceſſe non eſſe, cuius negatio eſt, non neceſſe non eſſe. Sequuntur igitur, & hæ contradictiones ſecundum prædictum modum: & nihil impoſsibile contingit ſic poſitis.

Modalium propoſitionum conſequentiæ ſecundum ſententiam Ariſtotelis.

	Ordo. I.		Ordo. II.	
		Contrarię		
Añced.	Poſsibile eſſe. Côtingẽs eſſe.	ꝯdi cto.	Poſe non eſſe. Côting.nõ eẽ.	Añced.
		Contra.		
Seq̃ntes	Non ĩpoſe eẽ. Nõ neẽʒ ñ eẽ.	ꝯdi cto.	Nõ ĩpoſe ñ eẽ. Nõ neẽm eſſe.	Seq̃ntes

	Ordo. III.		Ordo. IIII.	
Añced.	Nõ poſe ñ eẽ. Nõ ꝯtig.ñ eẽ.	ꝯdi cto.	Non poſe eſſe. Nõ ꝯting.eſſe.	Añced.
		Contra.		
Seq̃ntes	Impoſe ñ eẽ. Neceſſariũ eẽ	ꝯdi cto.	Impoſſibile eẽ Neciũm nõ eẽ.	Seq̃ntes
		Contra.		

Dubitatio. DVBITABIT autem aliquis, ſi illam quæ eſt, neceſſarium eſſe, ea quæ eſt, poſſibile eſſe ſequitur. Nam ſi non ſequitur, contradictio ſequetur quę eſt, non poſſibile eſſe. Et ſi quis, hanc non eſſe dicat contradictionem, neceſſe eſt dicere poſsibile non eſſe: quæ vtræq; falſæ ſunt de neceſſe eſſe.*At vero rurſus idem videtur eſſe poſsibile incidi & non incidi, & eſſe & nõ eſſe: quare erit neceſſe eſſe, contingens non eſſe. hoc autem falſum eſt. Manifeſtũ eſt autẽ, ꝙ non oẽ poſe vel eſſe vel ambulare, etiã oppoſita poteſt: ſed eſt in quibus nõ ſit verũ. primũ quidẽ in iis, quæ nõ ſm rationẽ poſſunt. vt ignis calefactiuus eſt, & habet vim irrationalem. Quæ igitur ſm rationẽ poteſtates ſunt, eędẽ plurium etiam contrariorum ſunt. irrationales vero non omnes: ſed (quemadmodum dictum eſt) ignem non eſt poſsibile calefacere, & non: neque quæcunque alia ſemper agunt.

* al. le. eſſe quare ad neceſſariũ eſſe poſsibile eſſe ſequitur.

agunt. alia uero poſſunt & ſecundum irrationales poteſtates ſimul oppoſita ſuſcipere: ſed hoc huius gratia dictum eſt: quoniam non omnis poteſtas oppoſitorum ſuſceptiua eſt, neqne quęcunque ſecundũ eandem ſpeciem dicuntur. Quædam vero poteſtates æquiuoce ſunt, poſſibile enim non ſimpliciter dicitur. ſed hoc quidem, quoniam uerum eſt quod in actu eſt: ut poſſibile ambulare, quoniam ambulat iam, & omnino poſſibie eſſe, quoniam iam eſt in actu quod dicitur eſſe poſſibile. illud uero, quoniam actu eſſe poſſet: ut poſsibile ambulare, quoniam ambulare poſſet. & hæc quidem in ſolis mobilibus eſt poteſtas, illa vero, & in immobilibus. vtrunque vero verum eſt dicere, poſſibile ambulare uel eſſe, & quod ambulat, & actu eſt, & ambulatiuum. Sic igitur poſſibile non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter dicere, alterum autem uerum eſt. Quare quoniam partem vniuerſale ſequitur, illud quod ex neceſſitate, conſequetur poſſe eſſe: ſed non omne. Et eſt quidem fortaſſe principium quod neceſſarium eſt, & quod non neceſſarium eſt, omnium vel eſſe, vel non eſſe, & alia, quemadmodum horum conſequentia, conſiderare oportet.

Conſequentiæ modalium ad ipſum neceſſarium.

ORDO. I.	ORDO. II.
Neceſſarium eſſe.	Non neceſſarium eſſe
Non poſsibile non eſſe.	Poſſibile non eſſe
Non conting non eſſe.	Contingens non eſſe
Impoſsibile non eſſe.	Non impoſſibile eſſe

ORDO. III.	ORDO. IIII.
Neceſſarium non eſſe.	Non neceſſariũ non eſſe.
Non poſsibile eſſe.	Poſſibile eſſe
Non contingens eſſe.	Contingens eſſe.
Impoſſibile eſſe.	Non impoſſibile eſſe

MANIFESTVM eſt autem ex iis quæ dicta ſunt, q id quod

id quod ex neceſſitate eſt, ſecundum actum eſt, quare ſi priora ſunt ſempiterna, & quæ actu ſunt poteſtate priora ſunt, & hæc quidem ſine poteſtate actus ſunt, ut primæ ſubſtantiæ, alia uero cum poteſtate, quæ natura quidem priora ſunt, tempore vero poſteriora. alia autem nunquam actus ſunt, ſed poteſtates ſolum.

Quæ magis apte enunciationes contrariæ dicantur. Cap. IIII.

SECTIO quinta ſm̄ Græcos.

VTrum autem contraria eſt affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, quæ dicit, quod omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt: aut omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus eſt: vt, eſt Callias iuſtus, non eſt Callias iuſtus, Callias iniuſtus eſt, utra harum contraria eſt? Nam ſi ea quæ ſunt in uoce, ſequuntur ea quæ ſunt in intellectu, illic autem contraria eſt opinio contrarij, ut quod omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus eſt, etiam in iis, quæ ſunt in uoce affirmationibus, neceſſe eſt ſimiliter ſeſe habere. quod ſi neque illic contrarij opinio contraria eſt, nec affirmatio affirmationi erit contraria, ſed ea quæ dicta eſt negatio. quare conſiderandum eſt quæ opinio falſa opinioni ueræ cõtraria eſt, utrum negationis. an ea quæ contrarium eſſe opinatur. Dico autem hoc modo. eſt quædam opinio uera boni, quod bonum eſt, alia autem quod non bonum eſt falſa, alia uero quod malum: utra harum contraria uere? & ſi eſt una, ſecundum quam nam contraria. Nam arbitrari contrarias opiniones diffiniri, eo quod contrariorum ſunt, falſum eſt. Boni enim quod bonũ eſt, & mali quod malum eſt, eadem fortaſſe opinio eſt etiam uera, ſiue plures, ſiue una ſit. ſunt autem iſta contraria, ſed non eo quod contrariorum ſint, contraria ſunt, ſed magis quod contrariæ. Si ergo eſt boni quidem quod eſt bonum opinio, alia autem quod non bonum eſt. eſt autem aliquid aliud quod non eſt, neque eſſe poteſt:

Idẽ in principio primi huius.

aliarum

aliarum quidem nulla ponenda eſt, neque quæcunque eſſe quod nō eſt opinantur: neque quæcunque non eſſe quod eſt. infinitæ enim utræque ſunt, & quæ eſſe opinantur quod non eſt: & quæ non eſſe quod eſt. Sed in quibuſcunque fallacia eſt. hæ autem ſunt ex iis, ex quibus ſunt generationes. ex oppoſitis uero generationes. quare etiam fallaciæ. Si ergo quod bonum eſt, & bonum, & non malum eſt, & hoc quidem ſecundum ſe, illud uero ſecundum accidens, (accidit enim ei non malum eſſe) magis autem in vnoquoque uera eſt quæ ſecundum ſe eſt, etiam falſa, ſiquidem, & uera: ergo ea quæ eſt, quod non eſt bonum quod bonum eſt, eius quæ ſecundum ſe eſt, falſa eſt: illa uero quæ eſt quod malum eſt, eius quæ ſecundum accidens. quare magis erit falſa de bono, ea quæ eſt negationis opinio, quam ea quæ eſt contrarij. Falſus eſt autem maxime circa ſingula qui contrariam habet opinionem: contraria.n.ſunt eorum quæ plurimum circa idem differunt. Si igitur harum contraria eſt altera: magis uero negationis eſt contraria: manifeſtum eſt quod hæc erit contraria. Illa uero quæ eſt, quod malum eſt quod bonum eſt, implicita eſt. Etenim quod non bonum eſt, neceſſe eſt forte ipſum eundem opinari. Amplius, Si etiam in aliis ſimiliter oportet ſe habere, & hoc modo uidebitur bene eſſe dictum. Aut enim ubique ea quæ eſt contradictionis, aut nuſquam. quibus uero non ſunt contraria, de illis quidem falſa, ea quæ eſt ueræ oppoſita ut qui hominē non putat eſſe hoiem, falſus eſt. ſi igitur hæ cōtrariæ ſunt, etiā, & aliæ, quę ſunt cōtradictionis. Amplius, Similiter ſe habet opinio boni quod bonum eſt. & non boni quod non bonum eſt. & præter has boni quod non bonum eſt, & non boni quod bonum eſt. Illi ergo quæ eſt, non boni quod non bonum ueræ opinioni, quæ eſt contraria? Non.n.ea quæ dicit quod malum eſt, ſi aliquando *fuerit vera. nunquam autem uera veræ contraria eſt: eſt enim quoddam non bonum, malū. quare contingit ſimul eſſe ueras. At uero nec illa quæ eſt, quod non malum: uera enim & hæc ſimul enim & hæc

* a. l. malū eſt. ſimul.n. aliquando.

hæc erunt. relinquitur igitur ei quæ eſt,nō boni, quod non bonum eſt. contraria ea quæ eſt, non boni, quod bonum eſt. falſa enim hæc* quare, & ea quæ eſt, boni quod non bonum eſt, ei quæ eſt, boni, quid bonum eſt. Manifeſtum ergo eſt,quod nihil intereſt, nec ſi uniuerſaliter ponamus affirmationem. uniuerſalis enim negatio contraria erit. ut opinioni quæ opinatur, quod omne quod eſt bonum,bonum eſt, ea quæ eſt, quòd nihil eorum, quæ bona ſunt, bonum eſt, nam ea quæ eſt boni, quod bonum, ſi uniuerſaliter ſit bonum, eadem eſt ei quæ opinatur,quod quicquid bonum eſt,quod bonum eſt.hoc autē nihil differt ab eo quod eſt,quod omne quod eſt bonum,bonum eſt.ſimiliter autē,& in non bono.Quare ſi in opinione ſic ſe habet: & ſunt hæ quæ ſunt in uoce affirmationes,& negationes, notæ earum quæ ſunt in anima: manifeſtum eſt quod affirmationi contraria quidem negatio eſt, quæ de eodem uniuerſaliter. ut ei quæ eſt, quòd omne bonum, bonum eſt, uel quod omnis homo bonus,ea quæ eſt,quod nullum,uel nullus:contradictoriæ autem quæ eſt,quod non omne, aut* non omnis.Manifeſtum eſt autem,quod,& veram ueræ non contingit eſſe contrariam, neq; opinionem, neque contradictionem. contrariæ.n. quæ circa oppoſita ſunt: circa eadem autem contingit uerum dicere eundem: ſimul autem non contingit eidem ineſſe contraria.

*a.l. nō bonū vere contraria ea q̄ nō boni q̄d bonū falſa, falſa.n.hæc

*a.l.& q̄d.

Ariſtotelis in Perihermenias FINIS.

SYLLO-

SYLLOGISMORVM diuerſitas ac numerus, ex Nicephoro.

Q*VONIAM ſyllogiſmus omnis ex duabus ſaltem propoſitionibus cõſtatur; maioreq́; & minore maiora toties poſita, quoties propoſitionum annumeratio, toties autem ipſi minore annexa, ita quingentis ſeptuaginta ſex maioribus propoſitionibus cũ minoribus multiplicatis, euenit totos ſyllogiſticos & adſyllogiſticos modos congregari in myriadas triginta tres, & mille ſeptingentòs ſeptuaginta ſex. Ex modorum autem mixtura duodecies: rurſus totidem colliguntur. Vel.n. maiore propoſitione neceſſaria poſita, minore uero uel contingente uel impoſſibili, uel maiore exiſtente minore uero neceſſaria, uel contingente uel impoſſibili, uel maiore contingente minore neceſſaria uel exiſtente uel impoſſibili, uel maiore impoſſibili, minore autem neceſſaria uel exiſtente, uel contingente, duodecies multiplicantur omnes prædicti, ut ſimul omnes immixti & mixti in myriadas tricenas. 98. & mille tricenos duodecim perueniant abſoluendi. Nam ſi trinam dicimus eſſe materiam, neceſſariam, contingentem, &*

impoſſibilem, contingentem certe Ariſt. in duo diuiſit, in euenientem & futuram, & euenientem quidem exiſtentem nominat, futuram uero proprie contingentem. Ex harum autem quatuor mixtura per coniugationes, ſyllogiſmos in mixtionibus exponit, Cum itaque trinæ ſint figuræ, & in unaquaque figura tot ſint textiſyllogiſmi, triplicati enumeratorum omnes fiunt, ut omnino ſint numero quidem myriades mille centum nonaginta quatuor ac tria millia nongenti triginta ſex, ſyllogiſtici pariterq́; aſyllogiſti in prima quidem figura myriades ſexagintaſex et ter mille quingenta duo ſyllogiſmi: In ſecunda ſimiliter totidem, in tertia myriades centum denæ ac quinæ nongenti ac uiginti, ac ſimul omnes Syllogiſtici myriades ducentæ quadraginta tres, & ter mille uiginti quatuor. Reliqui autem aſyllogiſti myriades octingentæ quinquaginta una nongenti duodecim: ut ſit ad aſyllogiſtos ratio ſyllogiſticorum modorum in prima ac ſecunda figura ſub quinta multiplicatione, in tertia autem ſub duplicatione ter quinquies, & cætera. Plura uide apud Nicephorum.

ANNOTATIONES.

Nota quòd græca hæc dictio ὅτι quæ latine & quod & quoniam referre poteſt in ueteri tranſlatione fere ſemper nulla intelligentiæ ipſius literæ habita ratione in quoniam tranſlata fuit. Nos uero diligentius græcæ literæ intellectum animaduertentes, ut res ipſa poſtulabat, & in quod & in quoniam ipſam tranſtulimus. Aduertas etiam quòd dictio hæc græca καθόλου in ueteri tranſlatione fere ſemper in hanc latinam uniuerſale,

ſale,tranſlata fuit,cum tamen & uniuerſale & uniuerſaliter poſſit ſignificare: uniuerſale quidem cum rei naturam ut ſi hominem dicimus uniuerſalem naturam ſignificamus, uniuerſaliter uero cum id quod latini ſignum diſtribuens appellarunt. ut ſi omne aut nullum dicimus uniuerſaliter propoſitioné proferimus. quam rem in lib.Perihermen.in.2. Secti.initio docuit Ariſt. Nos itaque Ariſto.doctrinam ſequentes & in uniuerſale & in uniuerſaliter ut conueniens fuit ipſam tranſtulimus. Errabat pariter uetus tranſlatio dictiones has ἐν μέρει ex κατὰ μέρος in hanc particularem uertens, cum tamen non particularem, ſed in parte uel ſecundum partem uel particulariter importēt, ſignificantia diſtribuentia propoſitionem,non autem naturam aliquam denotantia.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

Peripateticorum principis priorum analyticorum Liber I.

SVMMA LIBRI.

Præmittuntur nonnulla principia ad ſequentium cognitionem. De propoſitionum conuerſione. De ſimplicium ac mixtorum ſyllogiſmorum figuris, & omnibus complicationibus. De numero item figurarum,& terminorum in quouis ſyllogiſmo. De inuentione medij in quolibet ſyllogiſmo. De reſolutione demum omnium ſyllogiſmorum in proprias figuras.

De propoſitione, Termino, Syllogiſmo, dici de Omni, & dici de Nullo. Caput primum.

PRIMVM dicere circa quid, & cuius conſideratio ſit: quoniam circa demonſtrationem, & demonſtratiuæ ſcientiæ. *deinde determinare, quid eſt propoſitio, & quid terminus, & quid ſyllogiſmus & qualis perfectus, & qualis imperfectus. Poſt hæc autem & quid in toto eſſe, aut non eſſe hoc in hoc, & quid dicimus de omni aut de nullo prædicari. Propoſitio igitur eſt oratio affirmatiua, uel negatiua, alicuius de aliquo: hæc autem aut uniuerſaliter, aut in parte, aut indefinita. Dico autem uniuerſalem quidem, omni aut nulli ineſſe: in parte uero, alicui aut non alicui, aut non omni ineſſe: ſed indefinitam, quæ ineſſe aut non ineſſe ſignificat, ſine uniuerſali, aut particulari, ut contrariorum eandem * eſſe ſcientiam: aut uoluptatem non eſſe bonum. Differt autem demonſtratiua propoſitio a Dialectica: quoniam demonſtratiua, quidem ſumptio alterius particulæ contradictionis eſt. non enim interrogat, ſed ſumit qui demonſtrat. Dialectica uero interrogatio contradictionis eſt. Nihil autem differret quomodo fiat utriuſque ſyllogiſmus. nam & qui demonſtrat, & qui interrogat ſyllogizat, accipiens aliquid de aliquo ineſſe, aut non ineſſe. Quare erit ſyllogiſtica quidem propoſitio, ſimpliciter affirmatio, aut negatio alicuius de aliquo* ſecundum dictum modum. Demonſtratiua uero, ſi uera ſit. & per ſuppoſitiones, quæ a principio ſunt ſumpta. Dialectica autem, percunctanti quidem interrogatio contradictionis. ſyllogizanti autem ſumptio apparentis & probabilis, quemadmodum in Topicis dictum eſt. Quid itaque eſt propoſitio, & quomodo differat ſyllogiſtica, & demonſtratiua, & dialectica, diligenter quidem

* Dicere, ſub intelligitur, oportet, ex conſuetudine attica.

In græca cōſideratio Alexand. legit & ſciētiam demōſtratiuam.

* a.l. unam.

* a.l. de aliquo uel alicuius ab aliquo.

In primo li.

In prin. primi li. Poſt.

quidem in ſequentibus dicetur: ad præſentem uero uſum ſufficiant quæ nunc a nobis determinata ſunt. Terminum autem uoco, in quem diſſoluitur propoſitio, ut prædicatum, & de quo prædicatur: aut appoſito, aut diuiſo eſſe, aut non eſſe. Syllogiſmus autem eſt oratio * in qua poſitis quibuſdam, alterum quid a poſitis ex neceſſitate contingit, eo quòd hæc ſint. Dico autem, eò quòd hæc ſint, propter hæc contingere. propter hæc uero contingere, nullius extrinſecus termini adiumento indigere, ut fiat neceſſarium. Perfectum itaque uoco ſyllogiſmum, nullo alio indigentem, præter ea quæ aſſumpta ſunt, ut neceſſarium appareat. Imperfectum uero qui indiget, aut unius, aut plurium, quæ ſunt quidem neceſſaria per ſubiectos terminos, non autẽ ſumpta ſunt per propoſitiones. In toto autem eſſe alterum in altero, & de omni prædicari alterum de altero idẽ ſignificat. Dicimus autem de omni prædicari, quando nihil ſit ſubiecti ſumere, de quo alterum non dicatur, & de nullo ſimiliter.

* aliqui concedunt eſſe legendum ratio.

Propoſitio eſt oratio affirmatiua, uel negatiua, alicuius de aliquo, uel alcuius ab aliquo.

Omnis propoſitio uel eſt uniuerſalis, uel particularis, uel indefinita.

Propoſitio demonſtratiua eſt acceptio alterius partis contradictionis.

Propoſitio dialectica ẽ cõtradictionis interrogatio.

Terminus eſt in quem primo reſoluitur propoſitio, ut ſubiectum & prædicatum.

Syllogiſmus eſt oratio, in qua poſitis quibuſdam, alterum quid à poſitis neceſſe eſt contingere, eo quòd hæc ſint.

In toto eſſe, & dici de omni eſt, quando nihil ſubiecti eſt accipere, de quo alterum non dicatur.

De conuerſione propoſitionum inexiſtentium. Ca. 2.

QVoniam autem omnis propoſitio eſt, aut ineſſe, aut neceſſario ineſſe, aut contingenter ineſſe: harum autem aliæ quidem affirmatiuæ, aliæ uero negatiuæ, ſecundum unamquanque allocutionem: rurſus uero affirmatiuarum ac negatiuarum, aliæ ſunt uniuerſaliter, aliæ in parte, aliæ indefinitæ. Vniuerſalem quidem priuatiuam in eo quod eſt ineſſe terminis conuerti neceſſe eſt: ut, ſi nulla uoluptas bonum, neque bonum ullum erit uoluptas. Prædicatiuam autem conuerti quidem neceſſarium eſt, nō tamen uniuerſaliter, ſed in parte: ut, ſi omnis uoluptas bonum, & bonum aliquod erit uoluptas. Earum uero, quæ in parte, affirmatiuam quidem particulariter conuerti neceſſe eſt, ſi enim uoluptas aliqua bonum, & bonũ aliquod erit uoluptas. Priuatiuam autem non eſt neceſſarium: non enim ſi homo non ineſt alicui animali, & animal non inerit alicui homini. Primum itaque ſit priuatiua uniuerſaliter, A B, propoſitio. Si enim nulli A ipſum eorum, quæ ſunt B, ineſt, & B inerit nulli eorum quæ A. nam ſi alicui, ut C, non uerum erit quod dicitur nulli ipſum A, eorum quæ B ineſſe: C enim ex his quæ B ſunt, eſt. Si uero omni A ipſum eorum quæ ſunt B, & B alicui eorum quæ A, inerit. nam ſi nulli, & A eorum, quæ B, nulli inerit, uerum ſuppoſitum fuerat omni ineſſe. Conſimiliter autem & ſi propoſitio ſecũdum partem ſit. ſi enim A alicui eorum quæ B, & B alicui eorum quæ A neceſſe eſt ineſſe. nam ſi nulli, & A nulli eorum quæ B: ſin autem A alicui eorum, quæ B, non inſit, non neceſſe & B alicui eorum quæ A, non ineſſe. ut ſi B quidē ſit animal: A uero homo: homo quidem. n. non omni animali, animal autem omni homini ineſt.

Propoſitio omnis, aut ineſſe, aut neceſſario ineſſe, aut contingenter ineſſe ſignificat.

Propoſitio uniuerſalis negatiua conuertitur in terminis

minis ſimpliciter.

Propoſitio uniuerſalis affirmatiua cõuertitur in particularem affirmatiuam.

Propoſitio particularis negatiua non neceſſario conuertitur.

De conuerſione propoſitionum neceſſariarum. Ca. 3.

EOdem autem mõ ſe habebit & in neceſſarijs propoſitionibus. uniuerſaliter.n. negatiua uniuerſaliter cõuertitur:affirmatiuarum uero utraq; particulariter. Nam ſi neceſſe eſt A,nulli B ineſſe, neceſſe eſt & B nulli A ineſſe.ſi enim alicui contingit, & A alicui B continget. ſi autem ex neceſſitate A, omni uel alicui B,ineſt,& B,alicui A neceſſe eſt ineſſe. ſi enim nõ neceſſe,neque A alicui B ex neceſſitate inerit. In parte uero negatiua non conuertitur ob eandem cauſam, ob quam & prius diximus.

Propoſitio uniuerſalis negatiua de neceßario conuertitur in terminis ſimpliciter.

Vniuerſalis affirmatiua de neceßario, conuertitur in particularem.

De conuerſione contingentium propoſitionum. Ca.4.

IN contingentibus uero, qm̃ multipliciter dicitur contingere:(etenim neceſſarium & non neceſſariũ, & poſſibile cõtingere dicimus:) In affirmatiuis quidem conſimiliter ſe habebit ſm conuerſionem in omnibus.ſi enim A omni, uel alicui eorum quæ B cõtingit, & B alicui eorum quæ A continget utique. ſi enim nulli,neque A nulli B: oſtenſum eſt.n.hoc prius. In negatiuis uero non ſimiliter: ſed quæcunque quidem cõtingere dicuntur,ex eo quòd ex neceſſitate non inſunt, uel in eo quòd nõ ex neceſſitate ĩſunt,ſimiliter.ut ſi qs hominem dicat,contingere non eſſe equum, aut album

nulli ueſtimento ineſſe. Horum.n.illud quidem ex neceſſitate non ineſt, hoc autem non ex neceſſitate ineſt, & ſimiliter conuertitur propoſitio.ſi.n. contingit nulli homini equum ineſſe, & hominem cõtingit nulli equo ineſſe. & ſi album contingit nulli indumento, & indumentum contingit nulli albo. ſi.n.alicui neceſſe, & album indumento alicui inerit ex neceſſitate. hoc enim oſtéſum eſt prius ſimiliter autem & in negatiua in parte. Quæcunque vero vt in pluribus & in eo quòd nata ſunt dicuntur contingere, ſecundum quem modum determinamus contingens, non ſimiliter ſe habebunt in priuatiuis conuerſionibus. Sed vniuerſaliter quidem priuatiua propoſitio non conuertitur, quæ vero in parte conuertitur. Hoc autem erit manifeſtum, quando de contingenti dicemus. Nunc autem tantum nobis ſit cum ijs,quæ dicta ſunt,manifeſtum,quòd contingere nulli,aut alicui non ineſſe, affirmatiuam habet figuram. Contingit nanque ad ſimilitudinem ipſius eſt,ordinatur:ipſum vero eſt, in quibuſcunque prædicetur* affirmationem ſemper & omnino facit:vt, eſt nõ bonũ, aut eſt non album, aut ſimpliciter eſt non hoc:monſtrabitur autem & hoc per ſequentia:ſecundum autem conuerſiones in alijs ſimiliter ſe habebunt.

* a.l. nam & cõtingit ipſi eſt ſimiliter ordinatur.

Eſt autem quibuſcunque adiacẽs prædicatur

De tribus figuris ex propoſitionibus inexiſtentibus. Cap. 5.


DEterminatis vero his, dicamus iam per quæ, & quando, & quomodo fit omnis ſyllogiſmus: poſterius autem dicendum eſt de demonſtratione.prius enim de ſyllogiſmo dicendum, quam de demonſtratione,eo quod vniuerſalior eſt ſyllogiſmus.demonſtratio nanque ſyllogiſmus quidam eſt: at non omnis ſyllogiſmus demonſtratio.

PRIMA FIGVRA.

Figura prima.


CVM itaque termini tres ſic ſe habeant inuicem, vt vltimus in toto ſit medio:& medius in toto primo aut

aut ſit, aut non ſit: neceſſe eſt extremitatum eſſe ſyllogiſmum perfectum. Voco autem medium quidem, quod & ipſum in alio, & aliud in ipſo eſt: quod & poſitione ſit medium: extrema vero, quod & ipſum in alio eſt, & in quo aliud eſt. Si enim A de omni B: & B de omni C: neceſſe eſt A de omni C prædicari. prius enim dictum eſt quomodo de omni dicimus.



Barbara. Prima vtilis coniugatio, ex vniuerſalibus.

Similiter autem, & ſi A de nullo quidem B: B vero de omni: quod A nulli C inerit.



Cælarent. Secunda vtilis coniugatio, ex vniuerſalibus maiori negatiua.


Si autem primum, quidem omni medio conſequens eſt, * medium vero nulli ineſt extremo, non erit ſyllogiſmus extremitatum. nihil enim neceſſarium accidit

* a. l. ineſt.

co


eo quód hæc ſint.namque & omni & nulli contingit vltimo primum ineſſe: quare neque quòd ſecundum partem,neque quod vniuerſaliter ſit neceſſarium.cum vero nullum ſit neceſſarium, per hæc non erit ſyllogiſmus. Termini eius,quod eſt omni ineſſe,animal,homo equus:nulli,animal,homo,lapis.

Prima inutilis coniugatio.




Neque quando neque primum medio, neque mediũ vltimo nulli inſit, neque ſic erit ſyllogiſmus. Termini ineſſe,ſcientia,linea,medicina:non ineſſe,ſcientia, linea,vnitas.

Secũda inutilis coniugatio.



Vniuerſali-


Vniuerſalibus igitur terminis exiſtentibus, manifeſtum eſt in hac figura, quando erit & quando non erit ſyllogiſmus: & quòd ſi fuerit ſyllogiſmus, terminos ita ſe habere neceſſe eſt, vt diximus: & ſi ita ſe habuerint, planum quòd erit ſyllogiſmus. Si autem hic quidem terminorū vniuerſaliter, ille vero particulariter ad alium: quando quod vniuerſaliter quidē ponitur ad maiorē extremitatē, vel prædicatiuum, vel priuatiuum: in parte vero ad maiorem prædicatiuum: neceſſe eſt ſyllogiſmum eſſe perfectum. cum vero ad minorem, aut aliter quodāmodo termini ſe habuerint, impoſſibile. Dico autem maiorem quidem extremitatem, in qua medium eſt. minorem vero, quæ ſub medio. Inſit. n. A quidem omni B: B vero alicui C: ſi itaq; eſt, de omni prædicari, quod in principio diximus, neceſſe eſt A alicui C ineſſe.



Darij. Tertia vtilis coniugatio ex maiori vniuerſali, & minori particulari affirmatiuis.


Et ſi A quidem nulli B ineſt: B vero alicui C: neceſſe eſt A alicui C non ineſſe. determinatum enim eſt & de nullo quomodo dicimus. quare erit ſyllogiſmus perfectus. Conſimiliter autem & ſi indefinitum ſit B C, prædicatiuum exiſtens. nam idem erit ſyllogiſmus, & indefinito & in parte ſumpto.

Ecrio.
Quarta utilis coniugatio ex maiori uniuerſali negatiua minori parculari affirmatiua, particularē negatiuam cō cludētibus.




Si autem ad minorem extremitatem uniuerſaliter ponatur, uel prædicatiuum, aut priuatiuum, non erit ſyllogiſmus, neque affirmatiuo, neque negatiuo, neque indefinito, neque ſecundum partem exiſtēte. ut ſi A quidem alicui B inſit, aut non inſit: B uero omni C inſit. Termini quod inſit, bonum, habitus, prudentia: quod non inſit, bonum, habitus, ignorantia.

Tertia inutilis coniugatio ex particulari negatiua.




Rurſus, ſi B nulli inſit C: A uero alicui B inſit, aut non inſit, aut non omni inſit, neque ſic erit ſyllogiſmus. Termini, quòd omni inſit, album, equus, cygnus: quod nulli, album, equus, coruus. ijdem autem & ſi A B indefinitum ſit..

Album



Quarta inutilis coniugatio ex maiori particulari affirmatiua.

Neque quando ad maiorem extremitatem quidem uniuerſaliter ponatur aut prædicatiuum, aut priuatiuum:ad minorem uero priuatiuum particulariter, non erit ſyllogiſmus,uel indefinito, uel particulariter ſumpto.ut,ſi A quidem omni ineſt B: B uero alicui C non in eſt,aut non omni ineſt:cuicunque enim alicui non inſit medium,hoc & omne, & nullũ ipſum ſequetur primũ. Subijciãtur.n.termini,animal,homo,album: poſtea & de quibus albis non prædicatur homo, ſumãtur cygnus & nix:igitur animal de illo quidem prædicatur omni: de hoc autem nullo:quare non erit ſyllogiſmus.




Quinta inutilis coniugatio. ex minori particulari negatiua.

Rurſus


Rurſus A quidem nulli inſit B: B vero alicui C non inſit. Termini ſint, inanimatum, homo, album: poſtea accipiantur de quibus albis non prædicatur homo, cygnus, & nix; inanimatum nanque de hoc quidem omni: de illo autem nullo prædicatur. Amplius, quoniam indefinitum eſt, B alicui C non ineſſe: verificatur autem & ſi nulli ineſt, & ſi non omni, quod alicui non ineſt. Sumptis autem talibus terminis, vt nulli inſit, non erit ſyllogiſmus: hoc enim dictum eſt prius. Manifeſtum ergo eſt, quòd eo quod termini ſic ſe habeant, non erit ſyllogiſmus: eſſet enim & in his. Similiter autem oſtendetur & ſi vniuerſaliter ponatur priuatiuum.

Sexta inutilis coniugatio ex negatiuis.



Neque ſi ambo interualla ſecundum partem, aut prædicatiuæ, aut priuatiuæ dicantur: aut hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuum, aut hoc quidem indefinitum, illud vero definitum, aut ambo indefinita, non erit ſyllogiſmus vllo pacto. Termini vero cões omnium, animal, album, equus: animal, album lapis.

Animal



Omniũ inutilium exẽplum.


Manifeſtum eſt igitur ex his, quæ dicta ſunt, quòd ſi ſit ſyllogiſmus in hac figura ſecundum partem, quòd neceſſe eſt terminos ſic ſe habere, ut diximus. & ſi ſic ſe habuerint termini, neceſſe eſt fieri ſyllogiſmum, aliter uero ſe habentibus nullo modo fit. Palam autem & quod omnes, qui in hac ſunt ſyllogiſmi, perfecti ſunt: omnes enim perficiuntur per ea, quæ a principio ſunt accepta. & quod problemata omnia oſtenduntur per hanc figuram. namque & omni & nulli, & alicui & non alicui ineſſe: uoco autem figuram talem primam.

De ſecunda figura, quæ eſt ex propoſitionibus inexiſtentibus. Cap. 6.

QVando uero idem huic quidem omni, illi autem nulli inſit. aut utrique omni, aut nulli, figuram quidem talem uoco ſecundam. Medium autem in hac dico, quod de utriſque prædicatur: extrema uero de quibus dicitur hoc. Maius uero extremum, quod ad medium iacet: minus autem quod longius eſt a medio. ponitur autem medium quidem extra extrema, primum uero poſitione. Perfectus quidem


quidem igitur non erit ſyllogiſmus ullo modo in hac figura: poſſibile uero erit, & uniuerſaliter & non uniuerſaliter exiſtentibus terminis. Vniuerſaliter quidem exiſtentibus terminis erit ſyllogiſmus, quando medium huic quidem omni, illi uero nulli inſit: & ſi ad utrumuis fuerit priuatiuum aliter uero minime. Prædicetur enim M de N quidem nullo: de X autem omni: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, nulli M inerit N. At M omni X ſupponebatur: quare N inerit nulli X. hoc enim monſtratum eſt prius.

Cæſare Prima utilis coniugatio ex maiori uniuerſali negatiua, minori uniuerſali affirmatiua quæ minoris cōuerſione reducitur ad primam.




Rurſus ſi M N quidem omni ineſt: X uero nulli: & X N nulli inerit. nam ſi M nulli X, & X nulli M: M autem omni N inerat. X uero nulli inerat M, facta namque rurſus eſt prima figura. Quoniam uero conuertitur priuatiuum, neque N nulli X inerit: quare idem erit ſyllogiſmus.

Homo



Eſt autem oſtendere ipſa & ad impoſſibilē ducētes.



Deductio ad impoſſibile exvtriſque coniugationibus.


Quod itaque fit ſyll's ita ſe habentibus terminis,planum.verũ non perfeſtus:non.n.ſolum ex his,quæ ab initio ſumpta,ſed & ex alijs efficitur neceſſariũ.Si autem M.de omni N, atque X prædicetur,non erit ſyll's. Termini quòd inſit,ſubſtantia,animal,homo: quòd nõ inſit,ſubſtantia,animal,numerus: medium ſubſtantia.

Prima inutilis coniugatio ex vtriſque affirmatiuis vniuerſalibus.




Nec quando de N, nec de X nullo prædicatur M.Termini quòd inſit,linea,animal,homo: quod non inſit,linea,animal,lapis.

Ex vtriſque negatiuis inutilis coniugatio.



Manifeſtum itaque,ſi ſit ſyll's, vniuerſatiter terminis exiſtentibus, neceſſe eſt terminos ita ſe habere, vt diximus


diximus in principio:aliter.n.ſe habentibus, non effici tur neceſſariū. Quando aūt medium ad alterū vniuerſaliter ſit,qñ quidem ad maius ſit vniuerſale,aut prædicatiue,aut priuatiue, ad minus vero & particulariter & oppoſite vniuerſali (dico autē oppoſite,ſi vniuerſale quidem priuatiuum quod in parte affirmatiuum: ſi vero vniuerſale prædicatiuum, quod in parte priuatiuū) neceſſarium eſt, ſyllogiſmum fieri priuatiuum particulariter. Si nanque M ineſt N quidem nulli: X vero alicui:neceſſe eſt N ipſi X non ineſſe. Quoniā.n. conuertitur priuatiuum.nulli M inerit N: M vero ſuppoſitum eſt X alicui non ineſſe: quare N alicui X non inerit.efficitur nanque ſyllogiſmus per primam figuram.



Feſtino vtilis coniugatio indigēs maioris cō-uerſione vt reducaē ad primam.


Rurſus ſi M N quidem omni: X vero alicui M non inſit:neceſſe eſt N alicui X non ineſſe. Si.n.oī ineſt:prædicetur aūt & M de oī N: neceſſarium eſt M oī X ineſſe:ſuppoſitum vero fuerat alicui non ineſſe.Et ſi M N quidem omni ineſt: X vero non omni: erit ſyllogiſmus, quod non omni X N. demonſtratio autem eadem.

Baroco. Quarta vti lis coniuga tio quæ per impoſſibile tantũ reducitur.




Si vero de x quidem omni: de N vero non omni prædicetur M: non erit ſyllogiſmus: termini quòd inſit, animal, ſubſtantia, coruus: quòd non inſit, animal, album coruus.

Tertia inutilis coniugatio.




Neque quãdo de x quidem nullo: de N vero aliquo. Termini quòd inſit, animal, ſubſtantia vnitas: quòd nõ inſit, animal, ſubſtantia, ſcientia.

Animal



Quarta inutilis coniugatio.

Quando itaque oppoſitũ ſit vniuerſali, quod eſt ſm partem, dictum eſt, qñ erit & qñ non erit ſylls. Quãdo aũt ſimilis figuræ fuerint propoſitiones, quemadmodũ vtræque priuatiuæ aut affirmatiuæ, nullo pacto erit ſyllogiſmus. Sint enim primũ priuatiuæ, & vl'e adiaceat maiori extremo, vt M N quidem nulli: X vero alicui nõ inſit: contingit vtique N & omni & nulli X ineſſe. Termini quòd nulli inſit, animal, nix, nigrum.




Quinta inutilis coniugatio.

Quod vero omni inſit non eſt ſumere. Si M X alicui quidem ineſt: alicui autem non. ſi.n. N omni X, M vero nulli N: M nulli X inerit: ſed ſuppoſitum fuerat alicui ineſſe. ſic itaque non contingit terminos ſumere. Ex indefinito autẽ oſtendendũ eſt. qm̃ N verificatur, quòd M


alicui x non inſit,& ſi nulli inſit: cum vero nulli inerit, non erit ſyllogiſmus: manifeſtum ꝙ neque nunc erit.

Demonſtratio per impoſſibile, ꝙ non concludatur de oī niſi ex indefinito. i. particulari ex pŏæ non natura.




Rurſus ſint ꝑdicatiuæ,& vt̃e ponat̃ cõſimiliter, vt M N quidẽ oī: x vero alicui inſit contingit vtiq; N, & oī & nulli ineſſe x. Termini ꝙ nulli inſit, albũ, cygnus, lapis.

Sexta inutilis coniugatio.




Quòd vero omni non eſt ſumere propter eãdem cauſam, quam & prius: ſed ex indefinito monſtrandum.

Subſtantia



Demonſtratio per impoſſibile, q. non cõcluditur de omni ſicut præcedens.


Si vero vniuerſale ad minus eſt extremum: & M X quidem nulli: N vero alicui non ineſt: contingit N, & omni & nulli ineſſe X. Termini quòd inſit, album, animal, coruus: quòd non inſit, album, lapis, coruus.



Sexta inutilis coniugatio.


Si aũt prædicatiuæ ſint propõnes, termini q. nõ inſit, albũ, animal, nix: q. uero inſit, albũ, animal, cygnus.

Sexta inutilis coniugatio.



Manifeſtum itaque quando ſimilis figuræ ſint propoſitiones,& hæc quidem vniuerſaliter, illa vero in parte,quòd nullo modo efficitur ſyllogiſmus. Verum neque ſi alicui vtrique inſit, aut non inſit aut huic quidé ineſt,illi vero non,aut neutri omni:aut indefinite. Termini omnium communes,album,animal, homo albũ, animal inanimatum

Inutilium coniugationum exemplum.




Manifeſtum itaque ex dictis,quòd & ſi ita ſe habeât termini ad ſeinuicem, quemadmodum dictum eſt, ex neceſſitate fit ſyllogiſmus: & ſi ſyllogiſmus ſit, neceſſe eſt terminos ita ſe habere. Palam autem, quod & omnes, qui in hac figura, ſyllogiſmi imperfecti ſunt, (omnes enim perficiuntur aſſumptis quibuſdam, quæ uel inſunt terminis ex neceſſitate,aut ponuntur, vt ſuppoſitiones,ut quando per impoſſibile oſtendimus:) & quòd non fit affirmatiuus ſyllogiſmus per hanc figurã, ſed

ſed omnes priuatiui, & qui uniuerſaliter, & qui ſecundum partem.

De tertia figura. Cap. 7.

SI autem eidem, hoc quidem omni, illud uero nulli inſit: uel ambo omni: uel nulli, figuram talem uoco tertiam. Medium autem in ipſa dico, de quo ambo prædicamus: extremitates uero, quæ prædicantur: maius quidem extremum, quod A medio longius, minus autem quod proximius. Ponitur uero medium extra quidem extrema, poſitione autem ultimum. Perfectus itaque neq; in hac figura ſyllogiſmus efficitur: poterit uero, cum & uniuerſaliter & non uniuerſaliter termini ad medium extiterint. Vniuerſaliter igitur terminis exiſtentibus, cum & P, & R omni inſit S, erit ſyllogiſmus, quòd alicui R inerit P ex neceſſitate. Quoniam enim conuertitur prædicatiuum, inerit S alicui R. quamobrem quoniam P ineſt omni S: S uero alicui R: neceſſe eſt P alicui R ineſſe. per primam nanque figuram ſyllogiſmus efficitur.



Darapij ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis, quæ ad primam reducitur minoris côuerſione.


Eſt autem & per impoſſibile, & exponendo demonſtrationem facere. Si ambo enim omni inſint S, ſi quid eorum

eorum, quæ ſunt s, ſumatur ut n: huic & p, & r inerun. quare alicui r inerit p.

Demonſtratio per impoſſibile, & per expoſitionem.




Et ſi r oĩ quidem s: ipſum vero p nulli ĩſit: erit ſylls, quod p alicui r non inerit ex neceſſitate. erit .n. idem modus demonſtrationis, conuerſa, r s propoſitione.



Felaptō cōiugatio, quę minoris cōuerſione reducitur ad primam.


Oſten-

Oſtenderetur autem & per impoſſibile, quemadmodum & in prioribus.



Oſtenſio eiuſdem per impoſſibile.

Si uero R nullis S: P vero omni inſit S: non erit ſyllogiſmus. Termini quòd inſit, animal, equus, homo: quòd non inſit, animal, inanimatum, homo.




Inutilis cõiugatio.

Neque quando ambo de nullo S dicuntur, erit ſyllogiſmus. Termini quòd inſit, animal, equus inanimatũ: ꝙ non inſit, homo, equus, inanimatũ, mediũ inanimatũ.


Homo

Inutilis cõiugatio.



Manifeſtum itaque & in hac figura qñ erit, & qñ nõ erit ſylls ex uniuerſalibus terminis. Quando.n.ambo termini prædicatiui poſiti ſint, erit ſylls, quod alicui inerit extremũ extremo:qñ autem priuatiui,non erit. Quando aũt hic priuatiuus ſit,ille uero affirmatiuus,ſi maior quidẽ factus fuerit priuatiuus,alter aũt affirmatiuus,erit ſylls, ꝙ alicui non inerit extremũ extremo: ſi autem econuerſo, non erit ſylls. Sed ſi hic quidẽ ulr ſit ad mediũ,ille aũt in parte, terminis utriſque prædicatiuis exiſtentibus,neceſſe eſt fieri ſyllũ, & ſi alteruter terminorũ ulr ſit. Si.n.R omni ineſt S: ipſum uero P alicui,neceſſe eſt P alicui R ineſſe. Qñ.n. conuertitur affirmatiua,ierit eẽ alicui P. Quare qñ R quidẽ oi S inſit:S uero alicui P:& R alicui P ierit, quare & P alicui R.


Diſamis cõiugatio quę maioris & cõcluſionis cõuerſione, & præmiſſarum trãſpoſitione reducitur ad primam.



Rur-


Oſtẽſio eiuſdem per ĩpoſſibile.

Demonſtratio per expoſitionẽ.




Rurſus ſi R quidẽ alicui S: P uero omni S ineſt: neceſſe eſt P alicui R ineſſe. Idẽ.n.modus erit demonſtrationis.

Quarta utilis coniugatio minoris cõuerſione indigens.



Eſt autem demonſtrare & per impoſſibile, & expoſitione, quemadmodum in prioribus.


Oſtenſio eiuſdem per impoſ̃e.



Sed ſi hic qdẽ ſit ꝑdicatiuus, ille uero priuatiuus, vt̃r aũt ꝑdicatiuus, qñ minor quidẽ fuerit ꝑdicatiuus, erit ſylſ̃s. Si.n. R oĩ s: ipſum uero per alicui nõ ineſt: neceſſe eſt P alicui R nõ ineſſe. Si.n. oĩ: & R oĩ s: & P omni s inerit: ſed nõ incrat. Mõſtrat̃ aũt & ſine deductione, ſi acceptum fuerit aliquid eorum, quæ ſunt s, cui P non inſit.


Quinta vtr̃lis coniugatio per deductionem ad impoſ̃e.

Demõſtratio per impoſſibile.




Quan-

Quando autem maior quidem ſit prædicatiuus, minor uero particularis priuatiuus, nõ erit ſyllogiſmus: ut ſi P quidẽ omni ineſt S: R aũt alicui S non ineſt. Termini quòd omni ineſt, animatum, homo animal.



Tertia inutilis coniugatio.


Nulli uero nõ eſt ſumere terminos: ſi alicui quidem ineſt S ipſum R, alicui aũt nõ. ſi.n. nulli N ineſt P, ipſum ꝑo R alicui S: & P alicui S nõ inerit, ſuppoſitũ aũt eſt oĩ ineſſe. Si.n. oĩ S ineſt P: R ꝑo alicui S: & P alicui R ineſt. ſuppoſitũ aũt fuerat nulli ĩeſſe. Sed quẽadmodũ ĩ priorib. accipiẽdũ ẽ, cũ etenĩ indefinitũ ſit alicui nõ ineſſe, & ꝙ nulli ineſt, uerũ ẽ dicere, alicui nõ ineſſe: cum uero nulli inſit, nõ eſt ſylľs. manifeſtũ igitur, ꝙ nõ erit ſylľs.



Demonſtratio per impoſſibile ꝙ nõ cõcludatur de nullo niſi ex indefinito.

Si autem priuatiuus ſit uniuerſaliter terminus, qui autem in parte affirmatiuus, cum maior ſit priuatiuus, minor uero prædicatiuus, erit ſyllogiſmus. ſi enim P nulli S: R autem alicui ineſt S: & P alicui R non inerit. Rurſus.n.erit prima figura, R S propoſitione conuerſa.

Feriſon cõiugatio minoris conuerſione indigens.



Qñ aũt minor fuerit priuatiuus, non erit ſyllš. Termini quòd inſit, aïal, homo, ſylueſtre: quod non inſit, animal, ſcientia, ſylueſtre: medium amborũ, ſylueſtre.

Quarta inutilis cõiugatio.




Neque

Neque quando ambo priuatiui poſiti fuerint, ſit autem hic quidem vniuerſaliter, ille vero in parte. Termini quòd inſit, quando minor eſt vniuerſaliter ad medium, animal, ſcientia, ſylueſtre: quòd non inſit, animal, homo, ſylueſtre.



Quinta inutilis coniugatio.


Quando autem maior vniuerſaliter, minor vero in parte: quòd non inſit, coruus, nix, album.



Sexta inutilis coniugatio.


Quòd autem inſit non eſt ſumere terminos, ſi R alicui quidem ineſt S, alicui vero non ineſt. ſi enim P omni R inſit: R autem alicui S. & P alicui S inerit: ſed fuerat ſuppoſitum nulli. ſed ex indefinito monſtrandum eſt.

Demõſtratur per impoſſibile, q̃ non concludatur de oĩ niſi ex indefinito.



Neque quando vterque alicui medio inſit, aut non inſit: aut hic quidem alicui, ille vero non oĩ, aut indefinite, nullo modo erit ſyllogiſmus. Termini oium cões, animal, homo album: animal, inanimatum, album.

Inutiliũ cõiugationũ exemplũ.




Manifeſtum itaque & in hac figura, quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus: & quòd ita ſe habentibus terminis, quemadmodum dictum eſt, fit ex neceſsitate ſyllogiſmus: & ſi ſit ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminos ita ſe habere. Manifeſtum eſt etiam, quòd omnes imperfecti ſint ſyllogiſmi in hac figura, (perficiuntur nãque omnes aſſumptis quibuſdam) & quod ſyllogizare uniuer-

vniuerſaliter per hanc figuram nõ licet, neque priuatiuum, neque affirmatiuum.

De vtilibus & inutilibus coniugationibus in quacunq; figura. Quomodo item perficiantur imperfecti ſyllogiſmi & reducantur ad modos vniuerſales primæ figuræ. Cap. 8.

PAlam autem, & quod in oĩbus figuris, quãdo non fiat ſyllogiſmus, prædicatiuis, aut priuatiuis utriſque exiſtentibus terminis, & in parte, nihil omnino fit neceſſarium: prædicatiuo autem & priuatiuo & vniuerſaliter accepto priuatiuo ſemper fit ſyllogiſmus minoris extremi ad maius. Quemadmodum ſi A quidem oĩ B, aut alicui: B vero nulli C. conuerſis nanq; propoſitionibus, neceſſe eſt C alicui A non ineſſe.



Demõſtratio qũo ex maiori affirmatiua & minori negatiua in prima figura vtilis fiat.

Conſimiliter & in alijs figuris: ſemper enim per conuerſiones fit ſyllogiſmus. Patet etiam, quòd & indefinitum pro prædicatiuo in parte poſitum, eundem faciet ſyllogiſmum in omnibus figuris. Manifeſtum autem & quòd omnes imperfecti ſyllogiſmi perficiuntur per primam figuram. aut enim oſtenſiue, aut per impoſſibile perficiuntur omnes: vtroque autem mo-


do prima efficitur figura. Si quidem monſtratiue perficiantur: quõ per conuerſionem perficiuntur oẽs: conuerſio vero primam efficiebat figuram. Sin autẽ per impoſſibile monſtrantur: quõ poſito falſo, ſyllogiſmus efficitur per primam figuram. Quemadmodum in vltima figura, ſi A, & B omni inſunt C, quòd A alicui B ineſt. ſi enim A nulli B: B vero omni C: A nulli C inerit: ſed poſitum erat omni: conſimiliter, & in alijs.

Quomodo prima coniugatio. Tertiæ figuræ reducatur ad primam.




Eſt autem & omnes ſyllogiſmos reducere ad vniuerſaliter ſyllogiſmos, qui in prima ſunt figura. Nam qui in ſecunda ſunt figura, planum, quòd per illos perficiuntur: verum non ſimiliter omnes: ſed vniuerſales, priuatiua conuerſa: eorum vero, qui in parte, vterque per deductionem ad impoſſibile. Qui autem ſunt in prima figura ſecundum partem, perficiuntur quidem & per ſeipſos: verum eſt etiam per ſecundam figuram monſtrare ad impoſſibile deducendo. vt ſi A omni B: & B alicui C: quòd A alicui C inerit. ſi enim nulli: B vero omni. nulli C B inerit: hoc enim fit per ſecundam figuram.

Animal



Darij coniugatio quomodo reducatur ad primam ſecundæ figuræ.

Cõſimiliter aũt & in priuatiuo erit demõſtratio.ſi.n.A nulli B:B vero alicui C ineſt:A alicui C nõ inerit.ſi.n.oĩ: nulli ãt B inẽ:nulli C B ĩerit.ſed hæc erat media figura.




Demonſtratio per impoſſibile, quomodo reducatur ad ſecundã ſecundæ.

Quamóbrem, quoniam omnes, qui in media ſunt figura, ſyllogiſmi reducũtur ad vniuerſales ſyllogiſmos primæ figuræ: qui vero in parte ſunt in prima, ad eos, qui ſunt in media, manifeſtum eſt, ꝙ & qui in parte reducẽtur ad vniuerſales ſyllogiſmos, qui in prima figura. Qui vero in tertia, cum termini vniuerſaliter quidem ſint, ſtatim perficiuntur per eos ſyllogiſmos, qui in prima figura. cum vero particulares fuerint accepti, per ſyllogiſmos, qui in parte, primæ figuræ: iſti autem in illos redacti ſunt: quare & tertię figuræ, qui in parte, manifeſtum eſt, quòd omnes reducentur ad primæ figuræ vniuerſales ſyllogiſmos. Igitur ſyllogiſmi ineſſe & non ineſſe oſtendentes, dictum eſt quomodo ſe habent: & ſecundum ſe, qui ex eadem figura: & ad ſeinuicem qui ex diuerſis figuris.

De ſyllogiſmis, qui conſtituuntur ex vtriſq; de neceſſario in tribus figuris. Cap. 9.

QVoniam autẽ diuerſum eſt, ineſſe, & ex neceſſitate ineſſe, & contingere ineſſe (multa enim inſunt quidem non ex neceſsitate tamen: alia vero neque inſunt omnino, contingunt autem ineſſe) manifeſtum ꝙ & ſyllogiſmus vniuſcuiuſque horum diuerſus erit, & non ſimiliter ſe habentibus terminis: ſed hic quidem ex neceſſariis, ille vero ex in exiſtentibus, ille autẽ ex contingentibus. In neceſſariis quidem igitur ferme ſimiliter ſe habet, & in his, quæ inſunt: eodem.n. modo poſitis terminis, & in his, quæ inſunt: & in his, quæ ex neceſſitate inſunt, vel non inſunt. erit & non erit ſyllogiſmus: præterquam quod different in eo, quòd adiacet terminis ex neceſſitate ineſſe, vel non ineſſe. namque & priuatiuum ſimiliter conuertitur. & in toto eſſe & de omni: ſimiliter aſſignabimus. In aliis igitur eodem pacto oſtendetur per cõuerſionem, quòd concluſio eſt neceſſaria: quemadmodum in eo, quod eſt ineſſe. In media autem figura. quando fuerit vniuerſale affirmatiuum, particulare vero priuatiuum: & rurſum in tertia, quando vniuerſale, quidem prædicatiuum,

tiuum,particulare vero priuatiuum, non ſimiliter erit demonſtratio. Sed neceſſe eſt exponentes, cui alicui vtrunque non ineſt, de hoc facere ſyllogiſmum: erit enim neceſſarium & in his: ſi autem de expoſito neceſſario eſt, & de illo quodam: nam hoc quod eſt expoſitum ipſum quidē illud aliquid eſt. Fit autem vterque ſyllogiſmorum in propria figura.






Miſtio neceſſarij & ineſſe in prima figura. Cap. 10.

Contingit autem quandoq; & altera propõne neceſſaria exiſtẽte, neceſſariũ fieri ſyllm̃: veruntñ non vtralibet, ſed quæ ad maius extremum. vt ſi A quidem ſumptũ eſt ineſſe ipſi B ex neceſſitate, aut nõ ineſſe: B vero ipſi C ineſſe ſolũ. ſic.n. ſumptis propoſitionibus, ex neceſſitate A inerit ipſi C, aut non inerit.

Cõiugationes ex maiori de neceſſario, & minori de ineſſe vniuerſales.





Quoniã.n.omni B ex neceſſitate ineſt, aut nõ ineſt A: ipſum vero C aliquid eſt eorũ, quæ ſunt B: manifeſtũ ꝙ & C ipſi ex neceſſitate erit horum alterum. Sin autem A B quidem non eſt neceſſarium: B C vero neceſſarium: non

non erit concluſio neceſſaria. Nam ſi eſt, continget A, B alicui ineſſe ex neceſſitate, & per primam & per tertiam figuram. ſed hoc falſum. Contingit enim B tale eſſe, cui nulli accidit ineſſe A.




Coniugatio ex maiori de ineſſe & minori affirmatiua de neceſſario.

Præterea & ex terminis palam, quòd non eſt concluſio neceſſaria. vt ſi A quidem eſſet motus; B autem animal, in quo autem C homo. namque homo animal ex neceſſitate eſt: verum mouetur animal non ex neceſſitate, neque homo. Similiter autem & ſi priuatiuum eſſet A B, eadem enim demonſtratio.


Motus

Cõiugatio ex maiori de neceſſario, & minori negatiua de neceſſario.




In ſyllogiſmis vero qui in parte, ſi vniuerſalē eſt neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria: ſin autem quod in parte non neceſſarium: neque priuatiua, neque prediatiua exiſtente vniuerſali propoſitione. Si autem primũ vſe neceſſarium, & A quidem omni B inſit ex neceſſitate: B uero alicui C ſolum inſit: neceſſe vtiq; A alicui C ineſſe ex neceſſitate. nam C ſub B eſt: B vero omni A inerat ex neceſſitate.

Cõiugatio ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe particulari affirmatiua.




Simi-

Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus: eadem erit demonſtratio.



Negatiua.

Si aũt quòd ſm partem eſt neceſſariũ, non erit cõcluſio neceſſaria. nullum.n. impoſſibile euenit, quemadmodum neq; in vlr ſyllogiſmis. Simimiliter autẽ & in priuatiuis. Termini, motus, animal album.



Duę coniugationes ex maiori de ineſſe, minori de neceſſario particularis vtraque ſunt inutiles.

De miſtis vna neceſſaria & altera abſoluta in ſecunda figura. Cap. II.

IN ſecũda autem figura, ſi priuatiua quidem propoſitio eſt neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: ſi vero prædicatiuã, non neceſſaria. Sit enim primum priuatiua neceſſaria, & A nulli contingat B: ipſi vero C ſolum inſit, quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli

& B nulli A contingit: A vero omni ineſt C: quare nulli C contingit B:nanque C ſub A eſt.

Cõiugatio ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe, quæ maioris conuerſione oſtenditur.



Similiter aũt & ſi ad C ponatur priuatiuũ. Nã ſi A nulli C cõtingit: & C nulli A continget: A vero omni ineſt B: quare nulli B continget C. fit enim prima figura rurſus. non igitur neq; B ipſi C: conuertitur enim ſimiliter.

Secunda cõiugatio ex maiori de ineſſe, & minori de neceſſario quę minoris & cõcluſionis cõuerſione & præmiſſarum trãſpoſitione oſtẽditur.



Si autem


Si autem prædicatiua propoſitio eſt neceſſaria, non erit concluſio neceſſaria. inſit enim A omni B ex neceſſitate: C vero nulli inſit ſolum: conuerſo itaque priuatiuo prima efficitur figura: oſtenſum eſt autem in prima, quòd non neceſſaria exiſtente priuatiua, quę ad maius, neque concluſio eſt neceſſaria: quare nec in his erit ex neceſſitate.



Eadem coniugatio quę minoris cōuerſione mōſtratur.

Præterea, ſi concluſio eſt neceſſaria, contingit C alicui A non ineſſe ex neceſſitate. ſi enim B nulli C ineſt ex neceſſitate: neque C nulli B inerit ex neceſſitate: ipſum vero B alicui A neceſſe eſt ineſſe: ſi quidem & A omni B ex neceſſitate inerat: quare & C neceſſe eſt alicui A non ineſſe ſed nihil prohibet, A tale aptum fuiſſe, cui omni C ipſum contingit ineſſe.

Animal



Eiuſdem de ductio per impoſſibile

Præterea & terminos exponentem monſtrare liceret, quòd concluſio non eſt ſimpliceret neceſſaria, ſed his exiſtentibus neceſſarĳs. vt ſit A animal, B homo, C vero album: & propoſitiones ſimiliter ſint acceptæ. contingit enim animal nulli albo ineſſe: & homo vtique nulli inerit albo, ſed non ex neceſſitate. contingit enim hominem fieri album, non tamen donec animal nulli inſit albo. quare his quidem exiſtentibus. neceſſaria erit concluſiò: ſimpliciter autem non neceſſaria.

Similiter autem ſe habebit & in ſyllogiſmis in parte, cum enim priuatiua propoſitio & uniuerſaliter ſit & neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: quando autem predicatiua & uniuerſaliter ſit & neceſſaria: priuatiua autem ſecundum partem, non erit concluſio neceſſaria, ſit enim primum priuatiua & uniuerſaliter & neceſſaria, & A nulli B contingat ineſſe: alicui vero C inſit: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli A contingat ineſſe: A uero alicui C ineſt; quare ex neceſſitate B alicui C non inerit.

Rurſus



Cõiugatio negatiua ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe, quæ maioris cõuerſione oſtenditur.

Rurſus ſit prędicatiua uniuerſaliter,& neceſſaria,& ponatur ad B prædicatiuum. Si itaque A omni B ex neceſſitate ineſt: C vero alicui non ineſt: quòd itaque nõ inerit B alicui C manifeſtum,ſed non ex neceſſitate. ijdem nanque termini erunt ad demonſtrationem, qui & vniuerſalibus ſyllogiſmis.




Eadem diſpoſitio,diuerſa quoad propoſitiones.

DicitAlex. quædá exéplaria habere hæc verba, demonſtratio vno ſolo tráſú-

Sed

pto, ꝙ Albertus dicit ſed aliter ordinandi ſunt termini, ſumatur pro homine moueri.

Sed neque, ſi priuatiuum neceſſarium acceptum ſit in parte eſt concluſio neceſſaria: nam per eoſdem terminos demonſtratio.* uno ſolo tranſumpto.



Negatiuæ particularis quo ad modos.

De ſyllogiſmis miſtis ex altera neceſſaria, & altera de ineſſe in tertia figura. Cap. 12.


IN tertia autem figura vniuerſalibus quidem exiſtẽtibus terminis ad medium, & ambæ propoſitiones prædicatiue, ſi vterlibet neceſſarius exiſtat & concluſio erit neceſſaria. ſin autem hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuum ſit, quando priuatiuum quidem ſit neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria: quando autem prædicatiuum non erit neceſſaria. Sint enim primum ambæ prædicatiue propoſitiones: & A & B omni C inſint: neceſſarium vero ſit A C: quoniam igitur B omni C ineſt: & C alicui B inerit, eo quòd vniuerſale ſecundum partem conuertitur. quare, ſi omni C ineſt A ex neceſſitate: & C alicui B: neceſſarium eſt A alicui B ineſſe. nam B ſub C eſt. ſit igitur rurſus prima figura.

Animal



Cōiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe vtriſque vniuerſalibus prædicatiuis ē utilis.

Conſimiliter oſtendetur, & ſi B C eſt neceſſarium cō uertitur enim C cum aliquo A:quare,ſi omni C B ex neceſſitate ineſt:& A alicui B inerit ex neceſſitate.



Oppoſita precedétis.


Rurſus ſit A C quidem priuatiuum: B C vero affirmatiuum: priuatiuum aũt neceſſarium. Quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, erit C alicui B; A vero nulli C ex neceſſitate: neque B alicui inerit A ex neceſſitate, nam B ſub C eſt.

Cõiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe vniuerſalib⁹, altera affirmatiua, altera negatiua.



Conclusio ſequiturpartẽ deteriorem.

Sl autem ſit prædicatiuum neceſſarium,non erit cõcluſio neceſſaria. Sit enim B C prædicatiuum & neceſſarium: A C vero priuatiuum & non neceſſarium: quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit & C alicui B ex neceſſitate. quare, ſi A nulli C: C vero alicui B: A alicui B non inerit: ſed non ex neceſſitate. oſtenſum eſt enim in prima figura, quòd priuatiua propoſitione non neçeſſaria exiſtente, neque concluſio erit neceſſaria.



Præcedentis oppoſita quo ad modos.


Amplius per terminos planum fieri poſſit. Sit enim A bonum: B animal: C vero equus. contingit igitur bonum nulli equo ineſſe: animal autem neceſſe omni equo ineſſe: at non neceſſe aliquod animal non eſſe bonum, ſiquidem contingit omne bonum eſſe. Sin autem non hoc poſſibile: ſed vigilare, aut dormire, terminum ponendum. omne nanque animal horum eſt ſuſceptiuum. Si igitur termini vniuerſaliter ad medium ſint, dictum eſt, quando erit concluſio neceſſaria. Si vero hic quidem vniuerſaliter, ille autem in parte, vtriſque prædicatiuis exiſtentibus, ſi vniuerſale neceſſarium & concluſio erit neceſſaria, demonſtratio vero eadem, quæ & prius. conuertitur enim & prædicatiuum in parte. Si itaque neceſſe eſt B omni C ineſſe: A vero ſub C eſt: neceſſe eſt B alicui A ineſſe: ſed, ſi B alicui A, & A alicui B ineſſe neceſſarium. conuertitur enim.

Cõiugatio ex maiori de ĩeſſe minori neceſſaria particulari affirmatiua.




Siľr,& ſi A C ſit neceſſariũ vľr exiſtés , nã B ſub C eſt.

Superiori oppoſita ex propoſitionum quantitate.




Si vero qđ in parte neceſſariũ eſt,nõ erit concľo neceſſaria.Sit.n.B C in pte & neceſſariũ: A vero oĩ C inſit , nõ tñ ex neceſſitate:cõuerſio igiť B C prima efficiť figura:& uľis quidẽ pro;õ nõ neceſſaria,qaũt in pte neceſſaria.ſed cũ ita ſe habeãt propõnes,non erat cõcluſio neceſſaria;

ceſſaria:quare nec in his. Ampli⁹ & ex terminis manifeſtū. ſit.n. A q̃dē uigilatio: B bipes. ĩ quo ãt C aĩal. B igr̃ alicui C neceſſe ẽ ineſſe. A uero ipſi C cõtingit: & A ipſi B ñ necãriũ: nõ.n. neceſſe ẽ aliquẽ uipedẽ dormire vł vigilar̃.




Cóiugatio ex maiori de ineſſe, minori neceſſaria affirmatiua particulari.

Similiter autem & per eoſdem terminos oſtẽdetur, & ſi A C ſit in parte & neceſſarium.




Superiori oppoſita ex propoſitionum quantitate.



Cōiugatio ex maiori de neceſſario, & minori negatiua de neceſſario.


In ſyllogiſmis vero qui in parte, ſi vniuerſalē eſt neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria: ſin autem quod in parte non neceſſarium: neque priuatiua, neque predicatiua exiſtente vniuerſali propoſitione. Si autem primū vſe neceſſarium, & A quidem omni B inſit ex neceſſitate: B uero alicui C ſolum inſit: neceſſe vtiq; A alicui C ineſſe ex neceſſitate. nam C ſub B eſt: B vero omni A inerat ex neceſſitate.



Cōiugatio ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe pticulari affirmatiua.


Simi-

Similiter autem & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus: eadem erit demonſtratio.



Negatiua.

Si aũt quòd ſm partem eſt neceſſariũ, non erit cõcluſio neceſſaria. nullum.n. impoſſibile euenit, quemadmodum neq; in vtr ſyllogiſmis. Simimiliter aũtẽ & in priuatiuis. Termini, motus, animal album.



Due coniugationes ex maiori de ineſſe, minori de neceſſario particularis vtraque ſunt inutiles.

De miſtis vna neceſſaria & altera abſoluta in ſecunda figura. Cap. II.

IN ſecũda autem figura, ſi priuatiua quidem propoſitio eſt neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: ſi vero prædicatiua, non neceſſaria. Sit enim primum priuatiua neceſſaria, & A nulli contingat B: ipſi vero C ſolum inſit, quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli

& B nulli A contingit: A vero omni ineſt C: quare nulli C contingit B: nanque C ſub A eſt.

Cõiugatio ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe, quæ maioris conuerſione oſtenditur.




Similiter aũt & ſi ad C ponatur priuatiuũ. Nã ſi A nulli C cõtingit: & C nulli A continget: A vero omni ineſt B: quare nulli B continget C. fit enim prima figura rurſus. non igitur neq; B ipſi C: conuertitur enim ſimiliter.

Secunda cõiugatio ex maiori de ineſſe, & minori de neceſſario quę minoris & cõclusionis cõuerſione & præmiſſarum trãſpoſitione oſtẽditur.



Si autem


Si autem prædicatiua propoſitio eſt neceſſaria, non erit concluſio neceſſaria. inſit enim A omni B ex neceſ ſitate: C vero nulli inſit ſolum: conuerſo itaque priua tiuo prima efficitur figura: oſtenſum eſt autem in prima, quòd non neceſſaria exiſtente priuatiua, quę ad maius, neque concluſio eſt neceſſaria: quare nec in his erit ex neceſſitate.



Eadem con iugatio quę minoris cõ- uerſionemõ ſtratur.

Præterea, ſi concluſio eſt neceſſaria, contingit C alĩ cui A non ineſſe ex neceſſitate. ſi enim B nulli C ineſt ex neceſſitate: neque C nulli B inerit ex neceſſitate: ipſum vero B alicui A neceſſe eſt ineſſe: ſi quidem & A om ni B ex neceſſitate inerat: quare & C neceſſe eſt alicui A non ineſſe ſed nihil prohibet, A tale aptum fuiſſe, cui omni C ipſum contingit ineſſe.


Eiuſdem deductio per impoſſibile



Præterea & terminos exponentem monſtrare liceret, quòd concluſio non eſt ſimpliceret neceſſaria, ſed his exiſtentibus neceſſarĳs. vt ſit A animal, B homo, C vero album: & propoſitiones ſimiliter ſint acceptæ. contingit enim animal nulli albo ineſſe: & homo vtique nulli inerit albo, ſed non ex neceſſitate. contingit enim hominem fieri album, non tamen donec animal nulli inſit albo. quare his quidem exiſtentibus. neceſſaria erit concluſiò: ſimpliciter autem non neceſſaria.


Similiter autem ſe habebit & in ſyllogiſmis in parte, cum enim priuatiua propoſitio & uniuerſaliter ſit & neceſſaria, & concluſio erit neceſſaria: quando autem predicatiua & uniuerſaliter ſit & neceſſaria: priuatiua autem ſecundum partem, non erit concluſio neceſſaria, ſit enim primum priuatiua & uniuerſaliter & neceſſaria, & A nulli B contingat ineſſe: alicui vero C inſit: quoniam itaque conuertitur priuatiuum, & B nulli A contingat ineſſe: A uero alicui C ineſt: quare ex neceſſitate B alicui C non inerit.

Rurſus



Cõiugatio negatiua ex maiori de neceſſario, minori de ineſſe, quæ maioris cõuerſione oſtenditur.

Rurſus ſit prędicatiua uniuerſaliter,& neceſſaria,& ponatur ad B prædicatiuum. Si itaque A omni B ex neceſſitate ineſt: C vero alicui non ineſt: quòd itaque nõ inerit B alicui C manifeſtum,ſed non ex neceſſitate. ijdem nanque termini erunt ad demonſtrationem, qui & vniuerſalibus ſyllogiſmis.




Eadem diſpoſitio,diuerſa quoad propoſitiones.

Dicit Alex. quædã exẽplaria habere hæc verba, demonſtratio vno ſolo trãſũ-

Sed

pto, ꝙ Albertusdicit ſed aliter ordinandi ſunt termini, ſumatur pro homine moueri.

Sed neque, ſi priuatiuum neceſſarium acceptum ſit in parte eſt concluſio neceſſaria: nam per eoſdem terminos demonſtratio.* uno ſolo tranſumpto.



Negatiuæ particularis quo ad modos.

De ſyllogiſmis miſtis ex altera neceſſaria, & altera de ineſſe in tertia figura. Cap. 12.


IN tertia autem figura vniuerſalibus quidem exiſtẽtibus terminis ad medium, & ambæ propoſitiones prædicatiue, ſi vterlibet neceſſarius exiſtat & concluſio erit neceſſaria. ſin autem hoc quidem prædicatiuum, illud vero priuatiuum ſit, quando priuatiuum quidem ſit neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria: quando autem prædicatiuum non erit neceſſaria. Sint enim primum ambæ prædicatiue propoſitiones: & A & B omni C inſint: neceſſarium vero ſit A C: quoniam igitur B omni C ineſt: & C alicui B inerit, eo quòd vniuerſale ſecundum partem conuertitur. quare, ſi omni C ineſt A ex neceſſitate: & C alicui B: neceſſarium eſt A alicui B ineſſe. nam B ſub C eſt. fit igitur rurſus prima figura.

Animal



Cōiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe vtriſque vniuerſalibus prædicatiuis é utilis.

Conſimiliter oſtendetur, & ſi B C eſt neceſſarium cō uertitur enim C cum aliquo A: quare, ſi omni C B ex neceſſitate ineſt: & A alicui B inerit ex neceſſitate.



Oppoſita precedétis.


Rurſus ſit A C quidem priuatiuum: B C vero affirmatiuum: priuatiuum aũt neceſſarium. Quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, erit C alicui B; A vero nulli C ex neceſſitate: neque B alicui inerit A ex neceſſitate, nam B ſub C eſt.

Cõiugatio ex maiori de neceſſario minori de ineſſe vniuerſalib⁹, altera affirmatiua, altera negatiua.



Concluſio ſequitur partẽ deteriorem.


SI autem ſit prædicatiuum neceſſarium, non erit cõcluſio neceſſaria. Sit enim B C prædicatiuum & neceſſarium; A C vero priuatiuum & non neceſſarium: quoniam igitur conuertitur affirmatiuum, inerit & C alicui B ex neceſſitate. quare, ſi A nulli C: C vero alicui B: A alicui B non inerit: ſed non ex neceſſitate. oſtenſum eſt enim in prima figura, quòd priuatiua propoſitione non neçeſſaria exiſtente, neque concluſio erit neceſſaria.



Præcedentis oppoſita quo ad modos.

Amplius per terminos planum fieri poſſit. Sit enim A bonum: B animal: C vero equus. contingit igitur bonum nulli equo ineſſe: animal autem neceſſe omni equo ineſſe: at non neceſſe aliquod animal non eſſe bonum, ſiquidem contingit omne bonum eſſe. Si autem non hoc poſſibile: ſed vigilare, aut dormire, terminum ponendum. omne nanque animal horum eſt ſuſceptiuum. Si igitur termini vniuerſaliter ad medium ſint, dictum eſt, quando erit concluſio neceſſaria. Si vero hic quidem vniuerſaliter, ille autem in parte, vtriſque prædicatiuis exiſtentibus, ſi vniuerſale neceſſarium & concluſio erit neceſſaria, demonſtratio vero eadem, quæ & prius. conuertitur enim & prædicatiuum in parte. Si itaque neceſſe eſt B omni C ineſſe: A vero ſub C eſt: neceſſe eſt B alicui A ineſſe: ſed, ſi B alicui A, & A alicui B ineſſe neceſſarium. conuertitur enim.

Cōiugatio ex maiori de ïeſſe minori neceſſaria particulari affirmatiua.




Sił̄r,& ſi A C ſit neceſſariū vł̄r exiſtēs, nā B ſub C eſt.

Superiori oppoſita ex propoſitionum quantitate.




Si vero qđ in parte neceſſariū eſt,nō erit conclo neceſſaria.Sit.n.B C in pte & neceſſariū: A vero oī C inſit, nō tń ex neceſſitate:cōuerſio igiť B C prima efficiř figura:& uł̄is quidē propō nō neceſſaria,qaūt in pte neceſſaria.ſed cū ita ſe habeāt propōnes,non erat cōcluſio neceſſaria;

ceſſaria:quare nec in his.Ampli⁹ & ex terminis manife ſtũ.ſit.n.A qdẽ uigilatio:B bipes.ĩ quo ãt C aĩal.B igr̃ ali cui C neceſſe ẽ ineſſe.A uero ipſi C cõtingit: & A ipſi B ñ necãriũ:nõ.n.neceſſe ẽ aliquẽ uipedẽ dormir̃ vł vigilar̃.



Cõiugatio ex maiori de ineſſe, minori neceſſaria affirmatiua particulari.

Similiter autem & per eoſdem terminos oſtẽdetur, & ſi A C ſit in parte & neceſſarium.



Superiori oppoſita ex propoſitionum quantitate.


Si uero hic quidem terminorum ſit prædicatiuus, il le autem priuatiuus, quando vniuerſale priuatiuum ſit & neceſſarium, & concluſio erit neceſſaria. Si enim A nulli C ex neceſſitate contingit: B vero alicui C ineſt: neceſſe eſt A alicui B non ineſſe.

Cóiugatio ex minori negatiua, de neceſſario uniuerſali & minori particulari affirmatiua de ineſſe.




Quando autem affirmatiuum neceſſarium poſitum ſit vniuerſaliter exiſtens, aut in parte, aut priuatiuum ſecundum partem, non erit concluſio neceſſaria: ſed alia quidem eadem quæ & in prioribus, dicemus. Termini vero quando ſit vniuerſale prædicatiuum neceſſariũ vigilatio, animal, homo medium homo.

Cóiugatio ex maiori particulari affirmatiua de ieſſe, mi nori affirmatiua vni uerſali de neceſſario.




Quando

Qn̄ aūt in p̄te p̄dicatiuū ſit neceſſariū, vigilatio, aīal, albū. neceē nāq; ē aīal alicui albo ineſſe: vigilatio āt cō tingat nulli: & nō neceē alicui aiali nō ineē uigilationē



Côiugatio ex maiori negatiua vniuerſali de ineſſe, minori affirmatiua particulari de neceſſario.

Sed quando priuatiuum in parte exiſtens neceſſarium ſit, bipes, motum, animal: medium animal.



Côiugatio ex maiori negatiua p̄ticulari de neceſſario, minori affirmatiua vniuerſali de ineſſe.

Planum itaque q̄, inexiſtendi ſyllogiſmus nō eſt, niſi vtræque ſint propoſitiones inexiſtentes: ſed neceſſarij

 eſt, &

eſt,& cum altera ſolum ſit neceſſaria. In vtriſq; vero, & cum prædicatiui & cum priuatiui ſyllogiſmi ſint, neceſſe alteram propoſitionem eſſe ſimilem concluſioni. dico autem ſimilem, ſi inexiſtens, inexiſtẽtem, ſi autẽ neceſſaria, neceſſariam. Quare & hoc manifeſtum, q̃ non poterit concluſio, aut neceſſaria, aut inexiſtens eſſe, niſi accipiatur neceſſaria, aut inexiſtens propoſitio. De neceſſario itaque quomodo ſit, & quam habet ad inexiſtens differentiam, dictum eſt quaſi ſufficienter.

De contingenti, & propoſitionum ſecundum contingens conuerſionibus. Cap. 13.

DE contingenti vero poſt hæc dicamus, quando & quomodo, & per quæ erit ſyllogiſmus. Dico autem contingere & contingens, quod cum non ſit neceſſarium, ſi tamen ponatur ineſſe, nihil erit propter hoc impoſſibile: nanque neceſſarium æquiuoce contingere dicimus. Quod autem hoc eſt contingens, manifeſtum & ex negationibus, & affirmationibus oppoſitis. * nam non contingit ineſſe, & impoſſibile ineſſe, & neceſſe non ineſſe, aut eadem ſunt, aut conſequentia ſeinuicem: quare & oppoſita his contingit eſſe, & non impoſſibile ineſſe, & non neceſſe non ineſſe, aut eadem ſunt, aut conſequentia ſeinuicem: de omni enim affirmatio aut negatio: erit igitur contingens non neceſſarium, & non neceſſarium contingens. Accidit autem omnes, quæ ſecundum contingẽs ſunt, propoſitiones, conuerti inter ſe: dico autem non affirmatiuas cum negatiuis, ſed quæcunque affirmatiuam habent figuram, ſecundum oppoſitionem. vt contingere ineſſe, cum eo, quod eſt contingere non ineſſe: & omni contingere, cum eo, quod eſt, nulli contingere, vel non omni: & alicui, cum eo quod eſt, alicui non. eodem autem modo & in aliis. Quoniam enim quod eſt contingens non eſt neceſſarium: non neceſſarium vero poſſibile eſt non ineſſe planum, quòd ſi contingit A ineſſe B, cõtingit & non ineſſe: & ſi omni contingit ineſſe, & omni

* lege ſecũdo Periher menias. cap. 3.

& omni contingit non ineſſe. Similiter autem & in affirmationibus in parte: nanque eadem demonſtratio. verum tales propoſitiones affirmatiuæ ſunt, & non priuatiuæ. Contingit enim ad ſimilitudinem ipſius eſſe ordinatur, quemadmodum dictum eſt prius. Determinatis uero his, rurſus dicimus, quòd contingere ſecundum binos dicimus modos: Vno quidem, quòd vt plurimum fit, & deficit neceſſarium. vt caneſcere hominẽ vel augeri, aut minui, vel omnino quod aptum natum eſt eſſe. hoc enim non continuum quidem habet neceſſarium, eo quòd non ſemper eſt homo, exiſtente tamen homine, aut ex neceſſitate, aut vt ĩ pluribus eſt. Aliud, autem infinitum: quod & ſit & non ſit poſſibile: vt ambulare animal, aut ambulante motum terræ fieri, aut omnino quod a fortuna ſit, nil.n.magis ſic aptum eſt natum, quàm in contrarium. Conuertitur itaque & ſecundum oppoſitas propõnes utrunq; contingentium, nõ tamẽ eodem modo: ſed quod natum eſt eſſe cum eo, quod eſt, non ex neceſſitate ineſſe: ſic enim contingit non caneſcere hominem: infinitũ autẽ cum eo, quod eſt, nihil magis ſic q̃ illo modo ſe habere, aut habitum ire. ſcĩa vero ac ſyllogiſmus demonſtratiuus de ipſis quidẽ infinitis non eſt, eo ꝙ inordinatum eſt medium: de apte vero natis eſt & fere rationes & conſiderationes fiunt de ſic contingentibus: de illis autem accidit quidem fieri ſyllogiſmum, non tamen conſueuerunt quæri. Hæc igitur magis determinabuntur in ſequentibus. Sed nunc dicamus, quando & quomodo, & quis erit ſyllogiſmus ex contingentibus propoſitionibus.


Supra in cap. 4. aut in lib. Peri hermen.

De ſyllogiſmis ex ambabus de contingenti in prima figura. Cap. 14.

QVoniam autem contingere hoc huic ineſſe dupliciter erit accipere: aut enim cui ineſt hoc, aut cui contingit ipſum ineſſe: A nanque contingere, de quo B, horum alterum ſignificat: aut de quo dicitur B, aut de quo contingit dici. A vero de quó B, vel


B,vel A contingit,omni B,nihil differt: manifeſtũ igitur,quòd bifariam dici poſſet, A contingere omni B in eſſe. Primum igitur dicamus, ſi de quo c, contingit B, & de quo B cõtingit A, quis erit & qualis ſyllogiſmus: ſic enim & propoſitiones vtræque ſumuntur ſecundum contingere: cum vero de quo B ineſt A contingat: illa quidem inexiſtens, illa autem contingens. Quare ab ijs, quæ conſimilis ſunt figuræ, incipiendum quemadmodum & in alijs. Quando itaque A omni cõtingat B:& B omni C:erit ſyllogiſmus perfectus,q. A omni C contingit ineſſe. Hoc autem manifeſtum ex definitione:contingere namque omni ineſſe ſic dicebamus.

Cõiugatio prima ambabus vniuerſalibus affirmatiuis ex contingenti.




Similiter autem & ſi A quidem contingit nulli B: B vero contingit omni C:q. A contingit nulli C. nam de quo B contingit, A non contingere, hoc erat nullum omittere contingentium,quæ ſub B.

Secũda vtilis eiuſdem generis.




Cum

Cum vero A omni B contingat: B vero nulli contingat C: per ſumptas quidem propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus: conuerſa autem B C ſecundum contingere, idem erit, qui prius. nam, quoniam contingit B nulli C ineſſe, contingit & omni ineſſe. hoc autem dictum eſt prius. quare ſi B quidem omni C: A vero omni B: rurſus idem efficietur ſyllogiſmus.



Tertia ob minoris cõuerſionem.

Conſimiliter & ad utraſque propoſitiones negatio ponatur cum eo, quod eſt contingere: dico autem, vt ſi A nulli contingit B: & B nulli C: per ſumptas enim propoſitiones nullus fit ſyllogiſmus: conuerſis vero, rurſus idem erit qui prius.



Quarta vtilis ꝑ vtriuſque propoſitionis conuerſionem.

Manife-


Manifeſtum eſt igitur,ꝙ negatione poſita ad minus extremum,vel ad vtraſq; propōnes,aut nō fit ſyllſ, aut fit quidem,ſed non perfectus:ex conuerſione nanq; cōcluditur neceſſarium. Sin aūt hæc quidem propoſitionum vlr accepta ſit,illa vero in parte,vlī poſita ad maius extremum,ſyllſ erit perfectus. Nam ſi A oī contingit B:B aūt alicui C:A alicui C contingit. hoc aūt manifeſtum ex diffinitione eius, quod eſt, de oī contingere.

Secunda vtilis eiuſdē generis.




Rurſus, ſi A contingit nulli B:B autem alicui C: contingit ineſſe, neceſſe eſt A contingere alicui C non ineſſe:demonſtratio autem eadem.

Tertia utilis coniugatio.



Si vero propoſitio in parte priuatiua ſumatur, vniuerſalis autem affirmatiua, poſitione vero cōſimiliter ſe habeant:

ſe habeant:vt, A quidem omni B contingit : B vero alicui C contingit non ineſſe : per aſſumptas quidem propoſitiones non fit manifeſtus ſyllogiſmus:verum ſi eã : quæ in parte eſt, conuerterimus, & ponamus B alicui C contingere ineſſe., eadem erit concluſio ; quæ & prius, quemadmodum in his , quæ a principio.



Quod ſi quæ ad maius extremum in parte ſumatur, quæ vero ad minus vniuerſaliter, ſiue vtræque affirmatiue ſumantur, ſiue priuatiue, ſiue non conſimilis figuræ,ſiue vtræque indefinitæ,aut ſecundum partem,nullo modo erit ſyllogiſmus.Nihil enim prohibet, B tranſcendere A : & non prædicari de æquis ; in quo autem B tranſcendit A,accipiatur C.huic enim neque omni, neque nulli,neque alicui, neque non alicui contingit A ineſſe;ſi quidem conuertuntur propoſitiones, quæ ſecundum contingere,& B pluribus contingit quàm A ineſſe . Amplius & ex terminis planum:ita nanque ſe habentibus propoſitionibus, primum vltimo & nulli cõtingit, & omni ex neceſſitate ineſſe.Termini vero communes omnium,quòd ex neceſſitate inſit,animal,albũ, homo; quòd non contingat,animal,album indumentum.

Animal




Exemplum commune omniū inutilium.

Manifeſtum igitur, quod hoc modo ſe habētibus terminis nullus ſit ſyllogiſmus. Aut enim exiſtendi, aut ex neceſſitate, aut contingendi omnis eſt ſyllogiſmus ꝙ quidem inexiſtendi ac neceſſarij non ſit, planum: affirmatiuus.n.priuatiuo tollitur: priuatiuus autem affirmatiuo. ſupereſt igitur, ut contingendi ſit: hoc autē impoſſibile: oſtenſum enim eſt, ꝙ ita terminis ſe habentibus, & omni poſtremo neceſſe eſt primum, & nulli contingit ineſſe. quare eſſe non poſſet contingendi ſyllogiſmus: neceſſarium nanque non erat contingens. Manifeſtum itaque, & ꝙ ſi uniuerſaliter termini extiterint in contingentibus propoſitionibus ſemper fit ſyllogiſmus in prima figura, ſiue ſint prædicatiui, ſiue priuatiui: verum ex prædicatiuis quidem perfectus, ex priuatiuis autem imperfectus. Oportet autem contingere ſumere non in neceſſariis, ſed ſecundum dictam determinationem. plerunque autem latet, quod tale eſt.

Miſtio contingentis & inexiſtentis in prima figura. Cap. 15.


SInautem propoſitionum hæc quidē ineſſe, illa vero ſumatur contingere, quando quæ ad maius eſt extremum contingere ſignificet, & perfecti omnes erunt

erunt ſyllogiſmi, & contingentis ſm dictam determinationé:cum vero quæ ad minus, & imperfecti omnes, & priuatiui ſyllogiſmi contingentis non ſecundum determinationé,ſed eius,quod eſt nulli, aut nón omni ex neceſſitate ineſſe. Si.n.nõ omni, aut nulli ex neceſſitate cõtingere dicimus,& nulli & nõ omni ineſſe. Contingat namque A oī B: B vero omni C ponatur ineſſe: qm̃ igitur C eſt ſub B:omni aũt B contingit A:manifeſtum ꝙ & C omni cõtingit A,fit itaq; perfectus ſyllogiſmus.



Prima coniugatio ex conting. & ineſſe, concludens cõtingens.

Sil̄r aũt & ſi A B propõ extiterit priuatiua:B C vero affirmatiua:& A C quidẽ contingere:B C aũt ineſſe accipiatur,perfectus erit ſylls,ꝙ A cõtingit nulli C ineſſe.




Secũda cõiugatio idẽ concludẽs.

Quod

Quod igitur ſi inexiſtés ad minorem ponatur extre mitatem, perfecti fiant ſyllogiſmi, manifeſtum. Sed quòd dum econtrario ſe habeat, erunt ſyllogiſmi, per impoſſibile monſtrandum. ſimul autem clarum erit,& quòd imperfecti: nam oſtenſio non eſt ex ſumptis propoſitionibus. Primum autem dicendum eſt, quòd ſi dũ A fuerit, neceſſe eſt B eſſe:& dum poſſibile A extiterit, poſſibile erit & B ex neceſſitate. Si enim ita ſe haben tibus in C quo quidẽ A poſſibile: in quo autem B impoſ ſibile: ſi igitur poſſibile ſit quidem, quando poſſibile eſ ſe fiat, impoſſibile vero, quando impoſſibile non vtiq; fiet: ſimul autem ſi A poſſibile,& B impoſſibile, contingeret vtiq; A, fieri poſſe ſine B. ſi uero factum eſſe, & eſ ſe: factum nanque, quando factum fuit, eſt. Verum opor tet accipere poſſibile atque impoſſibile, non ſolum in generatione, ſed & in eo quod eſt verificari & ineſſe,& quotcũque modis aliter dicitur posſibile: in omnibus enim ſimiliter ſe habebit. Amplius, exiſtente A, B eſſe, non oportet exiſtimare. tanquam ſi unum eſſet A, B fore: nihil nanque eſt ex necesſitate, vno aliquo exi ſtente: ſed duobus ad minus: ſicuti cum propoſitiones ita ſe habeãt, ueluti dictum eſt ſecundum ſyllogiſmũ. nam, ſi C de D: D autem de F: & C de F ex neceſſitate: & ſi vtrunque posſibile,& concluſio erit posſibilis. Quem admodum ergo ſi quis ponat A quidem propoſitionem, B uero concluſionem: euenire poſſet nõ ſolum A neceſ ſario exiſtente ſimul & B eſſe neceſſarium, ſed & posſibili, poſsibile. Hoc autem oſtenſo manifeſtum, quòd falſo ſuppoſito,& non imposſibili, & concluſio propter ſuppoſitionem falſa erit, & non imposſibilis. veluti ſi A falſum quidem eſt, non tamen impoſe: cum uero A ſit, B eſt:& B erit falſum quidem, non tamen impoſe, quoniam monſtratum eſt, ꝙ A exiſtẽte, B eſt:& posſibili exi ſtente A, erit B poſsibile: ſuppoſitum autem eſt, A poſsibile eſſe,& B erit poſsibile. ſi .n. impoſe, ſimul poſsibile erit,& impoſsibile idem. Determinatis vero his, inſit A omni B: B autem omni C contingat: neceſſe itaq; A omni C contingere ineſſe. Non.n. contingat: B vero

omni


omni c ponatur ineſſe:hoc falſum quidem, non tamen impoſſibile. ſi itaque A non contingit omni c: B vero omni ineſt c: A non omni B contingit. fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram. verum ſuppoſitum fuerat omni contingere ineſſe. neceſſe igitur A omni c contingere: falſo enim ſuppoſito & non impoſſibili, quod accidit eſt impoſſibile.



Tertia coniugatio concludens contingẽs, qua per impoſſibile demonſtrat̃ in tertia figura.


Poſſibile eſt autem & per primam figuram facere impoſſibile, ponentes B ineſſe ipſi c. Si enim B omni c ineſt: A vero omni B contingit: & c omni contingere utique A: ſed fuerat ſuppoſitum non omni contingere.

N Ambulans



T[illegible] m o-
[illegible] pri
[illegible] trá


Sumere vero oportet omni ineſſe non ſecundum tẽpus determinantes, puta nunc, aut in hoc tempore, ſed ſimpliciter: per huiuſmodi.n. propoſitiones & ſyllogiſmos facimus. Quoniam, ſi propoſitio ſecundum nunc accipiatur, nõ erit ſyllogiſmus. nihil enim fortaſſe prohibet, aliquando omni moto hominem ineſse, ut ſi nihil aliud moueretur: motum uero cõtingit omni equo: ſed hominem nulli equo ineſse contingit.



S[illegible]giſm[illegible]
p[illegible]bis pro
p[illegible] nem
a[illegible] ineſſe ſu
m[illegible] eſſe
ſim[illegible]iter.


Præterea ſit primum animal, medium motum, vltimum vero homo. propoſitiones itaque conſimiliter ſe habebunt, concluſio vero erit neceſsaria non contingens: ex neceſſitate enim homo eſt animal.

Animal




Secundus idem probans.

Manifeſtum igitur quod uniuerſale accipere oportet ſimpliciter & non tempore determinantes. Rurſus ſit priuatiua vniuerſaliter propoſitio A B: & ſumptum ſit A ineſse nulli B: B vero omni contingat C ineſse. his itaque poſitis, neceſse eſt A contingere nulli C ineſse. Non.n.contingit & B ponatur ineſse C, quemadmodum prius: neceſse eſt igitur A alicui B ineſse. fit enim ſyllogiſmus per tertiam figuram. hoc autẽ impoſſibile. quare contingeret utique A nulli C ineſse. falſo enim poſito & non impoſſibili, impoſſibile eſt quod accidit.



Quarta concludens cõtingit nulli, i. ex neceſſitate.


Hic igitur ſyllogiſmus non eſt contingentis ſecundum diffinitionem, ſed eius, quod eſt nulli ex neceſſitate ineſſe. hęc enim eſt contradictio factæ ſuppoſitionis: ſuppoſitum eſt enim, ex neceſſitate A alicui C ineſse, ſyllogiſmus vero ad impoſſibile oppoſitæ eſt contradictionis. Amplius autem & ex terminis manifeſtum, quòd non erit concluſio contingens. Sit enim in quo A, coruus: in quo B, diſcurrens: in quo C homo. nulli itàque B A ineſt: nullum enim diſcurrens coruus: B vero omni contingit C, omni enim homini diſcurrere: ſed A ex neceſſitate nulli C: non igitur concluſio contingens.



Ex prædicta coniugatione nõ cõcludiverum contingés.


Sed neque neceſſaria ſemper. Sit enim A quidem motum, B ſcientia, in quo autem C homo: A igitur nulli inerit B: B vero omni C contingit, & non eſt concluſio neceſſaria. non enim neceſſe eſt nullum moueri hominem, ſed non neceſſe aliquem. Planum itaque, quòd concluſio eſt eius, quod eſt nulli ex neceſſitate ineſſe. Accipiendi vero melius ſunt termini.

Ambulans



Ad idē modus ſecundus.

Sed ſi priuatiuum ad maiorem ponatur extremitatem contingere ſignificans, ex ipſis quidē acceptis propoſitionibus,nullus erit ſyllogiſmus:conuerſa autē ſm contingere propoſitione, erit quemadmodum in prioribus.inſit.n.A omni B:B vero contingat nulli C;ſic igitur ſe habentibus terminis, nihil erit neceſſariū. ſi aūt conuertatur B C,& ſumatur B omni C contingere,fit ſyllogiſmus,quemadmodum prius. nam conſimiliter termini poſitione ſe habebunt.




Quinta cōiugatio cōcludens cōtingens per minoris cōuerſionem.

Sed eodem modo & cum priuatiua extiterint vtraque interualla,ſi A B quidem non inſit: B vero continge


re c nulli ſignificet: per ipſa quidem accepta nō ſit neceſſarium, ſed propoſitione conuerſa, quę eſt ſecūdum contingere, erit ſyllogiſmus. Accipiatur enim A quidē nulli B ineſſe: B vero contingat nulli C: per hæc igitur nihil neceſſarium. quod ſi accipiatur B contingere omni C, quod eſt verum: A B autem propoſitio ſimiliter ſe habeat, rurſus idem erit ſyllogiſmus.

Sexta coniugatio cōcludens cōtingens per minoris cōuerſionem.




Si vero non ineſſe ponatur B ipſi C, & non contingere nō ineſſe, non erit ſyllogiſmus nullo modo neque cū priuatiua, neque cū affirmatiua fuerit A B propoſitio. Termini communes ꝙ ex neceſſitate inſit, album, animal, nix: quòd non contingat, album, animal, pix.

Inutiles.




Planum

Planum itaque, quod ſi termini vniuerſales extiterint, & hæc inexiſtens, illa vero propoſitionum contingens accipiatur: quando propoſitio, quæ ad minorem extremitatem, contingere accipiatur, ſemper fit ſyllogiſmus: præterquam quòd aliquando quidem ex ipſis, nonnunquam uero ex conuerſa propoſitione: quando autem horum uterque, & ob quam cauſam diximus. Quod ſi hoc vniuerſaliter, illud vero interuallorum accipiatur in parte, quando quod ad maius eſt extremum uniuerſaliter ponatur, & contingens, ſeu negatiuum, ſiue affirmatiuum, quod vero in parte affirmatiuum & inexiſtens, erit ſyllogiſmus perfectus, quemadmodum & vniuerſaliter terminis exiſtentibus, demonſtratio autem eadem, quæ & prius.




Quando autem vniuerſale quidem ſit ad maius extremum, ſed inexiſtens non contingens, alterum vero in parte & contingens, ſeu negatiue, ſiue affirmatiue ponantur utræque, ſiue hæc quidem negatiua, illa vero affirmatiua, omnino erit ſyllogiſmus imperfectus. verum hi quidem per impoſſibile monſtrabuntur, illi uero per conuerſionem eius quod eſt contingere, quemadmodum in præcedentibus.

Cõiugatio particularis concludens contingens, quæ p impoſſibile oſtenditur.




Cõiugatio concludens contingens quæ per impoſſibile oſtenditur.




Erit

Erit autem ſyllogiſmus per conuerſionem, & qñ vni ũerſalis ad maius poſita extremũ ſignificet ineſſe, aut non ineſſe:quę vero in parte priuatiua exiſtens contingere accipiat. Vt ſi A omni quidem ineſt B, aut nõ ineſt:B autem alicui C contingit non ineſſe: conuerſa.n. B C ſecundum contingere, fit ſyllogiſmus.



Cõiugatio nes concludentes contingens per minoris cõuerſionem.

Sed quando quę ſecundum partem ponitur non ineſſe accipiat, non erit ſyllogiſmus. Termini quod inſit, album, animal, nix: quod non inſit, album, animal, pix, per infinitum nanque ſumenda eſt demonſtratio.



Particulares coniugationes inutiles.

Si autẽ vniuerſale quidem ad minus ponatur extremum,

mum, quod vero in parte ad maius, ſiue priuatiuum, ſeu affirmatiuum, vel contingens, aut inexiſtens, quomodocunque, nullo pacto erit ſyllogiſmus. Neque quã do in parte, aut indefinitæ ponantur propoſitiones, ſeu contingere accipientes, ſiue ineſſe, aut uiciſſim, neque ſic erit ſyllogiſmus. demonſtratio vero eadem, quæ & in prioribus. Termini communes: quòd inſit ex neceſſitate, animal, album, homo: quòd non contingat, animal, album, indumentum.

Omniũ inutilium cõiugationũ exemplũ.




Manifeſtum eſt igitur, quòd ſi uniuerſale ad maius ponatur extremum, ſemper fit ſyllogiſmus: ſi vero ad minus, nullius unquam.

Miſtio neceſſariæ & contingentis in prima figura. Cap. 16.

QVando autem hæc quidem propoſitionum ex neceſſitate ineſſe, aut non ineſſe, hæc vero contingere ſignificet ſyllogiſmus quidem erit, eo dem modo ſe habentibus terminis. & perfectus, quando ad minorem extremitatem ponatur neceſſarium. Concluſio vero, ſi termini fuerint predicatiui, erit eius quod eſt contingere, & non eius quòd eſt ineſſe, ſiue vni uerſaliter,

uerſaliter, ſiue non uniuerſaliter ponātur. ſed cum hoc quidem affirmatiuum ſit, illud uero priuatiuum, quando affirmatiuum quidem neceſſarium ſit, eius, quod eſt contingere, & non eius quod eſt nō ineſſe: cum uero priuatiuum, & eius quod eſt contingere non ineſſe, & non ineſſe, & uniuerſaliter; & nō uniuerſaliter, terminis exiſtentibus. Contingere autem in concluſione eodem pacto accipiendum, quo & in prioribus. Eius autem, quod eſt ex neceſſitate non ineſſe, non erit ſyllogiſmus. aliud enim eſt non ex neceſſitate ineſſe, & ex neceſſitate non ineſſe. Quod igitur terminis affirmatiuis exiſtentibus, non fit concluſio neceſſaria, planum. Inſit nanque A omni B ex neceſſitate: B aūt contingat omni C: erit utique ſyllogiſmus imperfectus, ꝙ A contingit omni C ineſſe. Quod autē imperfectus ex demonſtratione manifeſtū. nam eodē monſtrabitur pacto, quo & in prioribus.




Prima cōiugatio concludens cōtingēs, quæ per impoſſibile oſtenditur in tertia figura.

Non contingit o, i. Neceſſe non omni.

Rurſus A contingat omni B ineſſe: B uero omni C inſit ex neceſſitate erit utique ſyllogiſmus, quod A omni contingit C ineſſe; ſed non quod ineſt, & perfectus, non


non autem imperfectus: ſtatim nanque perficitur per propoſitiones quæ A principio.

Secunda cõcludens cõtingens per dictum de omni.




Si autem non conſimilis figuræ propoſitiones extiterint, ſit primum priuatiua neceſſaria, & A quidem nulli contingat B ex neceſſitate: B vero omni C contingat: neceſſe eſt, A nulli C ineſſe. ponatur enim inexiſtens aut omni, aut alicui: B vero ſupponebatur nulli contingere: Quoniam itaque conuertitur priuatiuum,& B nulli A contingit: A vero omni C, aut alicui ponitur ineſſe: quare nulli, aut non omni contingeret B ineſſe: ſupponebatur autem A principio omni contingere. Manifeſtum autem & quoniam eius quod eſt contingere non ineſse, efficitur ſyllogiſmus, ſiquidem & eius, quod eſt non ineſse.

Tertia concludens de ineſse quæ per impoſſibile oſtenditur in prima figura.




Rurſum

Rurſum ſit affirmatiua propoſitio neceſſaria, & A quidem contingat nulli B ineſse: B vero omni C inſit ex neceſſitate: ſyllogiſmus itaque erit perfectus: ſed non eius, quod eſt non ineſse, ſed eius quod eſt contingere non ineſse, nanque propoſitio ſic accepta fuit, quæ eſt ad maiorem extremitatem. Et ad impoſſibile non eſt ducere. ſi enim ſupponatur, A nulli C ineſse, poſitum eſt autem, A: B, nulli contingere ineſse, nihil accidit propter hæc impoſſibile.



Quarta concludens cōtingens per dictum de nullo.

Si vero ad minus extremum ponatur priuatiuum, quando contingere quidem ſignificet, ſyllogiſmus erit per conuerſionem, quemadmodum in prioribus.




Quinta cōcludens cōtingens per conuerſionem.

Quando autem non contingere, non erit: neque quando ambo ponantur priuatiua, non ſit autem contingens, quod ad minus. Termini autem ineſse quidem


dem, album, animal, nix: non inexiſtendi, album, animal, pix.

Inutiles.




Eodem autem modo ſe habebit & in ſyllogiſmis in parte: nam cum priuatiuum ſit neceſſarium & concluſio erit eius quòd eſt non ineſſe. Vt ſi A quidem nulli B contingit ineſſe, B, A, autem, alicui C contingit ineſſe, neceſſe eſt A, alicui C, non ineſſe. Si enim omni ineſt: nulli uero B contingit, & B nulli A contingit ineſſe. Quare ſi A quidem omni C ineſt: B vero nulli C contingit, uerum ſuppoſitum fuerat alicui contingere.

Particularis coniugatio concludens contingens, per impoſſibile oſtenſa.




Sed

Sed cum particulare affirmatiuum, quod eſt in ſyllogiſmo priuatiuo, neceſſarium ſit, ut B C. aut vniuerſale in prædicatiuo, ut A B, non erit eius, quod eſt in eſſe ſyllogiſmus. demonſtratio uero eadem quæ & in prioribus.



Cõiugatio concludens contingẽs ꝑ dictum de nullo.




Tertia concludens cõtingens per alicui non ineſſe.

Non contingit.al.i. Neceſſario nulli.

Si autem uniuerſale quidem ponatur ad minus extremum, aut affirmatiuum, aut priuatiuum contingẽs.

quod autem in parte neceſſarium ad maius extremum. non erit ſyllogiſmus. Termini eius, quod eſt ineſse de neceſſitate,animal,album,homo.non inexiſtendi autē, animal,album,indumentum.

Prima inutilis.




Cum vero vniuerſale neceſsarium ſit, quod autem in parte, contingens, vniuerſali exiſtente priuatiuo. Termini eius quod eſt ineſse,animal, album, coruus: non inexiſtendi,animal,album,pix.

Secūda inutilis.



Si uero affirmatiuū fuerit ineſse quidē, aīal, album, cygnus:eius vero quod eſt nō cōtingere,aīal,albū,nix.

Animal



Tertia inutilis.

Neque quando indefinitæ ſumuntur propoſitiones, aut vtreque ſecundum partem, neque ſic erit ſyllogiſmus. Termini communes inexiſtendi, animal, album, homo: non inexiſtendi, animal, album, inanimatum. nanque animal alicui albo: & album inanimato alicui, & neceſſarium ineſſe, & non contingit ineſſe. Et in eo quod eſt contingere ſimiliter. quare ad omnia termini ſunt vtiles.



Quarta inutilis.

Manifeſtum eſt igitur ex dictis, ꝙ terminis conſimiliter ſe habentibus, & in eo quod eſt ineſſe, & in ne-

ceſſarijs,ſit,& non ſit ſyllogiſmus. Veruntamen ſecundum ineſſe quidem poſita priuatiua propoſitione eius quod eſt contingere,erat ſyllogiſmus,ſecundum neceſſarium aũt priuatiua, & eius,quod eſt contingere,& eius,quod eſt ineſſe. Palam autē & quod omnes ſyllogiſmi imperfecti,& ꝙ perficiuntur per prædictas figuras.

De ſyllogiſmis ex ambabus contingentibus in ſecunda figura. Cap. 17.

IN ſecunda autem figura, quando contingentes quidem vtræque accipiuntur propoſitiones, nullus erit ſyllogiſmus, ſeu prædicatiue, ſiue priuatiue ponantur vel vniuerſaliter,aut ſecundum partem. Cum vero hæc inexiſtere,illa autem ſignificet contingere,ſi affirmatiua quidē ſignificat inexiſtere,nunquam erit:ſin autem vniuerſaliter priuatiua,ſemper. Eodem modo & cum hæc propoſitionum ex neceſſitate, illa contingere accipiatur. Oportet autem & in his accipere in concluſionibus contingens, quemadmodum in prioribus. Primum igitur oſtendendum quod non conuertitur contingens priuatiuum: ut ſi A contingit nulli B: non neceſſe eſt & B contingere nulli A. Ponatur enim hoc,& contingat B nulli A ineſſe. quoniam itaque conuertuntur contingentes affirmationes cum negationibus,& contrariæ & oppoſitæ. B vero contingit nulli A ineſſe: manifeſtum quod & omni A contingere poſſet B ineſſe: ſed hoc falſum. non enim ſi hoc huic omni contingit,& hoc huic neceſſarium: quare non conuertitur priuatiuum. Amplius autem nihil prohibet A.quidem contingere nulli B: B vero alicui A ex neceſſitate non ineſſe.ut album omni homini contingit non ineſſe, & ineſſe. hominem autem non uerum dicere, quod cōtingit nulli,albo:pluribus.n.ex neceſſitate nō ineſt,neceſſariũ aũt non erit contingēs.Sed nec ex impoſſibili mōſtrabitur cōuerti.veluti ſi quis exiſtimaret,qm̃ falſum eſt B contingere nulli A ineſſe,verum nō contingere affirmatio nanque & negatio; Si autem hoc verum, B ex

neceſſitate ineſſe alicui A. quare & A alicui B. ſed hoc impoſſibile.non enim ſi B,non contingit nulli A, neceſſe eſt A, alicui B, ineſt, nanque * non contingere nulli dicitur dupliciter:vnum, ſi ex neceſſitate alicui ineſt: alterum,ſi ex neceſſitate alteri non ineſt. nam quod ex neceſſitate alicui eorum, quæ ſunt A,non ineſt, non eſt verum dicere,quod omni contingit non ineſſe,quemadmodũ neque quòd alicui ineſt ex neceſſitate,quod omni contingit ineſſe. Si itaque quiſpiam cenſeret, propterea ꝙ non contingit C omni D ineſſe, ex neceſſitate alicui ipſum non ineſſe,falſo acciperet; omni.n.ineſt,ſi fortaſſe contingat: ſed quoniam quibuſdam ex neceſſitate,ineſt,ob hoc dicimus,non omni contingere: quare huic quod eſt contingere omni ineſſe, opponitur & ex neceſſitate alicui ineſſe,& ex necesſitate alicui non ineſſe.ſimiliter autem & ei quod eſt nulli contingere. Manifeſtum igitur, quod ad ſic contingens & non contingẽs,quemadmodum in principio determinauimus, non ſolum ex necesſitate alicui ineſſe, ſed & ex necesſitate alicui non ineſſe ſumendum. hoc autẽ ſumpto nil accidit imposſibile:quare non fit ſyllogiſmus. Manifeſtum itaque ex dictis, quòd non conuertitur priuatiuũ. Hoc autem monſtrato, ponatur A nulli quidem B contingere: C vero omni: per conuerſionem igitur non fit ſyllogiſmus:dictum eſt.n. ꝙ non conuertitur talis propoſitio. Sed neque per imposſibile. ſi nanque ponatur B omni C,contingere ineſſe,nihil accidit falſi.contingere enim poſſet A ipſi C & omni, & nulli ineſſe. Sed ſi omnino eſt ſyllogiſmus, planum, ꝙ eius quod eſt contingere utique eſſet. propterea quòd neutra propoſitio num accepta fuit in eo quod eſt ineſſe. & iſte aut affirmatiuus,aut priuatiuus. Neutro autem modo posſibile eſt.ſi affirmatiuus quidem ponatur, mõſtrabitur per terminos,quòd non contingit ineſſe:ſi vero priuatiuus, quòd concluſio non contingens eſt, ſed neceſſaria. Sit enim A quidem album, B homo, in quo C equus. A itaque album contingit huic quidem omni, illi vero nulli; ſed B ipſi C neque ineſſe contingit,neque non ineſſe.

* a.l.neceſſe eſt ineſſe alicui ſolũ, ſed & ex neceſſitate,nõ omni nanq;

eſſe.quod igitur ineſſe non poſſibile eſt, manifeſtũ:nullus.n.equus homo,ſed neq; cõtingere non ineſſe:neceſſe nãque eſt nullũ equum hominem eſſe, neceſſariũ aũt non erat contingẽs,non itaq; fit ſyllogiſmus . Itidẽ aũt monſtrabitur,& ſi econuerſo poſitũ fuerit priuatiuum.

Inutiles ad concludendum contingens.



Et ſi vtræque affirmatiuæ acceptæ fuerint aut priuatiuæ, per eoſdem nanque terminos erit demonſtratio,

Inutiles modi.



Et quãdo hæc vniuerſaliter,illa in parte,aut vtræq; ſecundum partem,aut indefinitæ, aut quotcunque modis aliter contingit tranſumere propoſitiones. ſemper enim erit demonſtratio per eoſdem terminos,

Album



Inutiles modi.

Planum itaque, ꝗ ſi vtræque propoſitiones ſecundũ contingens ponuntur, nullus fit ſyllogiſmus.

Miſtio inexiſtentis & contingentis in ſecunda figura. Cap. 18.

SI autem hæc inexiſtente, illa vero contingere ſignificet, ſi prædicatiua ponatur inexiſtere priuatiua autem contingere, nullus erit ſyllogiſmus: neque dum uniuerſaliter, neque dum in parte termini accipiuntur. demonſtratio vero eadem, & per eoſdem terminos.



Inutiles modi & vniuerſales.


Quando autē affirmatiua quidem contingere, priuatiua aūt inexiſtere, erit ſylls. Sumatur.n.A B nulli ineſſe: C vero omni contingere: conuerſo itaq; priuatiuo, B A nulli inerit: ſed A omni C contingit: fit igitur ſyllogiſmus, ꝙ contingit B nulli C per primam figuram.

Prima cōiugatio cōcludens cōtingens æquiualēter ipſi ineſſe.




Conſimiliter autem & ſi ad C ponatur priuatiuum.

Secūda idē concludēs.




Cum

Cum vero vtræque ſunt priuatiuæ, ſignificet autem hæc quidem non ineſſe, ille vero contingere non ineſſe, per ipſa quidem aſſumpta nihil accidit neceſſarium: ſed conuerſa propoſitione, quæ eſt ſecundum contingere, ſyllogiſmus efficitur, q B nulli C cótingit ineſſe, quẽadmodum in prioribus, erit.n.rurſum prima figura.



Tertia idẽ concludẽs, & in qua cõuertitur cõtingens.

Si uero vtræque ponantur prædicatiue, non erit ſyllogiſmus. Termini, quòd inſit, ſanitas, animal, homo: quòd non inſit, ſanitas, equus, homo.



Inutiles modi.

quod eſt contingere, quemadmodum in prioribus, erit ſyllogiſmus.



Modus utilis qui conuerſione cō tingētis ad primam ſiguram reducitur.

Si vero priuatiuum quidem inexiſtens ſit, ſed in parte acceptum, non erit ſyllogiſmus: ſiue affirmatiua, ſiue priuatiua, altera fuerit propoſitio.




Modi inutiles.

Neque quando vtræque indefinitæ ſint acceptæ, aut negatiue, aut affirmatiue, uel ſecundum partem. Demonſtratio

monſtratio vero eadem,& per eoſdem términos.

Inutiles modi.




Miſtio neceſſarij & contingentis in ſecunda figura. Cap. 19.

VErum ſic hæc quidẽ propõnum ex necesſitate, illa vero contingere ſignificet, priuatiua exiſtente neceſſaria, erit ſylls, non ſolũ q contingit nõ ineſſe, ſed & qm̃ non ineſt: affirmatiua aũt non erit. Ponatur.n. A B nulli ex necesſitate ineſſe: C uero omni contingere cõuerſa igitur priuatiua, & B A nulli inerit. ſed A C omni contingit: fit igitur rurſus per primam figurã ſyllogiſmus, quòd B nulli C contingit ineſſe.

Primus modus concludens contingens quod equiualet ineſſe.



Simul aſit manifeſtũ,q̄ & B nulli C ineſt. ponatur.n. ineſſe: igitur ſi A B nulli cõtingit: B vero ineſt alicui C: A alicui C nó cõtingit: ſed omni ſupponebāt contingere.




Eiuſdem oſtenſio per impoſſibile.

Eodem pacto mõſtrābitur & ſi ad C põnatūr priuatinũ.




Secundus modus eiuſdem concludens quod primus.

Oſtenſio eiuſdem per impoſſibile



Rurſus,ſit prædicatiuum quidem neceſſarium, alterum vero priuatiuum & contingens: & A cõtingat nulli B: C vero omni inſit ex neceſſitate: ſic itaque ſe habẽtibus terminis, nullus fit ſyllogiſmus. accidit enim B ipſi C ex neceſſitate non ineſſe. Sit nanque A album, in quo B homo, in quo C cygnus album igitur cygno ex neceſſitate ineſt, homini vero cõtingit nulli, & homo nulli cygno ex neceſſitate. Quod igitur eius, quod eſt contingere non eſt ſyllogiſmus, manifeſtum eſt: nam quod ex neceſſitate, non erat contingens.

Inutilis modus.



Veruntamen

Veruntamen neque neceſſarij. neceſſarium nanque aut ex utriſq; neceſſarijs,aut ex priuatiua accidit. Am plius autem & licet his poſitis,B ipſi C ineſſe, nil.n.pro hibet C ſub B eſſe: A vero B omni contingere: C autẽ ex neceſſitate ineſſe. Vt ſi C eſset vigilatio, B aĩal,in quo A motus.nã uigilanti ex neceſſitate motus ineſt: animali uero omni contingit:& omne vigilans animal.



Manifeſtum itaque, quòd neque non inexiſtendi:ſiquidem ita ſe habentibus terminis, neceſſe eſt ineſſe. neq; utique oppoſitarum affirmationum. quare nullus erit ſyllogiſmus. Similiter autem oſtendetur ſi e conuerſo ponatur affirmatiua.



Modus inutilis.

Quod ſi eiuſdem figuræ ſint propoſitiones,cum priuatiue ſunt, ſemper fit ſyllogiſmus conuerſa propoſitione, quæ eſt ſecundum contingere, quemadmodum in prio-

in prioribus. Accipiatur enim A ipſi B ex neceſſitate non ineſſe: C autem contingere non ineſſe, conuerſis igitur propoſitionibus, B nulli A inerit: A uero omni C contingit: fit itaque prima figura.

Modus concludens cõtingens ex ambarũ cõuerſione.



Et ſi ad C ponatur priuatiuum ſimiliter.

Modus concludens cõtingens pluribus indigens cõuerſionibus, & præmiſſarũ trãſpoſitione.



Si autem

Si autem prædicatiue poſitæ fuerint , non erit ſyllogiſmus . nanque non inexiſtendi , aut ex neceſſitate non inexiſtendi, planum quòd non erit: propterea quòd non fuit accepta priuatiua propoſitio, neque in eo , quod eſt ineſſe, neque in eo quod eſt ex neceſsitate ineſſe. Sed neque eius, quòd eſt contingere non ineſſe, ex neceſsitate enim ſic ſe habentibus, B ipſi C non inerit, quemadmodum ſi A poneretur album, in quo B cygnus, C vero homo.




Modus utilis.

Neque utique oppoſitarum affirmationum:* quoniam monſtratum eſt B ipſi C ex neceſſitate non inexiſtens, non igitur fit ſyllogiſmus omnino. Similiter autem ſe habebit & in ſyllogiſmis in parte. Cum enim ſit priuatiuum, & vniuerſale, & neceſſarium, ſemper erit ſyllogiſmus, & eius quod eſt contingere non ineſſe, & eius quod eſt non ineſſe, demonſtratio autem eadem per conuerſionem.

* a.l. negationum vt Philopon. legit.


Al.non

Particularis modus concludens contingés,




Cum vero affirmatiuum, nunquam. eodem nanque pacto monſtrabitur, quo & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.

Modus inutilis.



Modus inutilis.



Neque quando vtræque fuerit acceptæ affirmatiue. huius enim eadem demonſtratio, quæ & prius.

Album



Modi inutiles.

Cũ vero vtræq; priuatiuæ,vlis aũt neceſſaria,quæ nõ ineſſe ſignat,per ea quidem,quæ ſumpta ſunt, non erit neceſſarium;ſed conuerſa propõne, quæ eſt ſm contingere,erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus.



Modus utilis, qui ambarum conuerſiones pficitur.

Quod ſi ambæ indefinitæ, aut in parte poſitæ fuerint,non erit ſyllogiſmus.demonſtratio autem eadem, & per eoſdem terminos.

P · Album

Modus inutilis.



Planũ itaq; ex dictis, ꝙ dum priuatiua vſr ponitur, & neceſſaria, ſemper fit ſyllogiſmus, nõ ſolũ eius, quod eſt contingere non ineſſe, ſed & eius quod eſt non ineſſe dum vero affirmatiua, nunquam. & ꝙ eodẽ modo ſe habentibus in neceſſarijs & inexiſtentibus, fit & non fit ſyllogiſmus. Sed & manifeſtum ꝙ omnes imperfecti ſyllogiſmi, & ꝙ perficiuntur per prædictas figuras.

Figura tertia ex ambabus contingentibus. Cap. 20.


IN poſtrema autem figura & vtriſque contingentibus & altera erit ſyllogiſmus. Cum itaque contingere ſignificent propõnes, & concluſio erit contingens, & qñ hęc quidẽ contingere, illa vero ineſſe. Cum vero altera neceſſaria poſita ſit. ſi affirmatiua quidem, non erit concluſio, neque neceſſaria, neq; inexiſtens, ſi autem priuatiua: inexiſtendi erit ſyllogiſmus, quẽadmodum in prioribus. Accipiendum vero & in his ſimi liter contingens quod in concluſionibus. Sint itaque primum contingentes: & A & B omni C contingant ineſſe. quoniam igitur conuertitur affirmatiuum in parte: B vero omni C contingit: & C alicui B contingit: quare, ſi A quidem omni contingit C: C autem alicui B: neceſſe & A, alicui B contingere: fit enim prima figura.

Motus



Primus modus concludens cõtingẽs qui per conuerſionem oſtenditur.


Et ſi A contingit nulli C ineſſe: B uero omni C contingeret, neceſſe & A alicui B contingere nõ ineſſe. erit enim rurſus prima figura per conuerſionem.



Secundus modus cõcludens cõtingens per minoris cõuerſionem.

Quod ſi vtræque priuatiuæ poſitæ fuerint, ex ipſis quidem aſſumptis non erit neceſſarium, ſed conuerſis propoſitionibus, erit ſyllogiſmus, quemadmodum in prioribus. nanque ſi A & B contingit non ineſſe, ſi tranſumptum fuerit contingere non ineſſe, rurſus erit prima figura per conuerſionem.

Tertius modus, qui ambarum conuerſione cō cludit contingens.



Si vero hic quidem terminorum eſt vniuerſaliter, ille in parte, eodem pacto ſe habentibus terminis, quo in eo quod eſt ineſſe, erit & non erit ſyllogiſmus. Contingat enim A omni C ineſſe: B autem alicui C: erit itaque prima figura, propoſitione conuerſa, quæ eſt in parte. nam ſi A omni C: C vero alicui A: igitur alicui B contingit.

Motus



Alius modus concludens cõtin.


Et ſi ad B C poſitum fuerit uniuerſale conſimiliter.




Alius idem concludẽs.

Itidem & ſi A C ſit priuatiuum: B C uero affirmatiuum, erit rurſus prima figura per conuerſionem.

Modus concludens cótingens negatiuum.




Sin auté vtræque poſitæ fuerint priuatiuæ, hæc vl̄r, illa in parte, per ipſa aſſumpta nó erit ſyllogiſmus, ſed conuerſis erit, quemadmodum in prioribus.



Cum

Cum vero vtræque indefinitæ, aut in parte acceptæ ſint,non erit ſyllſ:neceſſe etenim, A omni & nulli B ineſſe. Termini inexiſtendi, animal,homo, album: non inexiſtendi,equus,homo,album.



Modi particulares inutiles.

Medium album.

Miſtio inexiſtentis & contingentis in tertia figura. Cap. 21.

SI aũt hæc quidem propõnum inexiſtere, illa vero ſignificet contingere, concľo erit, ꝙ cõtingit,& nõ ꝙ ineſt:ſyllſ autẽ erit, eodem modo ſe habẽtibus terminis,quo & in prioribus. Sint.n.primũ prædicatiue,& A omni inſit C: B vero omni contingat ineſſe: conuerſo igiť B C,prima erit figura, & cõcluſio, ꝙ cõtingit A alicui B ineſſe: nã qñ in prima figura propõnum altera ſignificet cõtingere,concluſio erat cõtingens.Conſimiliter autẽ & ſi B C ineſſe, A C vero contingit ineſſe.



Duo modi vniuerſales concludentes contingens.


Et ſi A C quidẽ priuatiuũ: B C aũt prædicatiuũ: ſit aũt vtrũuis, utroq; modo erit cõcluſio cõtingẽs: ſit. n. rurſus prima figura. Monſtratũ uero eſt q dũ altera propõ in ipſa contingere ſignat, & concluſio erit contingens.

Modi idem concludentes.



Sed ſi contingens priuatiuum ad minus extremum poſitum fuerit, vel & ambo ponantur priuatiua, per ipſa quidem poſita non erit ſyllogiſmus: cõuerſis autem erit, quemadmodum in prioribus.


Duplici cõtingẽtis cõuerſione, cõcludens contingens.



Si aũt hæc quidem propõnum,vl̃r, illa vero in parte ſit,utriſque prædicatiuis exiſtẽtibus: aut ea priuatiua, quæ vl̃r,affirmatiua vero quæ in parte,idẽ erit ſyllogiſmorum modus:omnes enim per primam concluduntur figuram.quare manifeſtum , ꝙ eius, quod eſt contingere,& non eius quod eſt ineſſe,erit ſyllogiſmus.



Quatuor modi affirmatiui particulares cõcludẽtes cõtingẽs,quorum primi duo probãtur minoris cõuerſione, reliqui binis conuerſionibus.




Duo modi particulares concludentes contingens,

Quòd


Quod ſi affirmatiua vniuerſaliter, priuatiua vero in parte per impoſſibile erit demonſtratio. inſit. n. B omni C: A vero contingat alicui C non ineſſe: neceſſe eſt igitur, A alicui B contingere non ineſſe. nanque ſi A inerit ex neceſſitate omni B: B vero omni C ponit ineſſe: A omni C ex neceſſitate inerit. Hoc autem monſtratū prius, verum ſupponebatur alicui contingere non ineſſe.

Modus negatiuus per impoſſibile mōſtratus.



Sed cum indefinitę, aut in parte utræque fuerint acceptę, non erit ſyllogiſmus. Demonſtratio autem eadem, quæ & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.

Modi particulares indefiniti & inutiles.



Miſtio

Miſtio neceſſarij & contingentis in tertia figura. Cap. 22.

VErnm ſi eſt hæc quidem propõnum neceſſaria, illa vero contingens termini ſi ſunt prædicatiui ſemper eius, quod eſt contingere, erit ſylľs. Cum uero ſit hoc quidẽ prædicatiuũ, illud aũt priuatiuum, ſi affirmatiuũ ſit neceſſariũ, eius erit quod eſt con tingere, non ineſſe, ſi uero priuatiuũ & eius, quod eſt cõ tingere, & eius quod eſt nõ ineſſe. Sed eius, quod eſt, ex neceſſitate non ineſſe, non erit ſyllogiſmus, quẽadmodum neque in alijs figuris. Sint itaque prædicatiui prĩ muni termini, & A omni C inſit ex neceſsitate: B vero contingat ineſſe omni C: quoniam itaque, A omni C ex neceſſitate: C vero alicui B contingit: & A alicui B contingens erit & non inexiſtens. Sic enim accidebat, & in prima figura. ſimiliter autem oſtendetur, & ſi B C neceſſarium poſitum fuerit, A C vero contingens.



Duo modi concludentes contingens.

Iterum

Iterum, ſit hoc prædicatiuum, illud priuatiuum, ſed prædicatiuum neceſſarium, & A contingat nulli C ineſſe: B vero omni inſit C ex neceſſitate: erit itaque rurſus prima figura, & concluſio cõtingens, ſed non inexiſtere. Etenim priuatiua propoſitio contingere ſignificat. Planum igitur quòd concluſio erit contingens. nanque cum ſic ſe haberent in prima figura propoſitiones, & concluſio erat contingens.

Alius cõcludens contingens.



Sed ſi priuatiua propoſitio neceſſaria, & concluſio erit, quòd contingit alicui non ineſſe, & quòd non ineſt. Ponatur enim A nulli C ineſſe ex neceſſitate: B vero omni contingere: conuerſo itaque B C affirmatiuo, prima erit figura, & neceſſaria priuatiua propoſitio. verum, quando ita ſe haberent propoſitiones, accidebat A ipſi C, & contingere alicui ineſſe, & non ineſſe: quare & A ipſi B neceſſe alicui non ineſſe.

Lapis



Modus concludens de ineſſe.

Cũ uero priuatiuũ ad minus extremum poſitum fuerit, ſi contingens quidem erit ſyllogiſmus tranſumpta propoſitione, quemadmodum in prioribus.




Modus duplici contingentis conuerſione cõcludens cõtingens.

Si


Si vero neceſſarium non erit.etenim omni neceſſe, & nulli cõtingit ineſſe. Termini,ꝙ oĩ inſit,ſomnus,equus, dormiẽs,homo: ꝙ nulli,ſomnus,equus vigilãs, homo.

Modus inutilis.



Similiter autem ſe habebit, & ſi hic terminorum vniuerſaliter,ille in parte ad medium. nam cum prædicatiui fuerint vtrique, eius quod eſt contingere, & non eius,quod eſt ineſſe,erit ſyllogiſmus.

Modi particulares affirmatiui cõcludẽtes contingens qui conuerſione & pręmiſſarum trãſpoſitione mõſtrantur.



Et quando hoc quidem priuatiuum acceptum fuerit,illud

lud vero affirmatiuum, ſed neceſſarium affirmatiuum eius quod eſt contingere.



Modus contingentis q minoris cō uerſione mōſtratur



Alius contingentis modus, qui per impoſſibile mōn-


Quando autem priuatiuum neceſſarium, & concluſio erit eius, quod eſt non ineſſe. idem nanque monſtrationis modus, & vniuerſaliter, & non vniuerſaliter terminis exiſtentibus: neceſſe etenim per primā figuram

guram ſyllogiſmos perfici. quare quemadmodum in illis, & in his neceſſarium accidit.



Modus concludens de ineſſe, qui minoris cõuerſione oſtenditur.


Cum vero priuatiuum uniuerſaliter acceptum ad minus poſitum fuerit extremum, ſi quidem contingens erit ſyllogiſmus per conuerſionem.



Modus contingentis, q triplici conuerſione oſtenditur, & præmiſſarum trãſpoſitione.

Sin

Sin autem neceſſarium, non erit, monſtrabitur autem eodem pacto, quo & in vniuerſalibus, & per eoſdem terminos.



Modus inutilis.

Manifeſtum ergo & in hac figura, quando & quomodo erit ſyllogiſmus, & quando contingendi, & quando inexiſtendi. Palam autem & quod omnes imperfecti, & quod perficiuntur per primam figuram.

Quod figuræ ſyllogiſmorum ſunt tantum tres. Cap. XX.

QVòd igitur ſyllogiſmi, qui in his ſunt figuris, per vniuerſales perficiuntur ſyllogiſmos qui in prima figura, & in iſtos reducuntur, planum ex dictis. Quod autem ſimpliciter omnis ſyllogiſmus ita ſe habebit, nunc erit manifeſtum, quando monſtratum fuerit ſyllogiſmum omnem per harum aliquam figuram effici. Neceſſe igitur omnem demonſtrationem, atq; omnem ſyllogiſmum, aut inexiſtens quippiam, aut non inexiſtens monſtrare: & hoc, aut vniuerſaliter, aut ſecundum partem. Amplius, aut oſtenſiue, aut ex ſuppoſitiue, eius vero qui eſt ex ſuppoſitione, pars eſt qui per impoſſibile. Primum itaq; dicamus de oſtenſiuis: his enim oſtenſis, planum erit & in his qui ad impoſſibile, & omnino de his, qui ex ſuppoſitione. Si igitur oporteat, A de B ratiocinari, vt inexiſtens, aut non inexiſtens, neceſſe eſt accipere ali-


De ſyllogiſmo oſtenſiuo.

quid de aliquo. Si ergo A de B acceptum fuerit, quod eſt A principio ſumptum erit. ſin autem de C, C vero de nullo: neq; aliud de illo, neq; de A alterum, nullus erit ſyllogiſmus, eo enim ꝙ vnum de vno fit acceptũ, nil accidit ex neceſſitate, quare aſſumenda & altera propoſitio.

Animal.	*Homo.*	*Animal.*	*Rationale.*
A	B.	A	C


Si itaq; A de alio fuerit acceptum, aut aliud de A, aut de C alterum, eſſe quidem ſyllogiſmum nihil prohibet: ad B tamen non erit per accepta. neque quando C alteri: & illud alij. & hoc alteri: non fuerit autem ad B copulatum, nec ſic erit ad B ipſius A ſyllogiſmus.

Modi nõ cõcludẽtes qđ propoſitũ.



Omnino enim diximus, ꝙ nullus vnquam erit ſyllogiſmus alius de alio, non accepto aliquo medio, quod ad

ad vtrunque ſe habet quodammodo prædicationibus. Syllogiſmus nāq; ſimpliciter ex propoſitionibus eſt: ad hoc autem ſyllogiſmus ex propoſitionibus ad hoc. qui autem eſt huius ad hoc per propoſitiones huius ad hoc, ſed impoſſibile eſt ad B propoſitionem capere nihil de ipſo aut prædicantes, aut negantes: aut iterū ipſius A ad B, nihil commune accipientes: verum de vtroq; ſigillatim quædam prædicantes, aut negantes. quare accipiendum medium aliquod vtrorunq;, quod prædicationes copulabit: ſiquidem erit huius ad hoc ſyllogiſmus. Si igitur neceſſe quidem eſt accipere ad vtraq; cōmune, hoc autem tripliciter contingit: aut.n. A de C, & C de B prædicaturos: aut C de vtriſq;, aut vtraq; de C, hæ vero ſunt tres dictæ figuræ: planum ſyllogiſmum omnem neceſſarium fieri per harum aliquam figurarum. eadem enim ratio & ſi per plura copulatur ad B. eadem nanq; erit figura & in pluribus.




Modi nō cōcludētes, ꝓpoſitū trib9 modis variantur.

De ſyllogiſmis ad impoſſibile.

Quòd igitur oſtenſiui omnes concluduntur per prędictas figuras, manifeſtum. Quòd autem & qui ad impoſſibile planum erit per hæc. omnes enim per impoſſibile concludentes, falſum quidem ratiocinantur. quod autem a principio ex ſuppoſitione monſtrant, cum impoſſibile aliquid accidat contradictione poſita. vt quòd diameter incommenſurabilis, eo quòd imparia æqualia paribus fiunt, ſi fuerit poſita commenſurabilis. æqualia igitur fieri imparia paribus ratiocinatur: diametrum vero incommenſurabilem eſſe, ex ſuppoſitionem monſtrat, quoniam falſum accidit propter contradictionem. hoc enim erat per impoſſibile ratiocinari, aliquid monſtrare per impoſſibile propter ſuppoſitionem, quæ ex principio.

Mõſtrat q diameter ſit ipſi lateri incõmenſurabilis.



Quare quoniam falſi ſyllogiſmus fit oſtenſiuus in his, quæ ad impoſſibile deducuntur: oſtenſiuos autem prius diximus, quòd per has concluduntur figuras: manifeſtum quòd per impoſſibile ſyllogiſmi per has erunt figuras. Conſimiliter & alij omnes,


nes, qui ex ſuppoſitione. in omnibus enim ſyllogiſmus quidem fit ad tranſumptum: quod autem ex principio, concluditur per confeſſionem, aut aliquam aliam ſuppoſitionem. quod ſi hoc verum, omnem demonſtrationem & omnem ſyllogiſmum neceſſe fieri per tres prædictas figuras. Hoc autem monſtrato, planum & quod omnis ſyllogiſmus perficitur per primam figuram, & reducitur ad vniuerſales ſyllogiſmos, qui in hac ſunt.

De ſyllogiſmis ex ſuppoſitione.

De qualitate & quantitate terminorum ſyllogiſmi. Cap. XXIIII.

Amplius autem in omni oportet terminorum aliquem prædicatiuum eſſe, & vniuerſale exiſtere. nam ſine vniuerſali, aut non erit ſyllogiſmus aut non ad poſitum, aut quod ex principio petetur. ponatur enim muſicam voluptatem eſſe ſtudioſam. ſi itaque quiſpiam cenſeat voluptatem eſſe ſtudioſam, non addens omnem, non erit ſyllogiſmus. ſi vero aliquam voluptatem eſſe ſtudioſam, ſi quidem aliam, nihil ad poſitum. ſin autem ipſam hanc, quod ex principio accipit. Sed magis efficitur manifeſtum in deſcriptionibus. vt quod æquicruris æquales, qui ad baſin. ſint enim ad centrum ductæ, A B. ſi igitur æqualem accipiat A C D angulum ipſi B D C non omnino exiſtimans æquales angulos, qui ſemicirculorum. & rurſus C ipſi D, non omnem aſſumens cum qui ſecti: amplius ab æqualibus exiſtentibus totis angulis & ablatorum æquales eſſe reliquos, E F quod ex principio petet. niſi acceperit ab æqualibus, æqualibus demptis, æqualia derelinqui.

Quòd anguli ęquicruris, q̃ ſupra baſim ſunt, ſint inter ſe ęquales.




Planũ igĩt, ꝙ in omnĩ oportet vr̃e exiſtere. & ꝙ vr̃e quidẽ ex oĩbus terminis vr̃r mõſtrat̃:qđ aũt in parte,& ſic & illo modo. Quare,ſi cõcluſio quidẽ vr̃r ſit,& terminos neceſſe vr̃r eſſe:ſi vero termini vr̃r,cõtingit ꝯcluſionẽ nõ eſſe vr̃r.Manifeſtũ ẽt ꝙ & in omnĩ ſyllogiſmo aut vtraſq;, aut alterã ꝓpoſitionẽ ſimilẽ neceſſe fieri cõcluſioni. Dico aũt nõ ſolum affirmatiuã, aut priuatiuã,ſed neceſſariã, aut inexiſtẽtẽ,aut cõtingẽtẽ.Cõſiderare vero oportet & alia prędicamẽta.Planũ autem & ſimpliciter,quãdo erit,& quãdo nõ erit ſyllogiſmus.& qñ poſſibilis,& qñ perfectus: & ꝙ ſi fuerit ſylls, neceſſariũ eſt ſe hẽre terminos ſẽm aliquẽ dictorũ modorũ.

Quemuis ſyllogiſmum componi ex tribus terminis,& duabus propoſitionibus: quo item modo ex terminorũ additione augeant̃ propoſitiones ac concluſiones. Cap. XXV.

SEd manifeſtum & ꝙ omnis demonſtratio erit per tres terminos,& non plures:niſi per alios & alios eadem concluſio fiat.vt E,per A B, & per C D.

Animal



Eadẽ cõcluſio qũo ĩ eadẽ figura ꝑ diuerſos terminos oſtẽdatur.


Aut per A B, & A C, per B C. plura nanq; media eorundem eſſe nihil prohibet. his autem exiſtentibus, non vnus, ſed plures ſunt ſyllogiſmi.



Eodem medio eadem mõſtrat̃ cõcluſio diuerſimode ĩ tribus figuris.

Aut rurſus, quando vtrunque A B, per ſyllogiſmum fuerit acceptum, vt A per D E, & rurſum B, per F G: aut hoc inductione, illud ſyllogiſmo. verum & ſic plures ſyllogiſmi: plures nanque concluſiones ſunt, vt A, & B, & C.


Cōcluſio oſtēſa ꝑ ſyllogiſmū, & ꝑ ſylłm.



Si igitur non plures, ſed vnus, ſic accidit per plura eandem fieri concluſionem. vt vero C, per ea quæ ſunt, A B, impoſſibile. Sit enim E concluſum ex A B, C D. ergo neceſſe eſt ipſorum aliquid aliud ad aliud acceptū eſſe, hoc quidem vt totum, illud vero vt pars. hoc enim prius oſtenſum eſt, ꝙ ſi fuerit ſyllogiſmus, neceſſe eſt terminorū aliquos ita ſe habere. Sic igitur ſe habeat A ad B: eſt itaq; aliqua ex ipſis concluſio. aut ergo E, aut eorum, quæ C D, alterum, aut aliud quippiam præter hæc. & ſi E quidem ex A B, tantum ſyllogiſmus vtique eſſet. C D vero, ſi quidem ſic ſe habent, vt ſit hoc, vt totum, illud, vt pars, erit aliquid & ex illis: aut E, aut eorum quę A B alterum, vel aliud quippiam preter hæc. Et ſi E quidem, aut eorum quæ A B alterum, vel plures erunt ſylłi, aut vt contingebat idem per plures terminos concludi accidit. ſi vero aliud præter hæc, plures erunt, & inconiuncti ſyllogiſmi ad ſeinuicem. ꝙ ſi non ita ſe habeat C ad D, vt faciat ſyllogiſmum, fruſtra erunt accepta, niſi inductionis* aut occultationis, aut alicuius alius talium gratia. Si autem ex A B non E, ſed aliud quid ſit concluſio, ex C D vero, aut horum alterum, aut aliud quiddam præter hæc, & plures ſiunt ſyllogiſmi, & non ipſius ſuppoſiti: ſuppoſitum nāque fuerat ſyllogiſmum eſſe ipſius E. Si autem ex C D, nulla* efficitur concluſio, fruſtra accepta ea fuiſſe accidit, ac ſyllogiſmum non eſſe eius, quod a principio. quare planum ꝙ omnis demonſtratio, & omnis ſyllogiſmus erit ſolum per tres terminos.


*Sicut Alexā. & alij legūt Burana vero habet ἀπαγωγῆς & legit abductionis. Alexan. & Philop. legūt hęc verba affirmatiue ſi aūt ex C D, nulla, & dicunt ꝙ corrupte leguntur in oībus codicibus, debēt .n. legi, ꝙ ſi ex A B nulla cōcluſio efficitur.

Cum



Oſtenditur omnẽ ſyllogiſmũ conſtare ex tribus termis.

Cum autẽ hoc planum ſit, manifeſtũ ꝙ & ex duabus propõnibus, & non pluribus. tres nanque termini, duæ ſunt propõnes, niſi aſſumatur quemadmodũ ex principio dictũ eſt ad ſyl̃rum perfectionẽ. Planum itaq; ꝙ in qua ratione ſyllogiſtica non ſunt pares propoſitiones, per quas concluſio propria fit (quaſdã nanq; ex ſuperioribus cõcluſionibus, neceſſe eſt ꝓpoſitiones eſſe) hæc ratio aut non eſt ratiocinata, aut plura neceſſarijs interrogauit ad poſitionẽ. Si itaq; ſyllogiſmi ſecundũ proprias accipiantur propoſitiones, omnis erit ſyl̃us ex propoſitionibus quidem paribus, ex terminis autem imparibus: vno nanque plures termini quàm propoſitiones. concluſiones vero dimidium propoſitionum.




Simplex modus.

Sed

Sed cum per proſyllogiſmos concluduntur, aut per plura media non continua, vt A B, per C D, multitudo quidem terminorum conſimiliter vno ſuperabit propoſitiones.aut enim extrinſecus,aut ad medium ponetur intercidens terminus: vtroque autem modo accidit interualla vno minora eſſe terminis. Propoſitiones vero æquales ſunt interuallis, non tamen pares ſemper erunt, illi autem impares. ſed viciſſim, quando propoſitiones pares,impares termini, cum vero pares termini, propoſitiones impares: ſimul enim cum termino vna additur propoſitio, vndecunque addatur terminus.quare,quoniam illæ pares,iſti impares erũt, neceſſe eſt permutari,cum eadem fiat appoſitio. Concluſiones vero non etiam enndem habebunt ordinem, neque ad terminos, neque ad propoſitiones. cum enim vnus terminus additur, concluſiones addentur vno pauciores,præexiſtentibus terminis: ad ſolum nanque vltimum non facit concluſionem, ſed ad alios omnes. Veluti ſi A B C adijciatur ipſum D, ſtatim & concluſiones duæ adijciuntur, & quæ ad A, & quæ ad B. Conſimiliter autem & in alijs, Verum & ſi ad medium intercidat, eodem modo: ad vnum nanque ſolum nõ faciet ſyllogiſmum. quare multo plures concluſiones erunt & terminis & propoſitionibus.

Riſibile.	Rõnale	Diſciplinabile	Hõ
A	D	B	C
A	B	C	D
A	C	D	B



Quænam

Quænam problemata facile, ac difficile in vnaquaq; figura concludantur. Cap. 26.

QVoniam autẽ habemus de quibus ſylli,& quale in vnaquaq; figura,& quot modis monſtratur,manifeſtũ nobis eſt & quale problema difficile,& quale bene argumentabile. quod enim in pluribus figuris, & per plures caſus concluditur, facilius: quod autem in paucioribus & per pauciores,difficilius argumẽtabile. Vniuerſale itaq; affirmatiuũ per ſolam primã monſtratur figurã, & per hanc vno tantũ modo. Priuatiuũ autem & per primã & per mediã.ac per primã quidẽ vno ſolum modo,per mediã vero dupliciter. Sed affirmatiuũ in parte per primã & per vltimã: vno tantũ modo per primã,trifariam autẽ per vltimã. Priuatiuũ vero ſecundum partẽ in oĩbus figuris monſtratur: verum in prima quidem ſemel, in media vero atq; vltima,in illa bifariã,in hac tripliciter. Planum itaq; quod vle prædicatiuũ conſtruere quidẽ difficillimum, deſtruere vero facilius. Omnino autẽ tollere vlia facilius,quam ea quæ ſunt in parte.nanque & ſi nulli, & ſi alicui non inſit,ſublatũ eſt. horum autẽ alicui quidem non in omnibus monſtratur figuris: nulli vero,in duabus.Eodem aũt modo & in priuatiuis.nanque & ſi omni & ſi alicui,ſublatũ eſt quod à principio: hoc aũt erat in duabus figuris.In ijs vero,quæ ſunt in parte,vno tantum modo,aut omni,aut nulli oſtendentem ineſſe.Sed conſtruenti,faciliora quæ in parte. nanque & in pluribus figuris & per plures caſus. Et omnino non oportet latere, quòd deſtruere per ſeinuicem eſt, & vle per ea, quæ ſunt in parte,& hæc per vlia . conſtruere vero non eſt vle per ea, quæ ſunt ſecundũ partẽ, ſed per illa hæc eſt. Simul autẽ manifeſtum q; & deſtruere facilius eſt, quã cõſtruere. Qũo igĩ efficiaĩ ois ſyllus,& per quot terminos ac propõnes,& qũo ſe habentes inuicem: amplius,quale ꝓblema in vnaquaq; figura,& quale in pluribus,& quale in paucioribꝰ monſtraĩ, planũ ex dictis. Facilius eſt deſtruere quam conſtruere.

Sectum

SECTVM SECVNDVM

De propoſitionum copia, & de medij ſyllogiſtici inuentione.

Quomodo ſint inueniendæ propoſitiones. Caput primum.

QVOMODO autem abundabimus ſyllogiſmis, ipſi ſemper ad poſitum, & ꝑ qualem viam accipiemus principia, quæ circa vnumquodque, iam nunc dicendum. non enim ſolum fortaſſe oportet generationē conſiderare ſyllogiſmorum, verum & faciendi potētiam habere. Omnium itaque entium, hæc quidem talia ſunt, vt de nullo vere vniuerſaliter prædicentur, vt Cleon & Callias, & * quod ſecundum, vnumquodque & ſenſibile: de his autem alia: etenim horum vterque homo & animal eſt: illa vero, ipſa quidem de alijs prædicantur, de his autem alia prius non prædicantur, ſed alia & ipſa de alijs, & de ipſis alia: vt homo de Callia, & de homine animal. Quòd igitur entium quædā de nullo apta nata ſunt dici, manifeſtum. ferme enim ſenſibilium vnumquodque tale eſt, vt de nullo prædicetur, niſi vt accidens. dicimus nanque aliquando album illud Socratem eſſe: & hoc veniens Calliam. Quod autem & ſurſum tendentibus, ſtatur aliquando, rurſus dicemus: nunc vero ſit hoc poſitum. De his igitur non eſt demonſtrare alterum prædicatum. niſi ſecundum opinionem: ſed hæc de alijs. neque quæ ſecundum * ſingula de alijs, ſed alia de illis. quæ vero intermedia ſunt, planum, quòd vtroque modo contingunt. nanque & ipſa de alijs, & alia de his dicentur: & quaſi rationes & conſiderationes ſunt

*a.l.ſingulare.

*a.l.ſingularia.

maxime

maxime de his. Oportet itaque propoſitiones circa vnumquodque horum ſic ſumere. ſupponentem ipſum primum & diffinitiones, & quæcunque propria rei ſunt: deinde poſt hoc quæcunque rem ſequuntur. ac rurſus, quæ res ſequitur, & quæcunque non contingunt ipſi ineſſe, quibus autem ipſum non contingit, non eligendum, eo quod conuertitur priuatiuum. Diuidenda autem ſunt & conſequentium, quæcunque in eo quod quid eſt: & quæcunque vt propria, & quæcunque vt accidentia prædicantur: & horum qualia ex opinione, & qualia ſecundum veritatem. quanto enim pluribus talibus abundauerit quiſpiam, citius concluſionem aſſequetur, quanto autem verioribus, magis demonſtrabit. Oportet autem eligere non quæ aliquod ſequuntur, ſed quæ totam rem ſequuntur: quemadmodum non quid aliquem hominem, ſed quid omnem hominem ſequitur. per vniuerſales nanque propoſitiones fit ſyllogiſmus. nanque quum eſt indefinitum, incertum, ſi vniuerſalis propoſitio eſt, cum vero definitum, planum. Similiter autem eligendum, & quę ipſum ſequitur tota, ob dictam cauſam: ipſum vero conſequens non aſſumendum totum ſequi, dico autem veluti, hominem, omne animal, aut muſicam ſcientiam omnē: ſed tantum ſimpliciter ſequi, quemadmodum & protendimus. nanque inutile alterum, & impoſſibile: vt omnem hominem eſſe omne animal, aut iuſtitiam omne bonum, ſed ex quo ſequitur, in illo omni dicitur. Sed cum ab aliquo contineatur ſubiectum, quod conſequentia oportet accipere, quæ ſequuntur vniuerſale, vel non ſequuntur, non eligenda in his: ſunt enim in illis accepta, quæcunque enim animal, & hominem ſequuntur, & quæcunque non inſunt, conſimiliter. Quæ vero circa vnumquodque propria accipiendum. ſunt enim quædam ſpeciei propria præter genus: neceſſe nanque diuerſis ſpeciebus propria quædam ineſſe. Neque igitur vniuerſalis eligenda, quæ ſequitur quod continetur: vt animali, quæ ſequitur homo. neceſſe enim ſi hominem ſequitur

animal

animal, & hęc omnia ſequi. conuenientiora autem hæc hominis electionis. Aſſumenda vero & quæ vt plurimum ſequuntur, & quę ſequitur. Problematum nanque vt plurimum & ſyllogiſmus ex propoſitionibus vt plurimum, aut omnibus, aut aliquibus: ſimilis nanque vniuſcuiuſque concluſio principijs. Amplius quæ omnia ſequuntur, non eligendum. non enim erit ex ipſis ſyllogiſmus. ob quam autem cauſam in ſequentibus erit manifeſtum.

Quomodo media in quouis ſyllogiſmorum genere inuenienda, & quo pacto conſtruendi ſint ſyllogiſmi. Cap. 2.

CONſtruere igitur volentibus aliquid de aliquo toto, aſpiciendũ quidem in ſubiecta, eius quod cõſtruitur, de quibus ipſum dicitur: de quo autem oportet prędicari, quæcunq; hoc ſequuntur. ſi nanque horum aliquid idẽ fuerit, neceſſe eſt alterum alteri ineſſe. Si vero non quod omni, ſed quod alicui, quæ ſequitur vtrunque. ſi enim horum aliquid idẽ, neceſſe alicui ineſſe. Quando autem nulli oporteat ineſſe, cui non eſt opus ineſſe ad ſequentia. quod autem oportet non ineſſe, in quæ non contingunt ipſi ineſſe. aut econuerſo, cui quidem oportet non ineſſe, quæ non contingũt ipſi ineſſe: quod autem non ineſſe, in conſequentia. cum enim hæc vtralibet eadem fuerint, nulli contingit alteri alterũ ineſſe. fit enim quandoq; quidẽ qui in prima figura ſyllogiſmus, quandoq; autẽ qui in media. Quod ſi alicui non ineſſe, cui quidem oportet non ineſſe, quæ ſequitur: ꝙ autem non ineſſe, quæ non poſſunt ipſi ineſſe. ſi enim horum alicui idem ſit, neceſſe alicui non ineſſe. Sed magis fortaſſe ſic erit vnũquodq; dictorum manifeſtum. Sint enim conſequentia A, in quibus B: quæ vero ipſum ſequitur, in quibus C. quæ autem non contingunt ipſi ineſſe, in quibus D. Rurſus ipſi E, inexiſtẽtia, in quibus F, quæ vero ipſum ſequitur in quib⁹ G. quæ aũt nõ contingũt ipſi ineſſe in quib⁹ H.

Figura

Cōſeqn tia. B Bonū. Vtile Eligibile per ſe quendū familiare. Compē dioſum Conferens appetibile, Repugnā:ia bono. Fugiendum. Nocēs,

D Malū ñ cōferēs diſpendioſum Alienū Dānoſū Inutile Ipfectū. Turpe.

Añtia bonum Felicitas bōa hītudo. Sanitas ỹtutes. qđ ſcđ; naturā. pfectū. cui' gr̄a

C Opatio ſecūdū uirtutē.



F. Cōſequentia uoluptatem. Placitū nō laborioſum ñ triſte non timoroſū Opatio ſine ſpe dimēto Applicabile ſcđ; nāz Imperturbabile. Eligibile, mot' lenis.


H. repugnantia voluptati. Aegritudo. Labor triſtitia Timor Indigētia. Quod p̄ter nāz. Añtia voluptatem Sanitas Abūdātia bōa gr̄a bona ppagatio.

G. Opō ſcđ; virtutē trāqllitas.

Si itaque


Si itaque aliquid eorum, quæ C, idem erit alicui eorum, quæ F, neceſſe eſt A omni E ineſſe: nanque F omni E, A vero omni C: quare A omni E.

Modus concludẽs vniuerſalẽ affirmatiuam.



Quod ſi C, & G idem, neceſſe A ineſſe alicui eorum, quæ E. nanque A ipſi C: E autem ſequitur omne C.

Modi concludentes particularẽ affirmatiuã q reducuntur ad primam, vt ſupra.




Si vero F, & D idem, nulli eorum, quæ E A, inerit ex pro ſyllogiſmo, quoniam enim conuertitur priuatiuum & F ipſi D idem, nulli eorum, quæ F, inerit A: F autem omni E.

Bonum



Mod. ad vniuerſalem negatiuam prius in ſecũda ex pſyllogiſmo, deinde ĩ prima per conuerſionem.

Rurſus ſi B & H idem, nulli eorum, quæ E, inerit A. nã B omni A: nulli vero inerit eorum in quibus E, idem nãque erat ipſi H: H autem nulli E inerat.



Modi ad vniuerſalem negatiuam.

R Quod

Quod ſi D,& G idem, A alicui E non inerit. ipſi nanque G non inerit A: quoniam neque ipſi D : G autem eſt ſub E: quare alicui E non inerit A.

Modi ad pticularẽ affirmatiã ĩ tertia figura,& in prima p cõuerſionẽ.



Si vero ipſi G B idem, conuerſus fit ſyllogiſmus. G nãque inerit omni A: B enim omni A: E vero ipſi B: nam idẽ erat ipſi G. A autem omni quidem E non neceſſe ineſſe: alicui vero neceſſe: eo quod, quę ſecundum partem cum vniuerſali prędicatione conuertitur.

Modus ad particularẽ affirmatiuã, per concluſionis cõuerſionem.



Planum


Planum itaque, quòd ad prædicta inſpiciendum vtriuſque ſecundum vnumquodque problema. per hæc enim omnes ſyllogiſmi. Oportet autem & conſequentium & quæ conſequitur vtrunque, ad prima & vniuerſalia maxime inſpicere. vt ipſius E magis ad K F, quam ad F ſolum: ipſius autem A ad K C, quàm ad C ſolum. Si enim A ineſt K F, & F, & E inerit. quòd ſi non ſequitur ex hoc, accidit ipſum F ſequi. Conſimiliter autem & in quibus ipſum ſequitur, conſiderandum. ſi enim prima, & quæ ſub illa ſequitur. quòd ſi non hæc, ſed quæ ſub hæc, accidit. Palam vero, & quòd per tres terminos ac binas propoſitiones conſideratio, & per prædictas figuras ſyllogiſmi omnes. monſtratur nanque. A ineſſe omni E, quando eorum quæ C & F idem aliquid acceptum fuerit. hoc autem erit medium: extrema vero A & E. fit itaque prima figura. Sed alicui, quando C & G ſumptum ſit, hæc autem vltima figura: medium enim fit G. Nulli vero quando D & F idem. ſic autem & prima figura & media. prima quidem, quòd A ineſt nulli F (ſi quidem conuertitur priuatiuum) F autem omni E. media vero, quoniam D nulli A: E autem omni ineſt. Verum alicui non ineſſe, quando D & G idem ſit. hoc autem vltima figura: A nanque nulli G inerit, E vero omni G. Planum itaque, quòd per prędictas figuras ſyllogiſmi omnes, & quòd non eligenda quęcunque omnia ſequuntur, eo q nullus ex ipſis fit ſyllogiſmus. conſtruere nanque penitus non erat ex ſequentibus. priuatiue autem non contingit per id, quod omnia ſequitur: oportet enim huic quidem ineſſe, illi vero non ineſſe. Manifeſtum autem, quòd & aliæ conſiderationes eorum, quæ ſunt ſecundum electiones, inutiles ſunt ad faciendum ſyllogiſmum. quemadmodum ſi conſequentia utrunque, eadem ſunt. aut ſi quę ſequitur A, & quæ non contingunt ipſi E. aut quodcunque rurſus non accidit vtrique ineſſe. non enim efficitur ſyllogiſmus per hæc. nanque ſi conſequentia eadem, ut B & F, fit media figura, prędicatiuas habens utraſque propoſitiones.

Inconſiſtẽs ex duabus affirmatiuis.




Sinautem quæ ſequitur A, & quæ non cõtingunt ipſi E, vt C & H, prima figura priuatiuam habens propoſitionem, quæ ad minus extremum.

Inconſiſtẽs ex minori negatiua in prima figura, ob eandem rationem.



Si vero quotcunque non contingunt vtrique, vt D & H, priuatiuo ambæ propoſitiones, aut in prima, aut in media figura. ſic autem nullo modo ſyllogiſmus.


Sed



Inconſiſtẽtes ex duabus negatiuis eadẽ ratione.


Sed manifeſtum & qualia eadem accipienda, quæ ſecundum inſpectionem, & non qualia diuerſa, aut contraria. primum quidem, quoniam inſpectio medij gratia: medium vero non diuerſum, ſed idem oportet accipere. poſtea & in quocunque accidit fieri ſyllogiſmum, eo quòd fuere accepta contraria, aut non contingentia eidem ineſſe, in prædictos omnia reducentur modo. Veluti ſi B & F contraria, aut non contingunt eidem ineſſe. erit enim his acceptis ſylls, quòd A contingit ineſſe nulli B. ſed non ex ipſis, verum ex prædicto modo. nam B A quidẽ omni: E vero nulli inerit: quare neceſſe B idẽ eſſe alicui E.

Nullus eſt modus ad vlem negatiuã concludendã. idẽ n. eſt dicere oĩs pulchritudo mala, ac nulla bona: vel oĩs finis hoĩs bonus, ac nullus malus.



Rurſus ſi B & G non contingunt eidem ineſſe, quod A non inerit alicui E. ſic etenim media erit figura. Nam B A quidem omni: G vero nulli inerit: quare neceſſe G alicui eorum, quæ H idem eſſe. nanque non contingere B & G, eidem ineſſe, nihil differt, aut G, idem eſſe alicui eorum, quæ D, omnia enim accepta ſunt in D, non contingentia ineſſe ipſi A. Manifeſtum igitur quòd ex his ipſis inſpectionibus nullus fit ſyllogiſmus.


Hic modus concludit per B & H.



De ſyll. aſſertorijs ad impoſſibile, & reliqs qui ex ſuppoſitione.


Quod ſi B & F contraria, neceſſe B, idem eſſe alicui eorum quæ H, & ſyllogiſmum per hęc fieri. Accidit itaque ita ſpeculantibus inſpicere aliam viam à neceſſaria, propterea quod latet identitas eorum, quæ B, & eorum quæ H. Eodem autem modo ſe habent, & ſyllogiſmi ad impoſſibile deducentes cum oſtenſiuis. nanque & hi fiunt per conſequentia, & quæ conſequitur vtrunque. & eadem inſpectio in ambobus. quod enim oſtenſiue monſtratur, & per impoſſibile eſt ratiocinari per eoſdem terminos: & quod per impoſſibile & oſtenſiue, vt quòd A nulli E ineſt. ponatur enim alicui ineſſe, quoniam igitur B omni A: A vero alicui C: B alicui E inerit: ſed nulli inerat.

Vtile



Modus per impoſſibile ad vniuerſalem negatiuam.

Rurſus quod aliqui A ineſt E : ſi enim A nulli E. E vero omni G:nulli G inerit A:ſed omni inerat.




Modus per impoſſibile ad particularem affirmatiuam.

Conſimiliter autem & in alijs problematibus. ſemper enim & in omnibus erit monſtratio per impoſſibile ex conſequentibus, & quæ ſequitur vtrunque: ac ſecundum vnumquodque problema, eadem conſideratio & oſtenſiue volenti ratiocinari, & ad impoſſibile ducere. ex eiſdem nanque terminis vtræque demonſtrationes. Quemadmodum ſi monſtratum eſt, A ineſſe nulli E, quoniam accidit & B ineſſe alicui E, quod impoſſibile: ſi acceptum fuerit B ineſſe quidem nulli: A vero omni. planum itaque, quod A inerit nulli E. Rurſus, ſi oſtenſiue ratiocinatum fuerit A ineſſe nulli E. ſupponentibus ineſſe per impoſsibile monſtrabitur nulli inexiſtens. Conſimiliter autem & in alijs. in omnibus enim neceſſe communem aliquem accipere terminum alium A ſuppoſitis, ad quem erit falſi ſyllogiſmus. quare conuerſa hac propoſitione. altera vero ſimiliter ſe habente, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus per eoſdem terminos. Differt autem oſtenſiuus ab eo, qui ad impoſsibile: quoniam in oſtenſiuo ſecundum ueritatem vtræque ponuntur propoſitiones, in eo autem qui ad impoſsibile, ſolum vna. Hæc igitur magis erunt manifeſta perſequentia, quando de impoſsibili dicemus. nunc vero tantum nobis ſit manifeſtum, quòd ad eandem inſpiciendum, & oſtenſiue volenti ratiocinari, & ad impoſsibile ducere.


De ſyllogiſmis ex ſuppoſitione. Sed in alijs ſyllogiſmis, qui ex ſuppoſitione (quemadmodum quicunque ſecundum tranſumptionem, aut ſecundum qualitatem in ſubiectis) non in ijs, quæ à principio, ſed in tranſumptis erit conſideratio. modus vero inſpectionis idem. Conſiderare autem & diuidere, quot modis, qui ex ſuppoſitione. Monſtratur itaque vnumquodque problematum ſic. Eſt autem & alio modo nonnulla horum ratiocinari, quemadmodum vniuerſalia per particularem inſpectionem ex ſuppoſitione. Si enim C & G eadem ſint: ſoli vero G accipiatur E ineſſe: A ineſſet vtique omni E.

Animal



Hic modus, vniuerſale concludit, quia minor conuertitur in terminis

Et rurſus, ſi D & G eadem: E autem de ſolis C prædicaretur: quòd A inerit nulli eorum, quæ E. Planum itaque, quòd ſic inſpiciendum.



Hic modus cõcludit uniuerſalem negatiuam, ob eandem qua ſuperius, rationem.

Eodem autem modo & in neceſſarijs & contingentibus: eadem nanque conſideratio, & per eoſdem terminos erit ordine eius, quod eſt contingere, & eius quod eſt ineſſe ſyllogiſmus. accipiendum autem in contingentibus, quæ non inſunt, ſed poſſunt ineſſe: monſtratum

Quod omnium ſcientiarum ſyllogiſmi ſuperioribus præceptis efficiantur.

monſtratum enim eſt, quòd & per hæc fit eius, quod eſt contingere ſyllogiſmus. conſimiliter autem ſe habebit & in alijs prædicationibus. Planum igitur ex dictis, non ſolum quòd accidit per hanc viam fieri omnes ſyllogiſmos, ſed & quòd per aliam impoſſibile. monſtratum nanque eſt ſyllogiſmum omnem per aliquam prędictarum effici figurarum: hæc autem non accidit per alia conſtitui, quam per conſequentia, & quæ vnumquodque conſequitur: ex his enim propoſitiones & medij acceptio. quare neque ſyllogiſmum accidit per alia fieri. Via igitur de omnibus eadem, & circa philoſophiam, & circa artem qualemcunque & diſciplinam. oportet enim inexiſtentia & quibus inſunt, circa vtrunque videre, & his quamplurimis abundare. atque hęc per tres terminos conſiderare, deſtruentem quidem ſic, conſtruentem vero ſic: ſecundum veritatem quidem ex ijs, quæ ſecundum veritatem deſcribuntur ineſſe: ad dialecticos autem ſyllogiſmos, ex propoſitionibus ſecundum opinionem. Principia autem ſyllogiſmorum vniuerſaliter quidem dicta ſunt, & quomodo ſe habent, & quomodo oportet ipſa venari: ne aſpiciamus ad omnia quæ dicuntur, neque ad eadem conſtruentes ac deſtruentes, neque cõſtruentes de omni aut aliquo, & deſtruentes, ab omnibus aut aliquibus, ſed ad pauciora & determinata. ſecundum vero vnumquodque entium eligere, vt de bono aut ſcientia, propria autem ſecundùm vnamquanque ſunt plurima. Quare principia quidem, quæ ſecundum vnumquodque sunt, experimenti eſt tradere. dico autem vt aſtrologicam experientiam Aſtrologiæ ſcientiæ. acceptis enim apparentibus ſufficienter, ita inuentæ ſunt aſtrologicæ demonſtrationes. conſimiliter autem ſe habet & circa aliam qualemcunque artem ac ſcientiam. quare ſi accepta fuerint quæ inſunt circa vnumquodque, noſtrum erit iam demonſtrationes propalare. Si enim nihil ſecundum hiſtoriam derelictum fuerit eorum, quæ vere inſunt rebus, habebimus de omni, cuius eſt demonſtratio, hanc inuenire & demonſtrare

monſtrare, cuius autem non eſt naturaliter demonſtratio, hoc facere manifeſtum. Vniuerſaliter itaque quomodo opus eſt propoſitiones eligere, ferme dictum eſt: cum diligentia verò percurrimus in negotio circa Dialecticam.


De diuiſione & eius ſyllogiſmo. Cap. 3.

QVòd autem diuiſio per genera, parua quædam particula eſt dictæ Methodi quam facile eſt conſpicere. eſt enim diuiſio velut imbecillis ſyllogiſmus. quod enim oportet monſtrare petitur: ratiocinamur autem ſemper enim aliquid ſuperiorum. Primum vero ipſum hoc latuerat omnes utentes ipſa & perſuadere conabantur, quòd eſſet poſsibile* de ſubſtantia demonſtrationem fieri, & eo quod eſt quid. quare neque * quòd contingit ratiocinari diuidentes intellexere, neque quod ſic contingebat, quemadmodum diximus. In demonſtrationibus itaque, quando opus vt aliqpid ratiocinari ineſſe, oportet medium per quod fit ſyllogiſmus, & minus ſemper eſſe, & non vniuerſalius prima extremitatum. diuiſio autem contrarium vult, ipſum nanque uniuerſale accipit medium. Sit enim animal in quo A: mortale in quo B. & immortale in quo C: homo aut, cuius terminum oportet accipere, in quo D. omne igitur animal accipit aut mortale, aut immortale hoc autem eſt, quodcunque ſit A, omne eſſe aut B, aut C. rurſus hominem ſemper diuidens, ponit animal eſſe: quare de D accipit A ineſſe. ſyllogiſmus itaque eſt, quòd D aut B, aut C omne eſt. quare hominem aut mortalem aut immortalem neceſſarium eſſe: animal uero mortale ſolum non neceſſarium eſſe, ſed petitur. hoc autem eſt quod oportebat ratiocinari.

* a.l. impoſſibile.
* a.l. quid.


B. Mortale

Modus concludendi diuiſiuus.



Rurſus ponens A quidem animal mortale, in quo autem B pedes habens, in quo vero C ſine pedibus, hominem autem D conſimiliter accipit, aut in B eſſe; aut in C. omne enim animal mortale, aut cum pedibus, aut ſine pedibus eſt: A vero de D, hominem nanque animal mortale eſſe accepit: quare cum pedibus, aut ſine pedibus animal neceſſe eſt hominem eſſe: cum pedibus aut non neceſſe, ſed accipit, hoc autem erat quod oportebat iterum monſtrare.


Modus ut ſupra.



Et hoc modo ſemper diuidentibus accidit quidem ipſis vniuerſale medium accipere: de quo autem oportebat

tebat monſtrare & differentias extremas: ad finem autem, quod hoc eſt homo, vel quodcunque ſit quæſitum, nihil dicunt planum, vt neceſſarium ſit. etenim aliam uiam faciunt omnem, neque contingentes abundantias exiſtimantes eſſe. Manifeſtum autem, quòd neque deſtruere licet hac methodo, neque de accidente aut proprio ratiocinari, neque de genere, neque in quibus ignoratur vtrum quòd ſic ſe habet, an ne. Vt utrum diameter commenſurabilis, aut incommenſurabilis. ſi enim acceperit, quòd omnis longitudo aut commenſurabilis aut incommenſurabilis: diameter autem eſt longitudo: ratiocinatum eſt, quòd incommenſurabilis, aut commenſurabilis eſt diameter. ſi autem ſumetur incommenſurabile, quod oportebat ratiocinari ſumetur. non ergo eſt oſtendere. via enim hæc, per hanc aut non eſt monſtrare incommenſurabile, aut commenſurabile, in quo A, longitudo B, diameter.

Commenſurabile, vel inconmenſurabile. Longitudo Diameter



Hic modus quanquã affirmatiuus, deſtructiu⁹ tamen eſt: nam vno oppoſitorũ poſito, reliquũ deſtruit impoſſibile.n. eſt fieri ſyllogiſmũ diuiſiuum priuatiuum.

Manifeſtum igitur, quòd neque ad omnem conſiderationem conuenit inquiſitionis modus, neque in quibus maxime videtur dicere, in his eſt utilis. Ex quibus igitur demonſtrationes fiunt, & quomodo, & ad qualia inſpiciendum ſecundum unumquodque problema, manifeſtum ex dictis.

SECTTM TERTIVM

De reſolutione ſyllogiſmorum.


Quomodo omnes ſyllogiſmorum modi in aliquam figurarum prædictarum ſint reducendi. Cap. primũ.

QVOMODO autem reducemus ſyllogiſmos in prædictas figuras, eſſet vtique poſt hæc dicendum. reliquum enim iſtud adhuc ex cõſideratione. Si.n.ſyllogiſmorum generationem ſpecularemur:& inueniendi poteſtatem haberemus: amplius autem factos reſolueremus in prædictas figuras, finem habere poſſet, quod A principio propoſitum. Accidit autem ſimul & prius dicta confirmari,& planiora eſſe, quod ita ſe habent, per ea, quæ nunc dicentur. oportet enim verum omne, ipſum ſibiipſi con feſſum vndecunque eſſe. Primum igitur tentare oportet duas propoſitiones accipere ſyllogiſmi. facilius nãque maiora, quam minora diuidere. maiora autẽ ſunt compoſita, quàm ex quibus componuntur. poſtea conſiderare vtra in toto,& vtra in parte. & ſi non ſint ambę acceptæ, ipſum ponentem alteram. plerunque nanquẽ vniuerſalem proponẽtes, quod eſt in hac nõ accipiunt, neque ſcribentes neque interrogantes, aut has quidem proponunt, per quas vero hæ concluduntur, prætermittunt: alia autem fruſtra interrogant. Conſiderandum itaque ſi quid ſuperfluum acceptum eſt,& ſi quid ex neceſſarijs prætermiſſum fuit: & hoc quidem ponendum, illud vero auferendum, quouſque ad duas propoſitiones quiſpiam deuenerit. abſque enim his non eſt reducere ſic interrogatas rationes. Quarundam igitur facile defectum conſpicere; quædam autem latent & videntur ratiocinari, eo ꝙ neceſſarium aliquid accidit expo-

ſitis.

ſitis. Veluti ſi acceptum fuerit, non ſubſtantia ſublata, non auferri ſubſtantiam: ſublatis auté ex quibus eſt, & quod ex his,corrumpi.his enim poſitis,neceſſarium eſt ſubſtantiæ partem ſubſtantiam eſſe: non tamen per accepta ratiocinatum eſt,ſed deſunt propoſitiones.


Subſtantia | Quæ ſimul tollunt ſubſtantiã. | Partes ſubæ.



Prædictus modus adhunc reducitur, multis interiectis, mutatisq; propoſitionibus.

Rurſus ſi homine exiſtente,neceſſe animal eſſe:& animal ſubſtantiam:homine exiſtente, neceſſe ſubſtantiam eſſe. uerum nondum ratiocinatum eſt. non enim ſe habent propoſitiones,ut diximus.

Subſtantia | Id,quo poſito, Aĩal ponitur. | Homo



Et hic modus ad hũc reducĩ uel ſimilem.

Decipimur autem in talibus, eo quòd expoſitis neceſſarium aliquid accidit, quoniam & ſyllogiſmus neceſſarium eſt: in plus autem eſt neceſſarium quam ſyllogiſmus.ſyllogiſmus enim omnis neceſſarium, neceſ-

In plus eſt neceſſariũ, quam ſyllogiſmus.

ſarium

De reſolutione terminos.

ſarium uero non omne ſyllogiſmus. Quare non ſi quid accidit poſitis quibuſdam, tentandum eſt ſtatim reducere. ſed primo accipiendæ duæ propoſitiones, deinde ſic diuidendum in terminos. medius autem ponendus terminus, qui in utriſque propoſitionibus dicitur. neceſſe enim medium eſſe in utriſque in omnibus figuris. Si itaque predicetur ac ſubijciatur medium: aut ipſum quidem prædicetur, aliud autem ab illo negetur, prima erit figura: quòd ſi & prædicetur & negetur ab aliquo, media: ſin autem alia de illo prædicentur: aut hoc quidē negetur, illud uero prædicetur, ultima. ſic enim ſe habebit in unaquaque figura medium. conſimiliter & ſi non uniuerſaliter ſint propoſitiones. eadem nanq; medij determinatio. Manifeſtum itaque, quoniam in qua ratione non dicitur idem plerunque, quòd non fit ſyllogiſmus: non enim acceptum fuit medium. Quoniam autem habemus quale problematum in vnaquaque concluditur figura, & in qua uniuerſale, & in quali quod in parte; manifeſtum, quòd non in omnes figuras perſpiciendum, ſed in propriam cuiuſcunque problematis; quæcunque uero in pluribus concluduntur, medij poſitione cognoſcemus figuram. Plerunque igitur decipi accidit circa ſyllogiſmos propter neceſſarium, quemadmodum dictum eſt prius. aliquando autem iuxta ſimilitudinem poſitionis terminorum quod non oportet latere nos. Veluti ſi A de B dicitur, & B de C. uideri enim poſſet, ita ſe habentibus terminis, eſſe ſyllogiſmus. nō fit autem neque neceſſarium quippiam, neque ſyllogiſmus. Sic nanque in quo A ſemper eſſe, in quo B, intelligibilis Ariſtomenes, in quo C, Ariſtomenes. verum itaque, A ipſi B ineſſe: ſemper enim eſt intelligibilis Ariſtomenes: ſed & B ipſi C, Ariſtomenes nāque eſt intelligibilis Ariſtomenes: A uero ipſi C non ineſt. corruptibilis enim eſt Ariſtomenes. nam non efficiebatur ſyllogiſmus ita ſe habentibus terminis, ſed oportebat uniuerſaliter A B propōnem acceptā fuiſſe, hoc aūt falſum, exiſtimare omne intelligibilē Ariſtomenē ſemper eſſe, quū ſit corruptibilis, Ariſtomenes.


Deceptioſe cundū ſimilitudinē poſitionis terminorum.

Semper



Non cõcludit hic modus,quia deficit vl̃is ꝓpoſitio.

Rurſus ſit in quo quidem c Miccalus: in quo a muſicus Miccalus: in quo A corrumpi cras: verum igitur B prædicari de c: nam Miccalus muſicus, Miccalus: ſed & A de B.corrumpi enim poſſet cras muſicus Miccalus: A vero de C falſum. hoc igitur idem eſt ei, quod prius. non enim verum vniuerſaliter, Miccalus muſicus ꝙ corrumpitur cras: hoc autem non ſumpto, non erat ſyllogiſmus.



Neque hic modus concludit eadẽ ratione.

Hæc itaque deceptio fit,eo ꝙ bene. tanquam enim nihil differat dicere, hoc huic ineſſe, aut hoc huic omni ineſſe,concedimus. Frequenter autem mentiri accidit,iuxta id quod non bene exponuntur termini, qui ſunt

Deceptio ex parte ter


minorū diuerſimodi i propōnibus aſſūptorū.

ſunt ſecundum propoſitionem.vt ſi A ſit ſanitas,in quo B morbus,in quo vero C homo. Verum enim dicere, ꝙ A nulli B contingit ineſſe: nulli nanque morbo ſanitas ineſt: & rurſus, ꝙ B omni C ineſt, omnis enim homo ſuſceptiuus eſt morbi. videri poſſet accidere nulli homini contingere ſanitatem ineſſe.




Nō concludit hic modus. terminis.n. acceptis in abſtracto, minore falſa, i cōcreto vero, maiori, ſi varijs modis error ē in expōne terminorū, & modus ē ex quatuor terminis.

Huius autem cauſa eſt,non bene expoſitos fuiſſe terminos ſecundum dictionem.quoniam ſi transſumantur qui ſunt ſecundum habitudines, non erit ſyllogiſmus. vt pro ſanitate,ſi poſitum fuerit ſanum,pro morbo autem morbidum,non enim verum,ꝙ nō contingit morbido ſanum ineſſe.hoc autem non accepto, non fit ſyllogiſmus,niſi eius quod eſt contingere.hoc vero nō impoſſibile:contingit enim nulli homini ineſſe ſanitatē.




Hic modus concludit, qa oēs termini accipiunt in cōcreto.

Rurſus in media figura conſimiliter erit falſum: ſanitatem nanq; morbo nulli: homini vero omni contingit ineſſe : quare nulli homini ægritudinem.



Hic modus idem ꝓbat qđ primus.

In tertia aūt figura ſm cōtingere accidit falſum.nāque & ſanitatē & morbū & ſciētiā & ignorātiā & oīno omni cōtraria eidē cōtingit ineſſe : ſibi aūt inuicē impoſſibile.hoc aūt diſſonū^ prædictis. quādo enim eidē contingerent plura ineſſe, contingebant & ſibiinuicē.




Hic modus in abſtracto eſt falſus,in concreto verus.

Planū igiť, ꝙ in omnibus his deceptio fit iuxta terminorum expoſitionē.ſi.n.trāſumpti fuerint, qui ſunt ſecūdū habitudines nullū efficit falſum. Manifeſtū igitur, ꝙ ſecūdū tales propoſitiones ſemper quod ſecūdū habitudinē pro habitudine tranſumendū, & ponēdum terminum.Non oportet autē ſemper quærere,vt terminos nomine exponamus, plerūq; enim erunt orationes,quibus nō eſt poſitū nomē. quapropter difficile eſt reducere tales ſyllogiſmos. Aliquādo aūt & decipi accidet

cidet ob talem inquiſitionem, vt quod immediatorum eſt ſyllogiſmus. Sit A duo recti, in quo B triangulus, in quo C æquicrus: ipſi itaque C ineſt A per B: ipſi vero B non amplius per aliud: per ſe nanque triangulus habet duos rectos: quare non erit medium ipſius A B, cum ſit * demonſtrabile. manifeſtum enim quod medium nõ ita ſemper ſumendum, vt hoc aliquid, verum aliquando & orationem * quod accidit & in eo quod diximus.

*al. le. quis ſit demonſtrabile manifeſtũ igitur.
*al. le. & oratione.




Hic modus in maiori vtitur oratione.

Quod autem inſit primum medio, & hoc extremo, non oportet accipere, tanquã quæ ſemper de ſeinuicẽ prædicentur, aut ſimiliter primum de medio, & hoc de vltimo, (& in eo quod eſt nõ ineſſe cõſimiliter) ſed quot modis eſſe dicit & verum dicere ipſum hoc, tot modis exiſtimare oportet ſignificare & ineſſe, & non ineſſe. veluti quod cõtrariorũ eſt vna ſcientia. Sit enim A, vnam eſſe ſcientiam, contraria inter ſe in quo B. A itaque ipſi B ineſt, nõ tãquam cõtraria vnam eſſe ipſorum ſcientiã: ſed quod verũ de ipſis dicere, vnã eſſe ipſorũ ſciẽtiam.

A. Vna ſcientia.—————— B. Contraria.

Accidit autem quandoque de medio primum dici, medium vero de tertio non dici. Quemadmodum ſi ſapientia eſt ſcientia: boni autem eſt ſapientia: ſcientia. Concluſio quod boni eſt ſcientia, bonum quidem ſane nõ eſt ſcientia, ſapientia autem eſt ſcientia.




In hoc modo minorẽ in obliquo.

Quandoq; vero medium de tertio dicitur, primum autem de medio non dicitur. Quemadmodum ſi omnis qualis eſt ſcientia, vel contrarij. bonum autem & contrarium, & quale concluſio quidem, quòd boni eſt ſcientia, non eſt autem bonum ſcientia, neque quale, neque contrarium, ſed bonum hæc.



Hic modus habet maiorem in obliquo.

Eſt aũt quãdo neq; primũ de medio, neq; hoc de tertio: cũ primũ de tertio aliqñ dicat̃, aliqñ nõ dicat̃. Veluti ſi cuiꝰ eſt ſcĩa huius eſt genus: boni aũt ẽ ſcĩa: cõcluſio, ꝗ boni ẽ genꝰ. ꝑdicat̃ aũt nullũ de nullo. Si vero cuius ẽ ſcĩa, genꝰ ẽ hoc: boni aũt ẽ ſcĩa: cõcluſio, ꝗ bonũ ẽ genꝰ: de extremo igr̃ ꝑdicat̃ primũ, de ſeinuicẽ aũt ñ dñr.



Horũ modorũ vnus habet oĩa ĩ obliquo alter propoſitiones.


Eodem autem modo & in non ineſſe accipiendum: non enim ſemper ſignificat nou ineſſe hoc huic, non eſſe hoc hoc:ſed aliquando non eſſe hoc huius,aut hoc huic.Vt quòd non eſt motionis motio, vel generãtionis generatio : voluptatis autem eſt : non igitur voluptas generatio. Aut rurſus quod ipſius riſus eſt non ſignum : ſed ſigni non eſt ſignum : quare riſus non eſt ſignum.Conſimiliter & in alijs, in quotcunq; tolliẽ problema,eo ꝙ ad ipſum quodammodo dicitur genus.



Hi modi negatiue concludunt ex propoſitionibus ĩ obliquo.

Rurſus quod tempora non ſunt tempus opportunũ. Deo enim ſunt tempora,non autem eſt tempus oportunum:

num: eo ꝙ nihil Deo vtile. terminos nanque ponendum, tempora, & tempus oportunum, & Deum: propoſitionem vero accipiendum ſecundum nominis caſum.




Hic modus in tertia figura cõcludit ex ꝓpoſitionibus ĩ obliquo.

Simpliciter enim dicimus hoc de omnibus, quod terminos ſemper ponendum ſecundum* vocationes nominum, vt homo, aut bonum, aut contraria, non hominis, aut boni, aut contrariorum. propoſitiones autem accipiendæ ſecundum vniuſcuiuſque caſus. vel enim quoniam huic, vt æquale: aut quoniam huius, vt duplum. aut quoniam hoc, vt verberans, aut vidẽs, vel quoniam hic, vt homo animal: vel ſi aliquo modo aliter cadit nomen ſecundum propoſitionem. Ineſſe autem hoc huic, & verificari hoc de hoc, tot modis accipiendum, quot modis prædicamenta diſtincta ſunt. & hæc, aut quo, aut ſimpliciter. amplius ſimplicia, aut cõplicita. Conſimiliter autem & non ineſſe. verum conſiderandum hæc, ac diſtinguendum melius. Reduplicatum autem in propoſitionibus ad primum extremum ponendum, non ad medium. Dico autem, quoniam ſi fieret ſyllogiſmus, quod iuſtitiæ eſt ſcientia, quoniam bonum, hoc, quod eſt quodam bonum, vel inquantum bonum, ad primum ponẽdum. Sit enim A ſcientia, quoniam bonum. in quo B bonum: in quo C iuſtitia. A itaque verum de B prædicare, boni enim eſt ſcientia, quoniam bonum: ſed & B de C, iuſtitia enim quoddam bonum; ita igitur ſit reſolutio.


* a. l. declinationes.

De geminatione & põne terminorũ ꝑcepta.



Hic modus cōcludit,nā terminus reduplicatiuͤ poſitus eſt ad maiorē extremitatem.

Si vero ad B poſitum fuiſſet hoc, quod eſt, quoniam bonum, non erit A nanque de B verum erit: B autem de C non verum. bonum enim quoniam bonum prædicare de iuſtitia falſum, & non intelligibile.




Hic modus non concludit,nam minor eſt falſa & nō intelligibilis.

Similiret itaque & ſi ſanabile demonſtraretur, quod eſt ſcibile, inquantum bonum, aut hircoceruus opinabile, inquantum non ens: aut homo corruptibile,inquantum ſenſibile. in omnibus enim ſuper prædicatis ad extremam reduplicationem ponendum. Non eſt autem eadem terminorum poſitio, quando ſimpliciter aliquid ratiocinatum fuerit,& quando hoc aliquid,aut quo,aut quomodo. Dico autem,quemadmodum quando bonum ſcibile monſtratum fuerit, & quando ſcibile quid, quoniam bonum. verum ſi ſimpliciter ſcibile monſtratum fuerit, medium ponendum

Quō termini cū reduplicatione ſunt accipiendi.


dum

dum ens: ſin autē quoniā bonum hoc, quod eſt, aliquod ens. Sit enim A ſcientia, quoniam ens: in quo B, ens aliquod: in quo C bonum. Verum itaq; A de B prædicare. erat enim ſcientia alicuius entis, quoniā aliquod ens. ſed & B, de C: quod enim in quo C ens aliquod, quare & A de C. Erit igitur ſcientia boni, quoniā bonum: nan que aliquod ens erat proprie ſubſtantiæ ſignum.



Hic modus mediū maiorē extremitatem ſumit i parte.

Si vero ens mediū poſitum fuiſſet, & ad extremum eius ſimpl̄r, & non dictū eſſet aliquod ens, nō eſſet vtiq; ſyll̄s, quod eſt ſcientia boni, quoniā bonū: ſed quoniam ens: vt ſi ſit in quo A ſcientia, quoniam ens: in quo B ens: in quo C bonum. Manifeſtum igitur, quod in ſyllogiſmis, qui in parte, ita accipiendi ſunt termini.



Hic modus ſumit terminos abſolute.

Opor-

Quo pacto noia & orationes tranſumeda sũt.


Oportet autem & tranſumere quæ idem poſſunt, nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & nomen & orationem, & ſemper pro oratione nomen accipere. facilior nanq; terminorũ expoſitio. Quemadmodum ſi nihil differat dicere ſuſpicabile non eſſe genus opinabilis, aut opinabile non eſſe quod ſuſpicabile quid idem enim ſignificatum: pro dicta oratione ſuſpicabile & opinabile termini ponendi. Quoniam vero non eſt idem voluptatem eſſe bonum, & voluptatem eſſe ipſum bonum, non ſimiliter ponendi termini, ſed ſi eſt ſyllogiſmus quòd voluptas bonum terminum ponendum quòd bonum, ſi autem quòd bonum, bonum. conſimiliter & in alijs.

Attinet hoc ad articulos græcos.




Non eſt autem idem neque eſſe, neque dicere, quòd cui B ineſt, huic omni A ineſt. & dicere, cui omni B ineſt, & A omni ineſt. nihil enim prohibet B ipſi C ineſſe, non autem omni. vt ſit B honeſtum quid, C vero album: Si igitur albo alicui ineſt honeſtum quid, verum dicere, quod albo ineſt honeſtum. ſed non omni fortaſſe. Si itaque A ineſt ipſi B, non omni autem de quo B. neque ſi B omni C, neque ſi ſolum ineſt; neceſſe A, non quòd non omni, ſed neque ineſſe C.

A. Sa-



Modus non concludit, qa non habet maioré uniuerſalé.

Sin auté de quocunq; B vere dicatur, huic omnĩ ineſt A, accidet A, de quo omni B dicitur, de hoc oĩ dici-



Hic modus eſt vt̃is.


Si tamen A dicitur de quo vtique B dicatur de oĩ, nihil prohibet B ineſſe ipſi C, nõ oĩ aũt ipſum A, aut oĩno nõ ineſſe. In tribus itaq; terminis manifeſtũ, ꝗ de quo B, oĩ A, dici. hoc eſt de quotcunq; B dicĩ, de oĩbus dicĩ & A, & ſi B de oĩ, & A itidé, ſi vero nõ de oĩ, non neceſſe A de omni. Non oportet aũt exiſtimare penes id quod exponimus, aliquid accidere abſurdũ, nihil enim vtimur, eo quod eſt hoc aliquid eſſe: ſed quemadmodum Geometra pedalé & rectã hãc, & ſine latitudine dicit, quæ nõ ſunt. verũ nõ ſic vtitur tanquã ex his rõcinans. Omnino enim quod nõ eſt vt totũ ad partem, & aliud

ad hoc,

Exẽpla ponimꝰ vt ſentiant addiſcẽtes, nõ ut ita ſint.

ad hoc, vt pars ad totum, ex nullo talium mõſtrat ipſe mõſtrans, neq; fit ſyllogiſmus. Expoſitione vero ſic vtimur, vt ſentiat qui diſcit dicentes, nõ enim ſic tanquã quod ſine hoc demonſtrari non poſſit, quemadmodum ex quibus ſyllogiſmus. Nõ lateat aũt nos quod in eodẽ ſyllogiſmo non omnes concluſiones per vnam figuram ſunt, verum hæc per hanc, illa vero per aliam. Planum igitur quod & reſolutiones ita faciendũ. Quoniã autẽ non omne problema in omni figura, ſed in vnaquaque ordinatæ, manifeſtũ ex concluſione, in qua figura quærendum. Et ex rationibus quæ ſunt ad diffinitionem, quæcunque ad vnum aliquid redarguunt eorum: quæ ſunt in diffinitione, ad quod redargutum eſt, ponendum terminum, & non totam rationem. accidet enim minus conturbari propter longitudinem, quemadmodum, ſi aquam monſtrauit: quoniam humidũ potabile: potabile & aquam terminos ponendum.


Hic modus deſtruit partẽ definitionis, nõ totã.



De relatione ſyllogiſmorũ ad impoſſibile & ex ſuppõne.

Amplius autem ex ſuppoſitione ſyllogiſmos nõ eſt tentandum reducere. non enim eſt ex poſitis reducere. nanque non ſunt oſtenſi per ſyllogiſmum, ſed ad placitum confeſſi omnes. Quemadmodũ ſi ſupponens, ſi vna quædam potentia nõ ſit contrariorum, neq; ſcientiam vnam eſſe: poſtea, diſputatum ſit, quòd non eſt vna potentia contrariorum, vt ſi ſanabilis & ægrotabilis; ſimul enim idem erit ſanabile & ægrotabile.

Proſyl-



Concluſio oſtenſa per proſyllogiſmũ & ſyllogiſmũ, quæ añs eſt ſyllĩ conditionalis.

Quod itaq; non eſt vna omnium contrariorũ potentia, monſtratũ eſt: quod autẽ ſcientia nõ eſt * non fuit monſtratũ at qui confiteri neceſſariũ.ſed non ex ſyllõ: verum ex ſuppoſitione,hanc igitur non eſt reducere:ꝙ aũt non una eſt potẽtia,ſic enim fortaſſe & ſyllõus eſſet, illud vero ſuppoſitio. Similiter aũt & in ijs,qui per impoſſe concluduntur. neq; enim hos eſt reſoluere,ſed ad impoſſe abductionẽ eſt ſyllõ nanq; monſtratur: alterũ vero non eſt, ex ſuppoſitione enim concluditur.

* al. Ie. ſcía cõtrariorũ non eſt.


Differunt autem a prædictis. quoniam in illis quidem oportet præconfiteri, ſi debet aſſentiri, quemadmodũ ſi monſtrata fuerit vna contrariorum potentia, & ſcientiam eandem eſſe.hic autem & non præconfeſſi concedunt,eo quòd manifeſtum eſt falſum. veluti ſi poſita fuerit, diameter cõmenſurabilis, imparia æqua eſſe paribus.Multi vero & alij concluduntur ex ſuppoſitione,quos oportet conſiderare,& notare pure. Quæ igitur ſint horum differẽtiæ, & quot modis ſit quod eſt ex ſuppoſitione, poſtea dicemus: nunc autem tantum ſit nobis manifeſtum,quòd non eſt reſoluere tales ſyllogiſmos in figuras: & ob quam cauſam, diximus.

De mutua ſyllogiſmorum reſolutione. Cap. 2.

QVæcunque vero problematũ in pluribus monſtrantur figuris, ſi in altera ratiocinatum fuerit, eſt reducere ſyllogiſmum in alterã quemadmodum


admodum priuatiuum, qui eſt in prima, in ſecundam: & cum qui eſt in media, in primam. non omnes autem, ſed quoſdam. manifeſtum vero erit in ſequentibus. Si enim A nulli B: B autem omni C: A nulli C. ſic igitur prima figura. Sinautem priuatiua conuerſa fuerit, media erit: nam B nulli A, omni vero C ineſt. Similiter autem & ſi non vniuerſaliter, ſed in parte ſyllogiſmus ſit. vt ſi A quidem nulli B: B vero alicui C. conuerſo enim priuatiuo, media erit figura.

Duo modi ſimul in prima figura q. ad ſecundã reducuntur per maioris cõuerſionẽ.




Syllogiſmorũ vero, qui in ſecunda, vniuerſales quidem reducentur in primã: eorum aũt, qui in parte, alter ſolus. Sit enim A B quidem nulli: C vero omni ineхiſtens: conuerſo igitur priuatiuo, prima erit figura. nam B nulli A: A vero omni C inerit. Si vero prædicatiuum ſit ad B, priuatiuum autem ad C, primũ terminum ponendum C. hoc enim nulli A: A vero omni B: quare C nulli B: & B igitur nulli C, nanque conuertitur priuatiuum. Sin autem in parte ſyllogiſmus, quando pri-

uatiuum quidem ſit ad maius extremum, reducetur ad primam: vt ſi A nulli B: C vero alicui: conuerſio enim priuatiuo, prima erit figura: nam B nulli A: A vero alicui C.




Modi tres ſecũdæ figuræ, qui ad primam reducuntur tũ cõuerſione, tũ præmiſſarũ tranſpoſitione.

Sed cum prædicatiuum, non reſoluetur. veluti ſi A B quidem omni: C vero non omni: neque enim ſuſcipit conuerſionem A B, neque ſactus erit ſyllogiſmus.




Hic modus ſecũdæ figuræ nõ reducitur ad primã, quia pmiſſæ eſſēt particulares, ſed per impoſſibile oſtenditur.

Rurſus




Modi tres affirmatiui tertiæ figuræ, qui ad prima reducunt, tū cōuerſione, tū p̄miſſarum trāſpoſitione.

Et ſi priuatiuus ſyllogiſmus terminis exiſtētibꝰ vl̄r ſimiliter accipiēdū.Inſit enim B omni C ; A vero nulli: ergo alicui B,inerit C ; A aūt nulli C: quare erit mediū C. ſimiliter aūt & ſi priuatiuū quidē vl̄r, prædicatiuū vero in parte.nanque A nulli C ; C vero alicui B inerit.




Duo modi negatiui tertiæ figuræ qui ad primā reducunt minoris conuerſione.

Quod ſi in parte acceptum fuerit priuatiuum, non erit reſolutio. Vt ſi B omni C: A vero alicui non inſit, conuerſo enim B C, vtræque propoſitiones erunt ſecundum partem. Manifeſtum autem & q. ad reſoluendas figuras in ſeinuicem, propoſitio, quæ ad minus extremum conuertenda in vtriſq; figuris. hac enim tranſpoſita, tranſitio efficiebatur.




Hic modus tertiæ figuræ nõ reducitur ad primã, qm ambæ pmiſſæ eſſent particulares, ſed p impoſſibile mõſtrat.

Eorum vero, qui in media figura, alter quidẽ reſoluitur, alter autem non reſoluit in tertiam. quando enim quod vniuerſale priuatiuũ fit, reſoluit. Si enim A nulli B: C vero alicui vtraq; ſimiliter cõuertuntur ad A. quare B quidem nulli A: C autem alicui: mediũ igitur A.



Hic modus ſecũdę figuræ reducit ad tertiam maioris & minoris cõuerſione.

Sed qñ A omni B: ipſi vero C alicui nõ inſit:non erit reſolutio, neutra.n.propoſitionũ ex cõuerſione vlis.




Hic modus ſecũdę non reducit ad tertiã, quia ambę ppõnes eſſent particulares, ſed p impoſſibile monſtrat.

Et qui ex tertia figura reſoluentur in mediam,quando priuatiuum ſit vniuerſale. Vt ſi A nulli C: ipſum autem B alicui,aut omni. nanque & C A quidem nulli, ipſi vero B alicui inerit.



Duo modi tertiæ figuræ,q reducũtur ad ſecũdã ambarũ cõuerſione.

Quod ſi in parte ſit priuatiuum,non reſoluetur:non enim ſuſcipit conuerſionem negatiuum in parte.



Hic modus tertię figuræ nõ reducit ad ſecũdã, qa ambæ ppõnes eſſent negatiuæ ſed oſtẽdit p impoſſibile.

Manifeſtum igitur quòd ijdem ſyllogiſmi non reſol uuntur in his figuris,qui neque in primam reſoluebantur,& ꝙ cum ſyllogiſmi in primam reducantur figurã, iſti ſoli per impoſſibile concluduntur. quomodo igitur oportet ſyllogiſmos reducere, & ꝙ reſoluuntur figuræ in ſeinuicem, planum ex dictis.

De ſyllogiſmis ex propoſitionibus infinitis,& priuatorijs; & illarum, ac ſimplicium conſequentijs. Cap. III.

DIffert autem aliquid in conſtruendo ac deſtruẽdo exiſtimare,aut idem aut diuerſum ſignificare non eſſe hoc,& eſſe non hoc; vt non eſſe album,& eſſe non album. neque enim idem ſignificant, neque eſt nega.eius,quod eſt,eſſe album,hoc ꝙ eſt,eſſe non album, ſed non eſſe album. Hæc autem huius ratio,nanque ſimiliter ſe habet, poteſt ambulare, & poteſt non ambulare,ei quod eſt,album, ad hoc,quod eſt, eſt non album; & ſcit bonum, ad ſcit non bonum; nam ſcit bonum, aut eſt ſciens bonum, nihil differt, neque poteſt ambulare, aut eſt potens ambulare: quare & oppoſita non poteſt ambulare, non eſt potens ambulare. Si igitur,non eſt potens ambulare, idem ſignificat, & eſt potens non ambulare, vel non ambulare, eadem vtique ſimul eidem inerunt. idem enim poteſt & ambulare & non ambulare; & eſt conſultus boni & non boni; affirma. autem & nega. oppoſitæ non inſunt ſimul eidem,quemadmodum igitur non eſt idem, non ſcire bonum, & ſcire bonum; neq; eſſe non bonum,& non eſſe bonum idem. Eorum enim quæ proportionem habent inter ſe,ſi altera ſint diuerſa & altera, neq; eſſe non æquale, & non eſſe æquale. illi enim ſubijcitur aliquid exiſtenti non æquali, & hoc eſt inæquale; illi vero nihil: quocirca æquale quidem, aut inæquale non omne; æquale autem, aut non æquale, omne. Amplius,eſt non album lignum, & non eſt album lignum,non ſimul ſunt. ſi enim eſt lignum non al bum,

bum, erit lignum: quod autem non eſt album lignum, non neceſſe eſt lignum eſſe. quare manifeſtum, ꝙ non eſt eius, quod eſt, eſt bonum, nega. eſt non bonum. Si itaq; de omni vno, aut affirma. aut nega. vera, ſi nõ eſt nega. planum ꝙ affirma. quodammodo eſſe poſſet: affirma. vero omnis nega. eſt: & huius igit, non eſt nõ bonũ.

Simplicium enunciationum et infinitarum, ſeu tranſpoſitarum per uaria exempla diſpoſitio.

Propõ affirma. ſimplex.	Propõ negatiua ſimplex.
Eſt Album.	Non eſt album.
Negatiua infinita, ſeu tranſpoſita.	Affirmatiua infinita, ſeu tranſpoſita.
Non eſt non album.	Eſt non album.

Aliud exemplum.

Simplex affir. in minus.	Negatiua ſimplex in plus.
Eſt æquale.	Non eſt æquale.
Nega. tranſpoſita in plus.	Affir. tranſpoſita I minus.
Non eſt non æquale.	Eſt non æquale.


Exemplum adhuc euidentius ponendo ſubiecto, ipſi propoſitioni.

Simplex affirmatiua	Negatiua ſimplex.
Lignum eſt album	Lignum non eſt album
Negatiua infinita	Affirmatiua infinita.
Lignũ nõ eſt nõ album.	Lignum eſt non album.

Habent autem ad ſeinuicem ordinem hunc. Sit eſſe quidem bonum in quo A: non eſſe bonum in quo B: eſſe non bonum in quo C, ſub B: non eſſe non bonum in quo D, ſub A. Omni itaque inerit aut A, aut B, & nulli eidem: & aut C, aut D, & nulli eidem: & cui C, neceſ-


ſe B omni ineſſe. ſi enim verum dicere, quòd eſt non album,& quòd nõ eſt album verum. impoſsibile enim ſimul eſſe album, & non eſſe album,aut eſſe lignum nõ album,eſſe lignum album. quare ſi non affirmatio, negatio inerit. C vero ipſi B non ſemper. quod enim omnino non lignum,neq; lignum erit, non album. Econuerſo igitur D omni,cui A.nanq; aut C, aut D. Quoniã vero non poſſunt ſimul eſſe, non album, & eſſe, album D inerit. de exiſtente enim albo verum dicere, quòd non eſt non album: de D autem A non omni: nanq; de eo,quod penitus non eſt lignum, non verum dicere, ꝙ eſt lignum album. quare D verum, A autem non verum, quoniam eſt lignum album. Planum vero quòd & A C nulli eidem: & ſi B & D contingit alicui eidem ineſſe.

Simplicium propoſitionum,ac infinitarum, uel tranſpoſitarum ordo ac conſequentiæ.




Similiter autem habent & priuationes ad prædicamenta hac poſitione. æquale, in quo A: non æquale, in quo B: inæquale, in quo C: non inæquale, in quo D.

Simplicium propoſitionum, & priuatoriarum ordo ac conſequentiæ.



Et in pluribus autem, quorum his quidem ineſt, illis vero non ineſt idem, negatio quidem ſimiliter verificari poſſet, ꝙ non ſunt alba omnia, aut ꝙ non eſt album vnumquodq;. ꝙ autem eſt non album vnūquodq;. aut omnia ſunt non alba, falſum eſt. Similiter autem & eius quod eſt, eſt omne animal album, non hoc quod eſt, eſt non album omne animal, negatio (ambæ enim


falſæ) ſed hoc,non eſt omne animal album. Quoniam vero manifeſtum,ꝙ diuerſum ſignificat,eſt non album & non eſt album: & illud quidem affirmatio, hoc autẽ negatio,manifeſtum, ꝙ non eſt idem modus oſtendendi vtrunque. vt quoniam quodcunq; ſit animal, non eſt album,aut contingit non eſſe album.& ꝙ verum dicere non album,hoc enim, eſt eſſe non album. ſed de eo, quodcunq; ſit album, verum eſt dicere, eſt album, ſiue non album,idem modus. Conſtructiue enim ambo per primam monſtrantur figuram. verum enim & eſſe ſimiliter ordinantur,eius enim quod eſt, verum dicere album,non hoc quod eſt, verum dicere non albũ, negatio: ſed hæc,non eſt verum dicere album.Si itaq; verum eſt dicere, quodcunq; ſit homo, muſicum eſſe, aut non muſicum eſſe, quodcunque ſit animal, accipiendum, aut eſſe muſicum, aut eſſe non muſicum: & oſtenſum eſt.




Modi probantes affirmatiuã ſimplicem, & tranſpoſitã.


Non eſſe autem muſicum quodcunque ſit homo deſtructiue monſtratur ſecundum dictos tres modos.

Muſicum



Tres modi probantes vlem negatiuā in prima & ſecūda figura in ſola ſyllogiſtica forma






Simpliciter autem, quādo ſic ſe habent A & B, vt ſimul quidem eidem non contingant, omni autem ex neceſſitate alterum, & rurſus C & D ſimiliter: ſequitur autem ex C A, & non conuertitur: & ex B D ſequetur, & non conuertetur: & A, & D contingunt eidem: B vero, & C non contingunt. Primum igitur quòd ex B ſequitur D, hinc manifeſtum: quoniam enim ex C D alterum ex neceſſitate omni: cui autem B non contingit C, eo quòd ſimul infert A: A vero & B non contingunt eidem: planum quòd D ſequetur B. Rurſus, quoniam C non conuertitur cum A. omni autem C, aut D: contingit A & D eidem ineſſe. B verò & C non contingit, eo quòd A conſequitur ex C, accidit enim quoddam impoſſibile. Manifeſtnm igitur, quòd neque B cum D conuertitur, quoniam accidit ſimul D & A ineſſe.

Pro-


Propoſitionum ſimplicium & tranſpoſitarum ordo, ac conſequentiæ in non manifeſtis terminis, mutato nihilominus terminorũ ordine. notitiæ autẽ maioris gratia appoſiti ſunt termini noti.



Accidit autem quandoq; & in tali terminorum ordine decipi, eo quòd non recte accipiuntur oppoſita, quorum alterum neceſſe eſt omni ineſſe. Quemadmodum ſi A & B non contingunt ſimul eidem, neceſſe autem alterum ineſſe cui non alterum: & rurſus C. & D conſimiliter: * ex quo autem omni C ſequatur A: accidet enim cui D ipſum B ineſſe ex neceſſitate: quod eſt falſum. Sit enim accepta negatio eorum, quæ A B, quæ eſt

* al. le. cui aũt C omni·

eſt in quo F. & rurſus eorum, quæ C D; quæ eſt in quo H: neceſſe igitur omni aut A, aut F: aut enim affirmationem, aut negationem, & iterum vel C, vel H: affirmatio nanque & negatio, & cui C omni, ſuppoſitũ fuit A: quare H, cui oĩ F. Rurſus, qm̃ eorũ quæ F B, oĩ alterũ, & eorũ, quæ H D cõſimiliter: ſequitur autẽ ex F H, & ex D ſequetur B, hoc enim ſcimus. ſi igĩ ex C A, & ex D B. hoc aũt falſum: ecõuerſo enim erat in ſic ſe habẽtibus conſequentia. Non enim fortaſſe neceſſarium omni A, aut F: neque F, aut B. non enim F eſt negatio ipſius A: nam boni negatio, non bonum. non eſt autem idem non bonum ei, quod eſt neque bonũ, neq; non bonũ. Similiter aũt & in C D. negationes. n. acceptæ duæ ſunt.



ARISTOTELIS STAGIRITAE

Priorum reſolutiuorum

LIBER II.


SVMMA LIBRI.

De poteſtatibus, & impotentijs ſyllogiſmorum & illis annexis.

De potentiis ſyllogiſticis.

Quinam ſyllogiſmorum plures valeant concludere concluſiones. Caput primum.

IN QVOT igitur figuris, & per quales, & quot propoſitiones, & quando & quomodo fit ſyllogiſmus. Amplius autem, in qualia aſpiciendũ deſtruẽti ac conſtruẽti, & quomõ oportet quærere de propoſito ſecundũ qualemcunq; methodum: Amplius autẽ, per qualem uiã accipiemus principia, de ſingulis iam trãſcegimus. Sed quoniam alij ſyllogiſmorum vl'es ſunt, alij ſecundũ partẽ, vniuerſales oẽs ſemper plura rõcinantur, ex ijs vero qui in parte, affirmatiui quidẽ plura, negatiui aũt concluſionẽ ſolã. aliæ nanq; propoſitiones conuertũtur: priuatiua vero nõ conuertit. Concluſio aũt aliquid de aliquo eſt: quare alij quidẽ ſyllogiſmi plura rõcinantur. Quemadmodũ ſi A mõſtratum eſt oĩ B, aut alicui: & B alicui A neceſſariũ ineſſe. & ſi A nulli B, & B nulli A. hoc aũt diuerſum A pcedenti. Si vero A alicui nõ inſit non neceſſe & B alicui A non ineſſe. cõtingit enim oĩ ineſſe. Hæc itaq; communis omnium cauſa, & eorũ qui vl'r & eorum qui ſecundum partem.




Modi tres cõcludẽtes cõcluſionẽ primo intẽtam, aliam deinde ex cõcluſionis cõuerſione.

Eſt autem de vniuerſalibus, & aliter dicere. quæcunque enim aut ſub medio ſunt, aut ſub concluſione, omnium erit idem ſyllogiſmus: ſi hæc in medio, illa in concluſione poſita fuerint, Vt ſi A B concluſio per C, quæcunque ſub B, aut C ſunt, neceſſe de omnibus dici A. ſi enim D in toto B: B vero in A; & D erit in A. Rurſus, ſi E in toto C: C autem in A; & E in A erit, Conſimiliter & ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus.


Nouum


Duo modi vn̄es, affirmatiua & negatiua plures concludētes cō clusiones, per dici de oī, & dici de nullo.




In ſecunda autem figura, quòd ſub concluſione ſolum erit ratiocinari. Veluti ſi A nulli B: C autem omni concluſio quòd B nulli C. Si igitur D ſub C eſt, planum quòd B non ineſt ipſi. Iis vero quæ ſub A, quòd B non ineſt, nō manifeſtum per ſyllogiſmum. atqui non ineſt C ipſi E, ſi eſt ſub A: ſed B quidem ineſſe nulli C, monſtratum eſt per ſyllogiſmum: ipſi vero A non ineſſe, indemonſtratum ſumptum eſt. quare non propter ſyllogiſmum accidit B non ineſſe ipſi E.

Hic modus aſſumpto tertio ſub minori aliā concluſionē cōcludit in prima figura, ſub medio vero nō concludit p ſyllm̄, niſi maioris cōuerſione.






In his vero, quæ ſunt in parte, eorum quidem quæ ſub concluſione ſunt, non erit neceſſarium: (non enim fit ſyllogiſmus, quando hæc accepta fuerit in parte,) eorum vero quæ ſub medio, erit omnium, veruntamen non per ſyllogiſmum. Vt ſi A omni B: B vero alicui C. eius enim quod ſub C poſitum eſt, nõ erit ſyllogiſmus: eius vero, quod ſub B erit, ſed non propter antea factũ.




Hic particularis modus præter primã concluſionem, termino aſſumpto ſub medio, aliam cõcludit cõcluſionem: ſub minori vero inutilis eſt, quia maiorẽ particularis.

Similiter autem & in alijs figuris. eius enim quod ſub concluſione eſt, non erit: alterius vero erit. verun tamen non propter ſyllogiſmum: ſed quemadmodum & in uniuerſalibus ex indemonſtrabili propoſitione, quæ ſub medio erunt, monſtrabantur, quare neque ibi erit: aut & in his.

Hic modus particularis in ſecunda figura, termio ſub minori aſſumpto, nihil concludit: qa maiore pticulari, aſſumpto vero ſub medio, aliam concludit concluſionem, ſicut in vniuerſalibus.




Iſte in ſecũda figura modus eadẽ regitur rõne, ut & ſuperior in ſecunda.



De


De eo quod eſt ex falſis rõcinari,in prima figura. C. 2.

EST itaq; ita ſe habere, vt vere ſint propoſitiones, per quas ſyllogiſmus: eſt autẽ vt falſæ: eſt vero vt hæc quidẽ vera,illa autẽ falſa.concluſio aut vt vera,aũt falſa ex neceſſitate.Ex veris igitur non eſt falſum rõcinari. ex falſis aũt eſt verũ, nõ tamen propter quid,ſed quia.eius enim quod eſt propter quid,nõ eſt ex falſis ſylls.ob quã uero cauſam,in ſequẽtibus dicetur.Primũ ergo, ꝙ ex veris nõ poſſimus falſum rõcinari,hinc manifeſtũ.ſi.n.A exiſtẽte,neceſſe eſt B eſſe: B nõ exiſtẽte, neceſſe eſt A nõ eſſe. ſi igitur verũ eſt A,neceſſe eſt B verũ eſſe: aut accidet idẽ ſimul eſſe,& nõ eſſe.hoc aũt impoſſe.Nõ aũt,qm̃ poſitus eſt A vnus terminus, exiſtimetur cõtingere vno aliquo exiſtẽte,ex neceſſitate aliquid accidere:nõ enim poſſibile.quod.n.accidit ex neceſſitate,cõcluſio eſt:per quæ aũt hoc fit, ad minus tres ſunt termini: bina uero interualla & propoſitiones.Si itaq; verũ eſt,cui B ineſt ipſum,A oĩ:cui aũt C,ipſum B:cui C neceſſe eſt A ineſſe.& nõ poteſt hoc falſum eſſe: ſimul.n.inerit idẽ & nõ inerit. A igitur tãquã vnũ ponitur duæ propõnes ſimul acceptæ. Cõſimiliter ãt & in priuatiuis ſe hẽt. nõ.n. ex veris mõſtrare falsũ.




Duo modi ex veris verum concludentes.

Ex falſis autē verū eſt ratiocinari, & vtriſque propoſitionibus exiſtētibus falſis,& vna.hac autē non vtralibet contingit,ſed ſecunda,ſi totā accipiat falſam : ſi vero nō tota accipiatur,eſt vtralibet. Sit.n.A toti C inexiſtens, eorum aūt quæ B nulli,neq; B ipſi C. cōtingit aūt hoc,vt nulli lapidi aīal,& lapis nulli homini. Si igitur acceptum fuerit,A oī B, & B oī C;A oī C inerit. quare ex vtriſq; falſis vera cōcluſio: omnis enim homo aīal. Similiter aūt & priuatiuum: eſt enim A,& B nulli C ineſſe:A tamen omni B:veluti ſi eidē acceptis terminis,mediū poſitū fuerit homo.lapidi enim,nec aīal,nec homo nulli ineſt, aīal uero omni homini. Quare ſi cui quidem omni ineſt,accipit nulli ineſſe,cui vero non ineſt, omni ineſſe, ex falſis vtriſque vera erit concluſio



Duo modi vſes concludētes verū ex ambabꝰ in toto falſis.


Similiter autem monſtrabitur, & ſi ad aliquid falſa vtraque accepta fuerit.



Duo modi ex propōnibus in parte falſis, falſum concludentes.


Quod

Quod ſi altera falſa poſita fuerit,prima exiſtẽte tota falſa, vt ipſa A B,non erit concluſio vera: ipſa vero B C erit. Dico autem totam falſam contrariam: vt ſi nulli inexiſtens,omni acceptũ fuit:aut ſi omni,nulli ineſſe.ſit enim A B nulli inexiſtẽs,B vero C omni:ſi B C quidem propoſitionem veram accepero,A B autem totam falſam, & A ineſſe omni B. impoſſibile concluſionẽ veram eſſe: nulli enim inerat A eorum quæ C. ſiquidem cui B nulli ipſum A:B vero omni C.Conſimiliter autem neq; ſi A omni B ineſt,& B omni C: accepta vero eſt B C propoſitio vera, A B autem falſa tota, & A nulli eorum quibus B,cõcluſio falſa erit. omni enim C inerit ipſum A. ſiquidẽ ipſum A omni, cui B. B vero omni C.Planum igitur,quòd ſi prima tota accipiatur falſa,ſiue affirmatiua,ſiue priuatiua:altera aũt vera,nõ ſit vera cõcluſio.



Duo modi quorũ maiori in toto eſt falſa,minor uera,verũ non concludentes.

Cum vero nõ tota accipitur, falſa erit. Si .n. A ineſt oĩ C,alicui aũt B,B vero oĩ C:vt aĩal cygno quidẽ oĩ, albo aũt alicui,albũ vero oĩ cygno : ſi acceptũ fuerit A oĩ B,& B oĩ C,A oĩ C inerit vere: omnis enim cygnus aĩal. Similiter, & ſi priuatiuũ ſit A B.accidit enim A B quidẽ alicui ineſſe,C vero nulli,B autẽ oĩ C: vt aĩal alicui albo, niui autẽ nulli, album vero omni niui. Si itaque acceptũ fuerit,A nulli B.B vero oĩ C: A nulli C inerit.



Modi duo ex maiori ĩ parte falſa, minori vera, verũ concludentes.


Quod ſi A B propoſitio tota accepta fuerit vera, B C autem tota falſa, erit ſyllogiſmus verus. nil enim prohibet A, & C omni ineſſe, B autem nulli C: vt quæcunque eiuſdem generis ſpecies non ſubalternæ. animal enim & equo & homini ineſt, equus vero nulli homini. Si itaque acceptum fuerit A omni B, & B omni C, vera erit concluſio, falſa tota exiſtente B C propoſitione. Conſimiliter autem & priuatiua exiſtente A B propoſitione. contingit enim, A neque B, neque C nulli ineſſe & B, nulli C, vt ex alio genere ſpeciebus diuerſum genus. animal enim neque muſicæ neq; medicinæ ineſt, neque muſica medicinæ. Si igitur acceptum fuerit, A nulli B, B vero omni C, vera erit concluſio.



Modi duo ex maiori uera minori ĩ toto falſa, uerũ concludentes.

Et ſi


Et ſi B C non tota falſa,ſed ad aliquid,& ita erit cōclusio vera.nihil enim prohibet A & B, & C toti ineſſe: B tamē alicui C: vt genus ſpeciei,ac differentiæ.aīal.n. oī homini,& oī pedeſtri: homo vero alicui pedeſtri, & nō oī. Si igitur A oī B, & B oī C acceptum fuerit, A oī C inerit: quod erat verū.Sil'r aūt & priuatiua exiſtente A B propōne,contingit.n.A,& B, & C nulli ineſſe,B tñ alicui C:vt genus ex alio genere ſpeciei & differētiæ.aīal enim neq; prudētiæ vllī ineſt, neq; ſpeculatiuæ.prudētia vero alicui ſpeculatiuæ. Si igitur acceptū fuerit A nulli B, B aūt oī C: A inerit nulli C.hoc aūt erat verum.



Duo modi ex maiori vera minori in parte falſa verū cōcludentes.


In ſyllogiſmis vero qui in parte,contingit & prima propoſitiōne tota falſa,altera aūt vera,concluſionē verā eſſe:& prima exiſtente ad aliquid falſa,& hac quidē vera, illa aūt quæ in parte,falſa: & vtriſq; falſis.Nihil enim prohibet,A nulli quidē B ineſſe, C vero alicui,& B alicui C: veluti aīal nulli niui,albo autē alicui ineſt, & nix albo alicui. Si igitur mediū poſitū fuerit nix,primū aūt aīal: & acceptū fuerit,A toti B ineſſe,B vero alicui C: A B quidē tota falſa,B C aūt vera,& concluſio vera.Conſimiliter autē & priuatiua exiſtente A B propoſitione. accidit enim, A toti B ineſſe,C vero alicui non ineſſe, B tamen alicui C ineſſe, vt aīal,homini quidem omni ineſt, albo autem alicui non ſequitur,homo aūt

alicui albo ineſt. Quare, ſi medio poſito homine, accipiatur A nulli B ineſſe, B autem alicui C ineſſe, vera erit concluſio, falſa exiſtente A B propoſitione tota.



Duo modi particulares ex maiori toto falſa, minori vera verum cõcludẽtes.


Et ſi ad aliquid falſa A B propoſitio. erit cõcluſio vera: nihil.n. ꝓhibet A & B, & C alicui ineſſe: & B alicui C ineſſe, quemadmodũ aĩal alicui honeſto, & alicui magno, & honeſtum alicui magno ineſſe. Si igitur acceptũ fuerit, A oĩ B & B alicui C. A B quidẽ propoſitio ad aliquid falſa erit, B C aũt vera, & concluſio vera. Conſi'r autem & priuatiua exiſtẽte A B propõne. ijdẽ enim termini erunt, & ſimiliter poſiti ad demonſtrationem.



Modi duo ex maiori in parte falſa, minori vera, verũ ꝯcludẽtes.

Rurſus,


Rurſus, ſi A B quidem vera, B C autē falſa. vera erit concluſio. nihil enim prohibet, A B quidē toti ineſſe, C autem alicui, & B C nulli ineſſe: quemadmodū animal cygno quidē omni, nigro autē alicui, cygnus vero nulli nigro. Quare ſi acceptū fuerit A omni B, & B alicui C, vera erit concluſio, falſo exiſtente B C. Cōſimiliter aūt & priuatiua accepta A B propōne. accidit enim A B quē dē nulli, C vero alicui nō ineſſe, B tamen nulli C. quemadmodum genus ſpeciei ex alio genere, & accidēti ſpeciebus ipſius. aīal enim numero quidē nulli ineſt, albo aūt alicui, numerus autem nulli albo. Si igitur mediū poſitū fuerit numerus, & acceptū fuerit, A quidem nulli B, B vero alicui C, A alicui C, non inerit, quod erat verum. & A B quidem propoſitio vera, B C autem falſa.



Duo modi ex maiori vera & minori falſa, verum concludentes.


Et ſi aliquid falſa A B, falſa vero B C, erit concluſio vera: nihil enim prohibet A B alicui, & C alicui ineſſe vtrique, B autem nulli C: veluti ſi B contrarium ipſi C, ambo vero contingētia eidem generi. aīal enim alicui albo, & alicui nigro ineſt. album autem nulli nigro. Si igitur acceptum fuerit A omni B, & B alicui C, vera erit concluſio. & ſi priuatina accipiatur A B ſimiliter. iidem enim termini, & ſimiliter ponentur ad demonſtrationem.

Duo modi ex maiori ĩ parte, & mi nori ĩ toto falſa, verũ concludentes.




Et ex vtriſq; falſis erit concluſio vera. accidit enim A B quidem nulli, C vero alicui ineſſe, B autem nulli C: quemadmodũ genus ſpeciei ex alio genere, & contin genti ſpeciebus ipſius. aĩal enim numero quidẽ nul , albo autẽ alicui ineſt, & numerus nulli albo. Si igitur acceptum fuerit, A omni B, & B alicui C, concluſio quidem vera, propoſitiones autem ambæ falſæ. Similiter & priuatiua exiſtente A B. nihil enim prohibet A B quidem toti ineſſe, C vero alicui non ineſſe, & B nulli C: veluti animal cygno quidem omni, nigro autem alicui non ineſt, cygnus vero nulli nigro. quare, ſi acceptum fuerit A nulli B, B vero alicui C, A alicui C non inerit. Concluſio igitur vera, propoſitiones autem falſæ.

Duo modi ex vtriſque ĩn toto falſis cõcludẽtes verum.



Secunda figura. Cap. III.

IN media autem figura, omnino accidit per falſa verum ratiocinari.& cum vtræq; propoſitiones totæ falſæ accipiuntur,& cum vtręq; in aliquo.& hac quidem vera, illa autem falſa exiſtente totá, vtralibet poſita falſa:& ſi vtræque in aliquo falſæ: & ſi hæc ſimpliciter vera, illa autem in aliquo falſa: & ſi hæc tota falſa, illa autem in aliquo vera:.& in vniuerſalibus ſyllogiſmis & in ijs,qui ſunt in parte.Si enim A B quidem nulli ineſt, C vero omni: vt animal lapidi quidem nulli, equo autem omni: ſi econtrario poſitæ fuerit propoſitiones,& acceptum fuerit A B quidem omni, C vero nulli, ex falſis totis propoſitionibus, vera erit concluſio. Conſimiliter & ſi B quidem omni, C autem nulli ineſt A. idem enim erit ſyllogiſmus.




Modi duo ex vtriſque in toto falſis, verũ cõcludentes.

Rurſus,ſi altera quidem tota falſa, altera autem tota vera. nil enim prohibet A ineſſe & B,& C omni, B tamen nulli C. vt genus non ſubalternis ſpeciebus. animal enim & equo omni, & homini, & nullus homo equus. Si igitur acceptum fuerit,huic quidem omni,illi vero nulli ineſſe. hæc quidem tota falſa erit, illa autem tota vera,& concluſio vera : ... ...umlibet poſito priuatiuo.


Animal

Modi duo ex altera vera, altera in toto falſa vtriq; verū cõcludẽtes.



Et ſi altera ad aliquid falſa, altera autem tota vera. accidit enim A B, quidem alicui ineſſe, C vero omni B, tamen nulli C: vt animal albo alicui, coruo autem omni, & album nulli coruo. Si igitur acceptum fuerit B quidem nulli, C vero toti ineſſe, A B propoſitio ad aliquid falſa, A C vero tota vera, & concluſio vera. Et ſi tranſponatur priuatiuum conſimiliter per eoſdem nanq; terminos demonſtratio.

Duo modi vna ex maiori in parte falſa, minori vera, altera econtra, verū cõcludẽtes.




Et ſi affirmatiua propoſitio ad aliquid falſa, priuatiua autem tota vera. nihil enim prohibet A B quidem alicui ineſſe, C vero toti non ineſſe, & B nulli C: vt animal albo quidem alicui, pici autem nulli, & album nulli pici. Quare ſi acceptum fuerit A toti B ineſſe, C vero nulli: A B quidem in aliquo falſa, A C autem tota vera.

Animal



Modus ex maiori in parte falſa, minori vera, verũ concludens: ꝙ ſi termini trãſponantur ſiet alter modus idẽ concludẽs.

Et ſi ambæ propoſitiones ad aliquid falſæ, erit concluſio vera. accidit.n. A & B, & C alicui ineſſe, B vero nulli C: vt animal & albo alicui, & nigro alicui, albũ autem nulli nigro. ſi igitur acceptum fuerit, A B, quidem omni, C vero nulli: ambæ propoſitiones in aliquo falſæ. concluſio autem vera. Conſimiliter & tranſpoſita priuatiua per eoſdem terminos.




Duo modi ex vtriſq; ĩ parte falſis, verum concludẽtes.

Manifeſtum vero & in ſyllogiſmis in parte. nihil enim prohibet A B quidem omni, C autem alicui ineſſe, & B alicui C non ineſſe. vt animal omni homini, albo vero alicui, homo autem alicui albo non inerit. Si igitur poſitum fuerit A B quidem nulli ineſſe, C vero


ro alicui ineſſe: vniuerſalis propoſitio tota falſa, quæ autem in parte vera, & concluſio vera. Conſimiliter vero,& cum affirmatiua accipitur A B. accidit enim A B quidem uulli, C autem alicui non ineſſe, & B C alicui non ineſſe. vt animal nulli inanimato albo, vero alicui. & inanimatum non inerit alicui albo. Si itaq; poſitum fuerit A B quidem omni, C vero alicui non ineſſe: A B quidem propoſitio vniuerſalis, tota falſa, A C autem vera,& concluſio vera.

Duo modi ex maiori falſa, minori vera verũ cõcludẽtes.



Et ſi vniuerſalis vera quidem poſita fuerit, quæ vero in parte falſa. nihil enim prohibet A & B, & C nullũ ſequi, B tamen alicui C non ineſſe: vt animal nullum numerum,& inanimatum,& numerus aliquod inanimatum non ſequitur. Si igitur poſitum fuerit A B quidem nulli, C vero alicui, concluſio quidem erit vera & vniuerſalis propoſitio, quæ autem in parte falſa. Et quum affirmatiua ponitur vniuerſalis, conſimiliter. accidit enim A & B, & C toti ineſſe, B tamen non ſequi aliquod C: vt genus ſpeciem & differentiam. animal enim omnem hominem, & totum pedeſtre ſequitur, homo autem non omne pedeſtre. Quare, ſi acceptum fuerit A B quidem toti ineſſe, C autem alicui non ineſſe: vniuerſalis quidem propoſitio vera, quæ autem in parte falſa, concluſio autem vera.


Animal



Duo modi ex minori falſa, maiori vera concludẽtes verum.

Planum vero & quòd ex ambabus falſis erit concluſio vera. ſiquidem contingit A & B, & C toti ineſſe, B tamen* alicui C, non ſequi. Si enim acceptum fuerit A B quidem nulli, C vero alicui ineſſe, propoſitiones quidem ambæ falſæ, concluſio autem vera. Conſimiliter vero & cum vniuerſalis propoſitio eſt prędicatiua, quæ autem in parte, priuatiua. accidit nanque A nullum quidem B, C vero omne ſequi, & B alicui C non ineſſe. vt animal ſcientiam quidem nullam, hominem vero omnem ſequitur, ſcientia autem non omnem hominem. Si igitur acceptum ſit A B, quidem toti ineſſe, C autem aliquod non ſequi: propoſitiones quidem falſæ, ſed concluſio vera.

*al. le. totī ineſſe, huic quidē oī, illi aũt nullī B tamen.




Duo modī ex vtriſque in toto falſis, verũ concludentes.

Figuræ

Figura tertia. Cap. IIII.

E Rit autem & in vltima figura per falſas totas:& in aliquo vtraq; : & altera quidem vera tota , altera vero falſa:& hæc in aliquo falſa,illa autem tota vera,& econuerſo : & quotcunq; modis aliter contingit tranſumere propoſitiones. Nihil enim prohibet,& A & B nulli C ineſſe : A autem alicui B ineſſe: veluti & homo & pedeſtre, nullum inanimatum ſequit, homo tamen alicui pedeſtri ineſt. Si igitur acceptum fuerit A, & B omni C ineſſe,propoſitiones quidem totę falſæ, concluſio autem vera. Similiter autem & hac quidem priuatiua,illa autem affirmatiua exiſtente, accidit enim B quidem nulli C ineſſe , ipſum vero A omni,& A alicui B non ineſſe:vt nigrum nulli cygno, animal autem omni,& animal non omni nigro. Quare ſi acceptum fuerit B omni C, ipſum vero A nulli, A alicui B non inerit:& concluſio quidem vera,propoſitiones autem falſæ.


Duo modi vniuerſales,ex vtriſque in toto falſis, veris cōcludētes.



Et ſi in aliquo vtraq; falſa , erit concluſio vera. nihil enim prohibet & A & B alicui C ineſſe , & A alicui B: vt album & honeſtum alicui animali ineſt,& album alicui honeſto. Si igitur poſitum fuerit A,& B omni C ineſſe propoſitiones quidem in aliquo falſæ,concluſio autem vera.Sed & quum A C priuatiua ponitur, conſimiliter. nihil enim prohibet , A quidem alicui C non


ineſſe,

ineſſe, ipſum vero B alicui ineſſe, & A B non omni ineſſe: vt honeſtum alicui animali non ineſt, honeſtum vero alicui ineſt, & album non omni honeſto. Quare ſi acceptũ fuerit, A quidem nulli C, ipſum vero B omni: ambæ ꝓpoſitiones in aliquo falſæ, cõcluſio autẽ vera.



Duo modi ex vtriſque in parte fal ſis verũ con cludentes.


Conſimiliter vero & cum hæc quidem tota falſa, illa autem tota vera accipitur. accidit enim, & A & B ſequi omne C, A tamen alicui B non ineſſe: vt animal & album omnem cygnum ſequitur. animal tamen non omni ineſt albo. His igitur poſitis terminis, ſi acceptum fuerit, B quidem toti C ineſſe, A vero toti non ineſſe: B C quidem tota erit vera: A C autem tota falſa & concluſio vera. Conſimiliter vero, & ſi B C quidem falſum, A C autem verum. nam ijdem quidem termini ad demonſtrationem, nigrum, cygnus, inanimatum.



Duo modi negatiui ex altera in toto falſa, hæc ex maiori, illa ex minori, altera vera concludentes verum.


Sed & ſi ambæ accipiantur affirmatiuæ, nihil enim prohibet, B quidẽ ſequi omne C, ipſum vero A toti non ineſſe, & A alicui B ineſſe: vt animal omni cygno, nigrum autem nulli cygno, & nigrum ineſt alicui animali. Quare ſi acceptum fuerit A, & B omni C ineſſe, B C quidem tota vera, A C autem tota falſa, & concluſio vera. Sed conſimiliter & cum A C accepta fuerit vera. per eoſdem nanque terminos demonſtratio.

Duo modi affirmatiui vt ſuperiores concludẽtes verũ.




Rurſus & cum hæc quidem tota vera extiterit, illa autem in aliquo falſa. accidit enim B quidem omni C ineſſe, A vero alicui C, & alicui B: vt bipes quidem omni homini, honeſtum autem nõ omni, & honeſtum alicui bipedi ineſt. Si igitur acceptum fuerit, & A, & B toti C ineſſe: B C quidem tota vera, A C autem in aliquo falſa, ſed concluſio vera. Conſimiliter autem & ſi A C vera, B C vero falſa in aliquo accipiatur. iiſdem namque terminis tranſpoſitis, erit demonſtratio.

Duo modi affirmatiui, ex altera in parte falſa, altera vera cõcludẽtes verum.



Et ſi hæc priuatiua, illa autem affirmatiua ſit. qm̃.n. accidit, quidem toti c ineſſe, a vero alicui b: & quãdo ſic ſe habeant, a non omni b, ſi acceptũ fuerit, b quidẽ toti c ineſſe, a vero nulli, priuatiuã quidẽ in aliquo falſa, altera autẽ tota vera, & cõcluſio. Rurſus, quoniã monſtratum eſt, ꝙ cũ a nulli ineſt c, ipſum vero b alicui: accidit a alicui b non ineſſe: planum ꝙ & cum a c tota vera ſit, b c autem in aliquo falſa, accidit concluſionẽ verã eſſe. Si.n. acceptum fuerit a nulli c, ipſum vero b omni. a c quidẽ tota vera, b c aũt ĩ aliquo falſa.



Duo modi negatiui, vt ſuperiores, verũ cõcludentes.

Cæterũ & in ſyllogiſmis in parte manifeſtũ, qđ omnino erit verũ p falſa: ijdẽ enim termini accipiẽdi, & qñ vniuerſales ſint ꝓpoſitiones: q qdẽ in affirmatiuis, affirmatiui, q vero in priuatiuis, priuatiui. nihil.n. differt, cũ nulli inſit, omni accipere ineſſe: & ſi alicui inerat, vl̃r capere ad terminorũ expoſitionẽ * itidẽ & ĩ priuatiuis. Planũ igit, ꝙ ſi quidẽ ſit cõcluſio falſa, neceſſe eſt falſa eſſe, ex quibus eſt ratio, aut omnia, aut quædã: qñ aũt vera, nõ neceſſe eſt verũ eſſe, neq; aliquid, neq; õia: ſed eſt, cũ nullũ eorũ, quæ in ſyllogiſmo verũ ſit, cõcluſionẽ cõſimiliter verã eſſe, nõ ex neceſſitate tñ. Cã aũt: qm̃ qñ ſic ſe inuicẽ habeãt, vt cũ ex neceſſitate alterũ ſit, ex neceſſitate alterum exiſtat: cũ hoc quidẽ nõ ſit, neq; alterũ erit: cũ aũt ſit, nõ neceſſe alterum eſſe: ſed cũ idẽ ſit, & nõ ſit, impoſſibile ex neceſſitate eſſe idem. Dico autem, vt cum ſit a album, b eſſe ex neceſſitatẽ: & cum non ſit album a, b ex neceſſitate. * quando enim cum hoc ſit album. vt a, neceſſe eſt


*a. l. & alicui inexiſtẽti vl̃r capere ineſſe ad terminorũ expõnẽm.

*a. l. b eſſe

hoc magnum eſſe B : cum vero magnum B ſit c non album neceſſe eſt ſi A album, ç non eſſe album.

magnũ ex neceſſitate & cũ nõ ſit albũ A, B eẽ magnũ ex neceſſitate.

Ex hoc mõ oñdit nõ fore neceſſariũ ſi cõcluſio ſit vera, præmiſſas eſſe veras.




Et qñ duob⁹ exiſtẽtib⁹, altero exiſtẽte, neceſſe, eſt alterũ eſſe: hoc nõ exiſtẽte, neceſſe eſt A nõ eẽ : B vero nõ exiſtẽte magno, põt A albũ eẽ: A vero nõ exiſtẽte albo, ſi neceſſe eſt B magnũ eſſe, accidit ex neceſſitate, B magno nõ exiſtẽte, ipſũ B magnũ eſſe . hoc aũt impoſſibile. ſi enim B nõ eſt magnũ, A non erit albũ ex neceſſitate, ſi igit̃ nõ exiſtente hoc albo, B erit magnũ, accidit, ſi B non eſt magnũ, eſſe magnum, tãquam per tria.



Ex hoc mõ oñdit, ſi cõcluſio ẽ falſa, ꝙ ꝑpoſitiones ſunt falſæ.

De circulari monſtratione. Cap. V.

CIrculo autem & ex ſeinuicem mõſtrare, ẽſt per concluſionem, & eo quod prædicatione retrouerſum ſe habet, alteram accipientem propoſitionem concludere reliquam, quam accipiebat in altero ſyllogiſmo. Quemadmodum ſi oportebat monſtrare, ꝙ A omni C ineſt: monſtrauit autem per B.



Primus modus ad concluſionẽ intentam.

Rurſus ſi oſtenderet, ꝙ A ineſt ipſi B, accipiens A ipſi C ineſſe: C vero ipſi B: & A ipſi B inerit. Prius autem econuerſo accipiebat B ineſſe ipſi C.



Modus ſecũdus maiorẽ primi concludens, ex cõcluſione, & minore conuerſa.


Aut ſi oportet monſtrare, q͂ B ineſt ipſi C, ſi accipiat A de C, quæ erat concluſio: B vero de A ineſſe. ſed prius acceptum fuerat econuerſo, A de B.

Tertius modus concludens minorem primi ex cõcluſione, & maiore cõuerſa.




Aliter autem non eſt ex ſeinuicem oſtendere. ſiue enim aliud medium accipiet, non circulo. nihil enim accipitur ex ijs, quæ eadem ſunt. ſiue horum aliquid, neceſſe alterum ſolum. ſi nanq; ambo, eadem erit concluſio. at oportet diuerſam eſſe. In ijs igitur, quæ non conuertuntur, ex indemonſtrabili altera propoſitione fit ſyllogiſmus. non enim eſt demonſtrare per hos terminos, quod medio tertium ineſt, aut primo medium. In his vero quæ conuertuntur, eſt omnia monſtrare per ſeinuicem. veluti ſi A, & B & C conuertuntur inter ſe. Sit enim oſtenſum, A C per medium B: & rurſus A B, & per concluſionem, & per B C propoſitionem conuerſam: conſimiliter autem & B C per concluſionem, & A B propoſitionem conuerſam. Oportet vero & C B, & B A propoſitionem demonſtrare: his enim indemonſtrabilibus vſi fuimus ſolis. Si itaque ſumatur B omni C ineſſe: & C omni A: ſyllogiſmus erit ipſius B ad A.

Rurſus



Quart⁹ modus concludẽs maiorẽ primi cõuerſam, ex minore, & concluſione cõuerſa.

Rurſus ſi acceptum fuerit ipſum quidem c omni a: a vero omni b: neceſſe eſt c ineſſe omni b.




Quintus cõcludens minorem primi, ex concluſione cõuerſa & maiori.

In vtriſque igitur his ſyllogiſmis, c a propoſitio accepta eſt indemonſtrabilis: aliæ enim monſtratæ

erant. quare, ſi hanc demonſtrauerimus, omnes monſtratæ erunt per ſeinuicem. Si igitur acceptum fuerit c omni B: & B omni A ineſſe: vtræque propoſitiones demonſtratæ accipiuntur, & c ipſi A neceſſe eſt ineſſe.

Sextus modus concludens cõcluſionẽ primi cõuerſã ex ambabus ꝓpoſitionibꝰ conuerſis.



Manifeſtum igitur, quòd in ſolis conuertentibus, circulo & per ſeinuicem contingit fieri demonſtrationes: in alijs vero, vt prius diximus. Accidit autem & in his eo ipſo quod monſtratur, vti ad demonſtrationem. nam c de B, & B de A monſtratur, ſi acceptum ſit, c de A dici, c vero de A, per has monſtratur propoſitiones: quare concluſione vtimur ad demonſtrationem. In priuatiuis autem ſyllogiſmis ita monſtratur. Ex ſeinuicem, ſit B quidem omni c ineſſe: A vero nulli B: concluſio, quòd A nulli c. Si igitur rurſus oportet concludere, quòd A nulli B, quod dudum accepit, erit A nulli c, c vero omni B: ſic enim propoſitio econuerſo.

Si vero



Duo modi negatiui. primus concludens cõcluſionẽ primo intẽtã, ſecũdus concludẽs maiorẽ primi, ex cõcluſione & minori conuerſa.


Si vero quòd B ipſi c oportet concludere, non amplius ſimiliter conuertendum eſt A B. nanque eadem propoſitio eſt, B nulli A, & A nulli B ineſſe: ſed accipiendum, cui A nulli ineſt, B omni ineſſe. ſit enim A nulli c ineſſe, quod erat concluſio: cui autem A nulli, acceptum ſit B omni ineſſe: neceſſe igitur B omni c ineſſe. quare cum tria ſint, vnumquodq; concluſio factum eſt, & circulo demonſtrare hoc eſt, concluſionem accipientem & econuerſo alteram propoſitionẽ, reliquam ratiocinari.



Modus qui ex aſſũptione oſtendit minorẽ primi modi.

ro alicui ineſſe: vniuerſalis propoſitio tota falſa, quæ autem in parte vera, & concluſio vera. Conſimiliter vero,& cum affirmatiua accipitur A B. accidit enim A B quidem uulli, C autem alicui non ineſſe, & B C alicui non ineſſe. vt animal nulli inanimato albo, vero alicui. & inanimatum non inerit alicui albo. Si itaq; poſitum fuerit A B quidem omni, C vero alicui non ineſſe: A B quidem propoſitio vniuerſalis, tota falſa, A C autem vera,& concluſio vera.

Duo modi ex maiori falſa, minori vera verũ cõcludẽtes.



Et ſi vniuerſalis vera quidem poſita fuerit, quæ vero in parte falſa. nihil enim prohibet A & B, & C nullũ ſequi, B tamen alicui C non ineſſe: vt animal nullum numerum,& inanimatum,& numerus aliquod inanimatum non ſequitur. Si igitur poſitum fuerit A B quidem nulli, C vero alicui, concluſio quidem erit vera & vniuerſalis propoſitio, quæ autem in parte falſa. Et quum affirmatiua ponitur vniuerſalis, conſimiliter. accidit enim A & B, & C toti ineſſe, B tamen non ſequi aliquod C: vt genus ſpeciem & differentiam. animal enim omnem hominem, & totum pedeſtre ſequitur, homo autem non omne pedeſtre. Quare, ſi acceptum fuerit A B quidem toti ineſſe, C autem alicui non ineſſe: vniuerſalis quidem propoſitio vera, quæ autem in parte falſa, concluſio autem vera.


Animal



Duo modi ex minori falſa, maiori vera concludẽtes verum.

Planum vero & quòd ex ambabus falſis erit concluſio vera. ſiquidem contingit A & B, & C toti ineſſe, B tamen * alicui C, non ſequi. Si enim acceptum fuerit A B quidem nulli, C vero alicui ineſſe, propoſitiones quidem ambæ falſæ, concluſio autem vera. Conſimiliter vero & cum vniuerſalis propoſitio eſt prędicatiua, quæ autem in parte, priuatiua. accidit nanque A nullum quidem B, C vero omne ſequi, & B alicui C non ineſſe. vt animal ſcientiam quidem nullam, hominem vero omnem ſequitur, ſcientia autem non omnem hominem. Si igitur acceptum ſit A B, quidem toti ineſſe, C autem aliquod non ſequi: propoſitiones quidem falſæ, ſed concluſio vera.

*al. le. toti ineſſe, huic quidẽ oĩ, illi aũt nulli B tamen.




Duo modi ex vtriſque in toto falſis, verũ concludentes.

Figuræ

Figura tertia. Cap. IIII.


Erit autem & in vltima figura per falſas totas:& in aliquo vtraq; : & altera quidem vera tota, altera vero falſa:& hæc in aliquo falſa, illa autem tota vera,& econuerſo : & quotcunq; modis aliter contingit tranſumere propoſitiones. Nihil enim prohibet,& A & B nulli C ineſſe : A autem alicui B ineſſe: veluti & homo & pedeſtre, nullum inanimatum ſequit̃, homo tamen alicui pedeſtri ineſt. Si igitur acceptum fuerit A, & B omni C ineſſe, propoſitiones quidem totæ falſæ, concluſio autem vera. Similiter autem & hac quidem priuatiua, illa autem affirmatiua exiſtente, accidit enim B quidem nulli C ineſſe, ipſum vero A omni,& A alicui B non ineſſe: vt nigrum nulli cygno, animal autem omni,& animal non omni nigro. Quare ſi acceptum fuerit B omni C, ipſum vero A nulli, A alicui B non inerit:& concluſio quidem vera, propoſitiones autem falſæ.

Duo modi vniuerſales, ex vtriſque in toto falſis, verã cõcludẽtes.




Et ſi in aliquo vtraq; falſa, erit concluſio vera. nihil enim prohibet & A & B alicui C ineſſe, & A alicui B: vt album & honeſtum alicui animali ineſt,& album alicui honeſto. Si igitur poſitum fuerit A,& B omni C ineſſe propoſitiones quidem in aliquo falſæ, concluſio autem vera. Sed & quum A C priuatiua ponitur, conſimiliter. nihil enim prohibet, A quidem alicui C non ineſſe,

ineſſe, ipſum vero B alicui ineſſe, & A B non omni ineſ ſe: vt honeſtum alicui animali non ineſt, honeſtum vero alicui ineſt, & album non omni honeſto. Quare ſi acceptũ fuerit, A quidem nulli C, ipſum vero B omni: ambæ ꝓpoſitiones in aliquo falſæ, cõcluſio autẽ vera.




Duo modi ex vtriſque in parte falſis verũ concludentes.

Conſimiliter vero & cum hæc quidem tota falſa, illa autem tota vera accipitur. accidit enim, & A & B ſequi omne C, A tamen alicui B non ineſſe: vt animal & album omnem cygnum ſequitur. animal tamen non omni ineſt albo. His igitur poſitis terminis, ſi acceptum fuerit, B quidem toti C ineſſe, A vero toti non ineſſe: B C quidem tota erit vera: A C autem tota falſa & concluſio vera. Conſimiliter vero, & ſi B C quidem falſum, A C autem verum. nam ijdem quidem termini ad demonſtrationem, nigrum, cygnus, inanimatum.




Duo modi negatiui ex altera in toto falſa, hæc ex maiori, illa ex minori, altera vera concludentes verum.

Sed & ſi ambæ accipiantur affirmatiuæ, nihil enim prohibet, B quidē ſequi omne c, ipſum vero A toti non ineſſe, & A alicui B ineſſe: vt animal omni cygno, nigrum autem nulli cygno, & nigrum ineſt alicui animali. Quare ſi acceptum fuerit A, & B omni c ineſſe, B c quidem tota vera, A c autem tota falſa, & concluſio vera. Sed conſimiliter & cum A c accepta fuerit vera. per eoſdem nanque terminos demonſtratio.




Duo modi affirmatiui vt ſuperiores concludētes verū.

Rurſus & cum hæc quidem tota vera extiterit, illa autem in aliquo falſa. accidit enim B quidem omni c ineſſe, A vero alicui c, & alicui B: vt bipes quidem omni homini, honeſtum autem nō omni, & honeſtum alicui bipedi ineſt. Si igitur acceptum fuerit, & A, & B toti c ineſſe: B c quidem tota vera, A c autem in aliquo falſa, ſed concluſio vera. Conſimiliter autem & ſi A c vera, B c vero falſa in aliquo accipiatur. iiſdem nanque terminis tranſpoſitis, erit demonſtratio.



Duo modi affirmatiui, ex altera in parte falſa, altera vera cōcludētes verum.

Et ſi hęc priuatiua,illa autem affirmatiua ſit.qm̄.n. accidit,quidem toti c ineſſe, a vero alicui b: & quãdo ſic ſe habeant, a non omni b, ſi acceptũ fuerit, b quidẽ toti c ineſſe, a vero nulli, priuatiuã quidẽ in aliquo falſa,altera autẽ tota vera,& cõcluſio. Rurſus, quoniã monſtratum eſt,ꝗ cũ a nulli ineſt c,ipſum vero b alicui: accidit a alicui b non ineſſe:planum ꝗ & cum a c tota vera ſit, b c autem in aliquo falſa, accidit concluſionẽ verã eſſe. Si.n.acceptum fuerit a nulli c, ipſum vero b omni. a c quidẽ tota vera, b c aũt ĩ aliquo falſa.



Duo modi negatiui,vt ſuperiores, verũ cõcludentes.

Cæterũ & in ſyllogiſmis in parte manifeſtũ, qđ omnino erit verũ p falſa: ijdẽ enim termini accipiẽdi, & qñ vniuerſales ſint ꝓpoſitiones: q qdẽ in affirmatiuis, affirmatiui,q vero in priuatiuis,priuatiui. nihil.n.differt,cũ nulli inſit,omni accipere ineſſe: & ſi alicui inerat,vťr capere ad terminorũ expoſitionẽ * itidẽ & ĩ priuatiuis. Planũ igiť, ꝗ ſi quidẽ ſit cõcluſio falſa,neceſſe eſt falſa eſſe,ex quibus eſt ratio,aut omnia,aut quædã: qñ aũt vera,nõ neceſſe eſt verũ eſſe, neq; aliquid, neq; oĩa: ſed eſt,cũ nullũ eorũ, quæ in ſyllogiſmo verũ ſit, cõcluſionẽ cõſimiliter verã eſſe, nõ ex neceſſitate tñ. Cũ aũt: qm̃ qñ ſic ſeinuicẽ habeãt, vt cũ ex neceſſitate alterũ ſit,ex neceſſitate alterum exiſtat:cũ hoc quidẽ nõ ſit,neq; alterũ erit: cũ aũt ſit,nõ neceſſe alterum eſſe:ſed cũ idẽ ſit,& nõ ſit,impoſſibile ex neceſſitate eſſe idem. Dico autem, vt cum ſit a album,b eſſe ex neceſſitate: & cum non ſit album a, b ex neceſſitate. * quando enim cum hoc ſit album. vt a, neceſſe eſt

*a. l. & alicui inexiſtẽti vťr capere ineſſe ad terminorũ expõnem.


*a. l. b eſſe

magnũ ex neceſſitate & cũ nõ ſit albũ A, B eẽ magnũ ex neceſſitate.

hoc magnum eſſe B: cum vero magnum B ſit c non album neceſſe eſt ſi A album, ç non eſſe album.

Si ꝓpoſitiones ſunt verę.	Neceſſe eſt cõcluſionẽ eſſe veram.	Propoſitiones ſunt falſę.
Album A	Magnum B	Non album C


Ex hoc mõ oñdiẽ nõ ſore neceſſariũ ſi cõcluſio ſit vera, præmiſſas eſſe veras.



Et qñ duob⁹ exiſtētib⁹, altero exiſtēte, neceſſe, eſt alterũ eſſe: hoc nõ exiſtēte, neceſſe eſt A nõ eẽ: B vero nõ exiſtēte magno, põt A albũ eẽ: A vero nõ exiſtēte albo, ſi neceſſe eſt B magnũ eſſe, accidit ex neceſſitate, B magnó nõ exiſtēte, ipsũ B magnũ eſſe. hoc aũt impoſſibile. ſi enim B nõ eſt magnũ, A non erit albũ ex neceſſitate, ſi igiẽ nõ exiſtente hoc albo, B erit magnũ, accidit, ſi B non eſt magnũ, eſſe magnum, tãquam per tria.


Si concluſio non eſt vera.	Propoſitiones nõ ſunt verę.	Concluſio eſt vera.
Non magnum B	Non album A	Magnum B

Ex hoc mõ oñdiẽ, ſi cõcluſio ẽ falſa, ꝙ ꝓpoſitiones ſunt falſæ.



De circulari monſtratione. Cap. V.

CIrculo autem & ex ſeinuicem mõſtrare, eſt per concluſionem, & eo quod prædicatione retrouerſum ſe habet, alteram accipientem propoſitionem concludere reliquam, quam accipiebat in altero ſyllogiſmo. Quemadmodum ſi oportebat monſtrare, ꝙ A omni C ineſt: monſtrauit autem per B.



Primus modus ad concluſionē intentam.

Rurſus ſi oſtenderet, ꝙ A ineſt ipſi B, accipiens A ipſi C ineſſe: C vero ipſi B: & A ipſi B inerit. Prius autem econuerſo accipiebat B ineſſe ipſi C.



Modus ſecũdus maiorē primi concludens, ex cõcluſione, & minore conuerſa.


Aut ſi oportet monſtrare,q᷑ B ineſt ipſi C,ſi accipiat A de C,quæ erat concluſio : B vero de A ineſſe.ſed prius acceptum fuerat econuerſo , A de B.

Tertius modus concludens minorem primi ex cõcluſione,& maiore cõuerſa.




Aliter autem non eſt ex ſeinuicem oſtendere . ſiue enim aliud medium accipiet , non circulo.nihil enim accipitur ex ijs , quæ eadem ſunt. ſiue horum aliquid, neceſſe alterum ſolum . ſi nanq; ambo, eadem erit concluſio . at oportet diuerſam eſſe. In ijs igitur,quæ non conuertuntur,ex indemonſtrabili altera propoſitione fit ſyllogiſmus . non enim eſt demonſtrare per hos terminos , quod medio tertium ineſt , aut primo medium. In his vero quæ conuertuntur , eſt omnia monſtrare per ſeinuicem . veluti ſi A , & B & C conuertuntur inter ſe . Sit enim oſtenſum , A C per medium B : & rurſus A B , & per concluſionem , & per B C propoſitionem conuerſam : conſimiliter autem & B C per concluſionem , & A B propoſitionem conuerſam . Oportet vero & C B , & B A propoſitionem demonſtrare : his enim indemonſtrabilibus vſi fuimus ſolis . Si itaque ſumatur B omni C ineſſe : & C omni A : ſyllogiſmus erit ipſius B ad A .

Rurſus



Quartꝰ modus concludēs maiorē primi cõuerſam, ex minore, & concluſione cõuerſa.


Rurſus ſi acceptum fuerit ipſum quidem C omni A: A vero omni B: neceſſe eſt C ineſſe omni B.



Quintus cõcludens minorem primi, ex concluſione cõuerſa & maiori.


In vtriſque igitur his ſyllogiſmis, C A propoſitio accepta eſt indemonſtrabilis: aliæ enim monſtratæ

164



Duo modi negatiui. primus con cludens cōcluſionē pri mo intētā, ſecūdus con cludēs ma iorē primi, ex cōcluſio ne & mino ri conuerſa.


Si vero quòd B ipſi c oportet concludere, nō amplius ſimiliter conuertendum eſt A B. nanque eadem propoſitio eſt, B nulli A, & A nulli B ineſſe: ſed accipiendum, cui A nulli ineſt, B omni ineſſe. ſit enim A nulli c ineſſe, quod erat concluſio: cui autem A nulli, acceptum ſit B omni ineſſe: neceſſe igitur B omni c ineſſe. quare cum tria ſint, vnumquodq; concluſio factum eſt, & circulo demonſtrare hoc eſt, concluſionem accipientem & econnerſo alteram propoſitionē, reliquam ratiocinari.



Modus qui ex aſſūptio ne oſtendit minorē pri mi modi.


In ſyllogiſmis vero, qui in parte vniuerſalem quidem propoſitionem non eſt demonſtrare per alteram, eam vero, quæ ſecundum partem erit. quòd igitur non eſt demonſtrare vniuerſalem, manifeſtum. vniuerſale nanque monſtratur per vniuerſalia: concluſio autem non eſt vniuerſalis: oportet autem ex concluſione monſtrare, & altera propoſitione. Amplius, omnino neque fit ſyllogiſmus, conuerſa propoſitione: in parte enim ambæ fiunt propoſitiones. Ea vero, quæ eſt in parte, eſt. Sit enim monſtratum A de aliquo C per B. ſi igitur acceptum fuerit, B omni A: & concluſio maneat: B alicui C inerit. fit enim prima figura, & eſt A medium.

Duo modi affirmatiui particulares: primus concludens cõcluſionẽ primo intẽtã, ſecũdus concludens minorẽ primi ex maiore cõuerſa, & concluſione.



Si autem ſit priuatiuus ſyllogiſmus, vniuerſalem quidem propoſitionem non eſt monſtrare. ob id, quod & prius dictum eſt: eam vero, quæ eſt in parte, eſt, ſi itidem conuerſa fuerit A B, quemadmodum & in vniuerſalibus non eſt, per aſſumptionem autem eſt, vt cui A alicui non ineſt, B alicui ineſſe: aliter enim non fit ſyllogiſmus, eo quòd propoſitio, quæ in parte, eſt negatiua.


Lapis



Duo modi primus cõcludẽs conclusionẽ primo intẽtã, ſecũdus minorẽ primi ex aſſumptione.

Figura ſecunda. Cap. 6.

In ſecunda autẽ figura, affirmatiuum quidem non eſt monſtrare per hunc modum, priuatiuum vero eſt. Prædicatiuum igitur non monſtratur, eo quòd ambæ propoſitiones non ſunt affirmatiuæ. concluſio autem eſt priuatiua: ſed prædicatiuum ex ambabus monſtrabatur affirmatiuis. Priuatiuum vero ſic monſtratur. inſit A omni B: nulli autem C: concluſio, B nulli C. ſi igitur acceptum fuerit B omni A ineſſe, neceſſe eſt A nulli C ineſſe. fit enim ſecunda figura: medium B.



Duo modi; vnus cõcludens cõcluſionem primo intẽtã, ſecũdus minorẽ primi ex maiore conuerſa, & cõcluſione.

Sin autem A B priuatiuum acceptum fuit, alterum vero prædicatiuum, prima erit figura: nam C quidem omni A: B autem nulli C: quare B nulli A: neque igitur B ipſi A. mediũ C. Per concluſionẽ igitur, & vnam propõnem non fit ſyllogiſmus: accepta autem altera, erit.


Riſibi-

Duo modi: vnus cõcludẽs concluſionem primo intẽtã, ſecũdus maiorẽ primi conuerſam ex cõcluſione,& minore cõuerſa, & rurſus cõcluſio cõuertitur, & ſic maior primi concluditur.




Si vero non vniuerſalis ſyllogiſmus ſit,in toto quidem propoſitio nõ demonſtrabatur ob eandẽ cauſam, quã diximus & prius: quæ autẽ eſt in parte mõſtratur, quando ſit vniuerſale prædicatiuũ.Inſit enim A õi B: C vero non omni:concluſio B C. ſi itaque acceptũ fuerit,B oĩ A:C autem non omni: A alicui C non ineſt: mediũ B.


Duo modi: vnus cõcludens cõcluſionem primo intẽtã, ſecũdus minorem ex maiore cõuerſa,& cõcluſione.



Quod ſi eſt vniuerſalis priuatiua, non demonſtrabitur A C propoſitio, conuerſo A B: accidit enim aut vtraſque aut alteram propoſitionem fieri negatiuam: quare non erit ſyllogiſmus. ſed conſimiliter monſtrabitur, quemadmodum & in vniuerſalibus,ſi acceptum fuerit cui B alicui non ineſt. A alicui ineſſe:

Lapis





Modi duo vnus concludẽs concluſionẽ primo intẽtã, ſecũdus minorem ex aſſumptione.

Figura tertia. Cap. 7.


IN tertia autẽ figũra,quando ambæ quidẽ propõnes vl̃r acceptæ fuerint,nõ contingit mõſtrare per ſein uicẽ. vl̃e nanq; monſtratur per vl̃ia : concluſio aũt quæ in hac,ſemper eſt ſecundũ partẽ:quare manifeſtũ, q̃ omnino nõ contingit mõſtrare per hãc figurã vl̃em propõnẽ. Quod ſi hæc vl̃r ſit,illa vero in parte,aliquando quidẽ erit,quandoq; aũt nõ erit. Cũ igitur vtræque prædicatiua acceptæ fuerint,& vl̃e fiat ad minus extremũ,erit: cũ vero ad alterũ,nõ erit. Inſit enim A oi c: ipſum aũt B alicui.concluſio,A B.Si ergo acceptũ fuerit c oi A ineſſe.A aũt alicui B: c quidẽ oſtenſum eſt alicui B ineſſe: B vero alicui c nõ monſtratũ. atqui neceſſe eſt, ſi c alicui B, & B alicui c ineſſe, ſed non eſt idem hoc illi,& illud hoc ineſſe.



Duo modi: vnus cõcludit concluſionẽ primo intẽtã, ſecũdus nõ concludit: quia cõcludit nõ minorẽ, ſed eius conuerſam.


Sed aſſumendum, ſi hoc alicui huic, & alterum alicui huic. hoc autem accepto, non amplius fit ex concluſione, & altera propoſitione ſyllogiſmus.


Modus minorem concludens ex aſſumptione.



Si vero B omni C: A autem alicui C: erit demonſtrare A C, quando acceptum fuerit, C quidem omni B ineſſe: A autem alicui. ſi enim C omni B: A autem alicui B: neceſſe eſt A alicui C ineſſe: medium B.


Duo modi: vnus cõcludés conclu ſionem primo intẽtã, ſecũdus ma ioré primi, ex cõcluſiõ ne & minore cõuerſa.






Et quando fit hæc quidem prædicatiua, illa vero priuatiua: quæ autem prædicatiua vniuerſalis, monſtrabitur altera. Inſit enim B omni C: ipſum vero A alicui non inſit: concluſio erit quòd A alicui B non ineſt. Si igitur aſſumptum fuerit, C omni B ineſſe erat autem & A non omni B: neceſſe eſt A alicui C non ineſſe: mediũ B.

Album



Duo modi: vnus cõcludens cõcluſionem primo intẽtã, alter minorẽ primi, ex cõcluſione & minore conuerſa.

Quando autẽ priuatiua fiat vniuerſalis, nõ monſtratur altera: niſi quemadmodũ in prioribus, ſi acceptum fuerit, cui hoc alicui non ineſt, alterum alicui ineſſe. Vt ſi A quidem nulli C: ipſum vero B alicui: cõcluſiõ ꝙ A alicui B non ineſt. ſi igitur acceptũ fuerit, cui A alicui nõ ineſt, C alicui ineſſe, neceſſe eſt C alicui B ineſſe. aliter autẽ non eſt conuertentẽ vniuerſalẽ, propoſitionẽ monſtrare alterã: nullo enim modo erit ſyllogiſmus.



Duo modi, quorũ primus cõcludit cõcluſionem primo intẽtã, ſecũdus minorẽ primi ex aſſumptione.

Manifeſtum itaque, quòd in prima quidem figura, monſtratio per ſeinuicẽ & per tertiam & per primam efficitur figuram. cum enim prædicatiua eſt concluſio, per primam. cum autẽ priuatiua, per vltimam. accipitur enim cui hoc nulli, alterum omni ineſſe. In media autem, cum ſyllogiſmus quidem vniuerſalis ſit, & per ipſam & per primam figuram. cum vero in parte & per ipſam & per vltimam. In tertia autem per ipſam omnes. Manifeſtum autem, & quòd in tertia & media, qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi, aut nõ ſunt ſecundum circularem monſtrationem, aut imperfecti.

De


De conuerſione quæ in ſyllogiſmis. Cap. 8.

Conuertere autē eſt tranſponentē concluſionē, facere ſyllūm, q̄ aut ſummū medio non inerit, aut hoc ultimo. neceſſe enim cōcluſione cōuer ſa,& altera propōne manēte, interimi reliquā. ſi enim erit,& cencluſio erit. Differt autē oppoſite aut contrarie conuertere concluſionē: non .n. idē efficitur ſyllūs, quū vtroq; mō cōuertitur. ſed hoc per ſequētia manifeſtū erit. Dico aūt opponi oī,non oī,& alicui nulli. contrarie vero omni nulli & alicui,non alicui ineſſe.


PRIMA FIGVRA.

Sit nanq; monſtratum A de oī C,per mediū B.ſi itaq; A acceptū fuerit nulli C ineſſe: ipſi vero B oī.Nulli C inerit B.& ſi A q̄dē nulli C:B aūt oī C: A nō oī B,& non oīno nulli.non.n.mōſtrabatˀ vſe per vltimā figurā.

Ex concluſionis cōuerſione cōtrariæ i primo modo,tolli tur vtraque propoſitio.



Omnino vero non eſt vniuerſaliter deſtruere per conuerſionem propoſitionis, quæ eſt ad maius extremum. ſemper enim tollitur per tertiam figuram. neceſſe nanque ad vltimũ extremum ambas accipere propoſitiones. Et ſi priuatiuus ſyllogiſmus ſit, conſimiliter. Sit enim oſtenſum A nulli, C inexiſtẽs per B. igitur ſi acceptũ fuerit A ineſſe oĩ C: ipſi vero B nulli: B inerit nulli C. & ſi A, & B omni C: A alicui B: ſed nulli inerat.




Ex concluſionis cõuerſione cõtrariẹ in ſecundo modo, tolliṫ vtraque propoſitio.

Quod ſi oppoſite conuerſa fuerit concluſio, & ſyllogiſmi oppoſiti, & non uniuerſales erunt. nanque fit altera propoſitio in parte, quare & concluſio erit ſecundum partem. Sit enim prædicatiuus ſyllogiſmus, & conuertatur ſic. igitur ſi A non omni C: omni autem B: ipſum B non omni C. & ſi A quidem non omni C: ipſum vero B omni: A non omni B.

Riſibile






Hoc modo tollitur vtraque propoſitio, conuertēdo cōcluſiōnē oppoſite ī primo modo.


Conſimiliter autem & ſi priuatiuns ſyllogiſmus. ſi enim A alicui C ineſt: ipſi vero B nulli: B alicui C non inerit; non ſimpliciter nnlli: & ſi A alicui C, B vero omni, quemadmodum in principio acceptum eſt, A alicui B inerit.

Lapis



Hoc modo conuertitur cõcluſio oppoſite in ſecundo modo, & tollitur vtraque propoſitio.


Cæterum in ſyllogiſmo, qui in parte, quando oppoſite quidem conuertatur concluſio, tolluntur ambæ propoſitiones: quando autem contrarie, neutra. non enim amplius accidit tollere, quemadmodum in vniuerſalibus deficiente concluſione ſecundum conuerſionem, ſed neque omnino tollere. Sit enim oſtenſum A de aliquo C. igitur, ſi acceptum fuerit A nulli C ineſſe: ipſum vero B alicui: A alicui B non inerit. & ſi A nulli C: omni autem B: ipſum B nulli C: quare tolluntur vtræque.



Cōuertitur cōcluſio oppoſite ī tertio modo, & tollitur vtraque propoſitio.


Quod ſi cōtrarie cōuerſa fuerit neutra. ſi.n. A alicui C nō ineſt: ipſi vero B oi. B alicui C nō inerit: ſed nondū tolliť, quod à pricipio: cōtigit nāq; alicui ineſſe, & alicui nō ineſſe. ſed ipſius A B vlis oio nō fit ſylls. ſi.n. A nō ineſt alicui C: B vero alicui ineſt: neutra ꝑpōnū vlis eſt.

Ex cōcluſioſionis conuerſione in tertio mō contrarie, nulla ꝑpoſitionū tollitur: nam minor non deſtruitur per ſecūdā]



Conſi-

Conſimiliter autem & ſi priuatiuus ſyllogiſmus. Si enim accipietur A omni C ineſſe, tollentur vtræque: ſi vero alicui, neutra demonſtratio autem eadem.



figuram, cũ particularis concludatur, tãto minus maior per tertiã, eſſet.n. ſyllus ex puris particularibus.


Cõuertitur concluſio oppoſite in quarto modo ad tollẽdã utrãque propoſitionẽ. Si vero cõtrarie cõuertatur, nihil tollitur eadẽ ratione, ut ſupra.

Figura ſecunda. Cap. 9.

IN ſecunda autem figura propoſitionem quidem, quæ ad maius extremum, non eſt interimere contrarie, facta conuerſione vtrolibet modo. nam ſemper erit concluſio in tertia figura: vniuerſalis autem non erat in hac ſyllogiſmus: alteram vero ſimiliter tollemus conuerſioni. Dico autem ſimiliter, ſi contrarie quidem conuertitur, contrarie: ſi vero oppoſite, oppoſite. Inſit enim A omni B: ipſi autem C nulli: concluſio B C. ſi itaque acceptum fuerit B omni C ineſſe.


& A B maneat: A omni C inerit: nam fit prima figura. quòd ſi B omni C: A vero nulli C: A non omni B, figura vltima. Sinautem oppoſite conuerſum fuerit B C; A B quidem itidem monſtrabitur, A C vero oppoſite. Si enim B alicui C: A autem nulli C: A alicui B non inerit. rurſus, ſi B alicui C: A vero omni B: A alicui C. quare oppſitus fit ſyllogiſmus.

Cõuertitur cõcluſio in hoc modo cõtrarie, & oppoſite, & tolliť vtraque propoſitio.




Conſimiliter monſtrabitur & ſi econuerſo ſe habeant propoſitiones.

Cõuertitur cõcluſio in hoc modo cõtrarie & oppoſite ad tollendam vtranque propoſitionem, vt ſupra.



Quod


Quod ſi ſyllogiſmus eſt in parte, ſi contrarie conuertatur concluſio, neutra propoſitionum tollitur, quemadmodum neque in prima figura: ſi vero oppoſite, vtræque. Ponatur enim A B, quidem nulli ineſſe: ipſi autem C alicui: concluſio B C. Si itaque poſitum fuerit B alicui C ineſſe: & A B maneat. concluſio erit, quòd A, alicui C, non ineſt, ſed non eſt ſublatum, quod A principio: contingit enim alicui ineſſe, & non ineſſe. Rurſus ſi B alicui C: & A alicui C: non eſt ſyllogiſmus. neutrum enim acceptorum vniuerſale: quare non tollitur A B.



Si cõuertatur concluſio cõtrarie nulla tollitur propõnum: nam minor per particulare non deſtruitur, neque maior per duas particulares.


Quòd ſi oppoſite conuertatur, tolluntur ambæ. Si enim B omni C. A vero nulli B: nulli C ipſum A. ſed erat alicui. Rurſus ſi B omni C, A autem alicui C: A alicui B.

In hoc modo conuertitur cõcluſio oppoſite, & tollit utraque propoſitio.



Eadem vero demonſtratio, & ſi vniuerſale prædicatiuum.

Hoc modo cõuerſa cõcluſione oppoſite, vtraque tollit propoſitio, cõtrarie uero nulla.




Figura

Figuræ tertia. Cap. 10.

Sed in tertia figura, cum contrarie quidem conuertatur concluſio, neutra tollitur propoſitionum ſecundum nullum ſyllogiſmorum: cum vero oppoſitæ, ambæ,& in omnibus. Sit oſtenſum A alicui B inexiſtens: medium autem ſit acceptum C: & ſint propoſitiones vniuerſales. igitur ſi acceptum fuerit A alicui B non ineſſe. B vero omni C: non fit ſyllogiſmus, A & C. neque ſi A B alicui non inſit: C autem omni: non erit B & C ſyllogiſmus. Conſimiliter autem monſtrabitur,& ſi non vniuerſales propoſitiones. aut enim ambas neceſſe eſt ſecundum partem eſſe per conuerſionem, aut vniuerſale ad minus extremum fieri. verum ſic non erat ſyllogiſmus, neque in prima figura, neque in media.


His tribus modis ſi cõuertatur cõcluſio cõtrarie, nulla tollitur propoſitio, quia maior particularis in prima figura, vel ambe particulares in ſecunda.



Animatum Homo


Quod ſi oppoſite conuertantur propoſitiones, tolluntur ambæ. Si enim A nulli B: B vero omni C: A nulli C. Rurſus ſi A nulli quidem B: ipſi vero C omni: B nulli C, & ſi altera non vniuerſalis, conſimiliter. Si enim A nulli B: B vero alicui C: A alicui C non ineſſe quod ſi A B quidem nulli: C autem omni: nulli C ipſum B.

In his modis conuertitur cōcluſio appoſite & vtraque tollit propoſitio.




Similiter vero & ſi priuatiuus ſyllogiſmus. Si enim oſtenſum A alicui B non inexiſtens. ſit autem prædicatiuum quidem B C. negatiuum autem A C. ſic enim efficiebatur ſyllogiſmus. quando igitur contrarium acceptum fuerit concluſioni, non erit ſyllogiſmus. ſi enim A alicui B: B vero omni C: non erat ſyllogiſmus ipſius A, & ipſius C. neque ſi A alicui B: C vero nulli: non erat ipſius B, & ipſius C ſyllogiſmus. quare non tolluntur propoſitiones.

Hoc in modo conuertitur cōcluſio contrarie, & nulla tollitur propoſitio, q̄a maior ī prima, & ſecūda figura eſſet particularis.




Quando autem oppoſitum, tolluntur. Si enim A omni B: & B ipſi C: A omni C: ſed nulli inerat. Rurſus ſi A omni B: ipſi autem C nulli: B nulli C: ſed omni inerat.

Animal



Cõuertitur cõcluſio oppoſite ĩ hoc mõ, & vtraque tollit̃ ꝓpoſitio.


Conſimiliter autem monſtratur, & ſi non vniuerſales ſunt propoſitiones. Sit enim A C & vniuerſales, & priuatiuum, alterum autem prædicatiuum in parte. ſi igitur A omni B: B autem alicui C: A alicui C contingit: ſed nulli inerat. Rurſus, ſi A omni B: ipſi autem C nulli: B nulli C.



In hoc mõ cõuertit̃ cõcluſio oppoſite, & vtraque ꝓpoſitionũ tollitur:

Sinautem A alicui B: & B alicui C: non fit ſyllogiſmus: neque ſi A alicui B: ipſum autem C nulli, neq; ſic. quare illo quidem modo tolluntur, ſic autem non tolluntur propoſitiones.

Cõuertitur cõcluſio ꝯrie in hoc mõ & nulla tollit̃ ꝓpõnũ, ſicut in ſuperioribus.




Manifeſtum eſt ergo per dicta quomodo conuerſa concluſione in vnaquaque figura fit ſyllogiſmus, & quando contrarius propoſitioni, & quando oppoſitus. Et quòd prima quidem figura per mediam & vltimam fiunt ſyllogiſmi, & quæ ad minus extremum ſemper per medium tollitur: quæ vero ad maius per vltimum. In ſecunda autem per primam & vltimam: quæ quidem ad minus extremum ſemper per primam figuram, quæ autem ad maius, per vltimam. Sed in tertia per primam & per mediam, & quæ quidem ad maius ſemper per primam, quæ autem ad minus, per mediam. Quid igitur eſt conuertere, & quomodo in vnaquaq; figura, & quis fit ſyllogiſmus, manifeſtum.

De deductione ad impoſſibile. Cap. XI.

Syllogiſmus vero, qui ad impoſſibile, monſtratur quidem, quando contradictio concluſionis poſita fuerit, & aſſumpta ſit alia propoſitio. Fit autem in omnibus figuris, ſimile nanque eſt conuerſioni præterquã ꝙ differt tãtũ, qm̃ cõuertit̃ quidẽ facto ſyllogiſmo,

logiſmo,& impoſitis ambabus propoſitionibus: deducit vero ad impoſſibile, nõ præ cõfeſſo prius oppoſito, ſed manifeſto exiſtente,q̃ verũ. Termini aũt ſimiliter ſe habebũt in ambobus,& eadẽ amborũ acceptio. Vt ſi A ineſt omni B: mediũ aũt C. ſi fuerit ſuppoſitũ A aut nõ omni,aut nulli B ineſſe·C vero omni, q̃d erat verũ: neceſſe ẽ C,aut nulli,aut nõ omni B ineſſe: hoc aũt impoſſibile:q̃re falsũ,q̃d ſuppoſitũ eſt.verũ igiẽ oppoſitũ.




Modus conuerſiuus, & ad impoſſibile in ſecũda figura ad probandũ minorẽ primi ſyllogiſmi.

Conſimiliter vero & in alijs figuris. quæcunque enim conuerſionem ſuſcipiunt, & ſyllogiſmum per impoſſibile.

PRIMA FIGVRA.


Alia itaque problemata omnia per impoſſibile monſtrantur in omnibus figuris vniuerſale autem prædicatiuum in media quidem & tertia monſtratur,in prima vero non mõſtratur. ſupponatur nanq; A non omni B,aut nulli ineſſe: & accipiatur alia propoſitio vtrolibet modo, ſiue C ineſſe omni A, ſiue B omni D: ſic enim eſſe poſſet prima figura. Si igitur ſuppoſitum eſt A ineſſe non omni B, non ſyllogiſmus, vtrinlibet accepta propoſitione. Si autem nulli,quando B D aſſumpta fuerit,ſyllogiſmus quidem erit falſi, ſed propoſitum non monſtratur. ſi enim A nulli B: B vero omni D: A nulli D. hoc vero impoſſibile: falſum itaque

itaque A ineſſe nulli B. Sed non, ſi nulli falſum, omni verum. Quod ſi C accepta fuerit, non fit ſyllogiſmus: neq; quando ſuppoſitum ſit A ineſſe non omni B. quare manifeſtum, quòd omni ineſſe non monſtratur in prima figura per impoſsibile.



Ex his quatuor modis oſidit nõ cõcludi vlem affirmatiuã ĩ prima figura: qa vel modus inutilis, vel nõ mõſtrat ꝓpoſitũ, cum ꝯria poſsint eſſe ſimul falſa.

Alicui vero, & nulli, & non omni monſtratur. ſupponatur enim A nulli B ineſſe: B autem acceptum ſit omni aut alicui C: igitur neceſſe eſt A nulli, aut non omni C ineſſe. ſed hoc impoſsibile. ſit enim verum & manifeſtum, ꝙ A ineſt omni C: quare ſi hoc falſum, neceſſe eſt A alicui B ineſſe. Quod ſi ad A ſumpta fuerit altera propoſitio, non erit ſyllogiſmus, neque quando contrarium concluſioni ſuppoſitum fuerit, vt alicui non ineſſe. Planum igitur, quòd oppoſitum ſupponendum.




Accepta in his modis ad min⁹ extremũ ꝓpõne, aſtruit particularis affirmatiua ꝑ impoſe: ad maius vero nihil. qa minor eſſet vlis negati-

Rurſus ſupponatur A alicui B ineſſe: acceptum autem ſit C omni A: neceſſe itaque C alicui B ineſſe. hoc autem ſit impoſsibile: quare falſum, quod ſuppoſitum eſt. ſi vero ſic, verum nulli ineſſe. Conſimiliter


milite autem & ſi priuatiuum ſumptum fuerit C A. Sed ſi propoſitio, quæ eſt ad B, accepta fuerit, non erit ſyllogiſmus.

ua: nec ēt ſi accipiat̃ cō cluſionis ꝯriſi, q̄a minor ſimiliter eſſet nega.



His ĩ modis aſſūpta ad mai⁹ extremū ꝓpone, oſ̄dit vlis negatiua: ad minus vero, nihil cō cludit, quia maior eſſet particularis.

Si autem contrarium ſuppoſitum fuerit, ſyllogiſmus quidem erit, & impoſſibilis, ſed non monſtratur propoſitum. Supponatur enim A omni B. & C accipiatur omni A: igitur neceſſe eſt C omni B ineſſe. hoc autem impoſſibile: quare falſum, A ineſſe omni B. verum nondum vtique neceſſarium, ſi non omni, nulli ineſſe. Conſimiliter autem & ſi ad B accepta fuerit altera propoſitio, ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibilis, ſed non tollitur ſuppoſitio: quare oppoſitum ſupponendum.




Suppoſito ĩ his modis ꝯtrario, & nō cōtradictorio cōcluſionis, & ſi concludat̃, non tñ oſ̄dit ꝓpoſitū, nam ꝯtraria pñt eſſe ſimul falſa.

Vt autem monſtremus A ineſſe non omni B, ſupponendum omni ineſſe. Si enim A omni B: & C omni A: C omni B: quare ſi hoc impoſſibile, falſum quod ſuppoſitum eſt. Conſimiliter autem & ſi ad B accepta fuit altera propoſitio.


Et

His modis negatiua particularis oſtenditur.




Et ſi priuatiuum ſit C A, conſimiliter: ſic etenim fit ſyllogiſmus. Si vero ad B ſit priuatiuum, nihil monſtratur.

His modis aſſũpta ad maius extremũ ꝓpõne oſtendit ꝓpoſitũ, non aũt ad minꝰ, quia minor eſſet negatiua.



Quod ſi non, omni, ſed alicui ineſſe ſuppoſitum fuerit, non monſtratur quòd non omni, ſed quòd nulli. Si enim A alicui B: C vero omni A: C alicui B inerit. ſi igitur hoc impoſſibile, falſum eſt A alicui B ineſſe: quare verum nulli. hoc autem monſtrato, tollitur ipſum verum. A enim alicui quidem B inerat: alicui autem non inerat. Amplius non accidit impoſſibile iuxta hypotheſin. eſſet enim vtique falſa: ſiquidem ex veris non eſt falſum ratiocinari. nunc autem eſt vera: ineſt nanque A alicui B. quare non ſupponendum alicui ineſſe, ſed omni.

Senſitiuum



Ex hoc mō oñdit̄ nulli, non aūt nō omni, & ēt nō aſtrui tur ꝓpoſitū, qa vera ē cōcluſio.


Conſimiliter vero & ſi monſtraremus A alicui B non inexiſtens. ſi enim idem alicui non ineſſe, & non omni ineſſe,eadem vtrorūque demonſtratio. Manifeſtum ergo, quod non contrarium, ſed oppoſitum ſupponendum in omnibus ſyllogiſmis. nanque ſic neceſſarium erit & dignitas probabilis. ſi enim de omni affirmatio aut negatio, cum monſtratum fuerit, ꝙ non negatio,neceſſe eſt affirmationem verificari. Rurſus ſi non ponit affirmationem verificari, probabile eſt exiſtimare negationem. Contrarium autem neutro modo conuenit exiſtimare: neque enim neceſſarium ſi nulli falſum, omni verum eſſe: neq; probabile, vt ſi alterum falſum, ꝙ alterum verum. Planum igitur, quod in prima figura alia quidem problemata omnia monſtrantur per impoſſibile,vniuerſale autem affirmatiuum non monſtratur.

Figura ſecunda. Cap. XII.

IN media vero atq; vltima, & hoc monſtratur. ponatur enim A non omni B ineſſe: acceptum autem ſit A: omni C ineſſe: igitur ſi non omni B: C vero omni: C non omni B. ſed hoc impoſſibile. fit enim manifeſtum,quod C ineſt omni B: quare falſum,quod ſupponitur: verum itaque omni ineſſe.


Subſtan-

Ex hoc mó oñdit vl̃is affirmatiua




Sin autem contrarium ſuppoſitum fuerit: ſyllogiſmus quidem erit & impoſſibilis, non tamen monſtratur propoſitum. ſi enim A nulli: B. ipſi vero C omni: C nulli B: ſed hoc impoſſibile: quare falſum nulli ineſſe, cæterum non ſi hoc falſum, omni verum.


Fit ex hoc mó ad incõmodũ deductio, ad non oñdit ꝓpoſitũ, cũ ꝯria poſsint eẽ ſimul falſa.



Quando autem A ineſt alicui B, ſupponatur A nulli B ineſſe: C autem omni inſit: neceſſe igitur C nulli B. quare ſi hoc impoſſibile, neceſſe eſt A alicui


cui B ineſſe. Quòd ſi fuerit ſuppoſitum alicui non ineſſe, eadem erunt, quæ & in prima figura.






Ex prío mõ oñdit̃ particularis affirmatiua, ex ſecũdo nihil, qa ſuppoſitovero, nullũ ſequitur impoſſe.

Rurſus ſubijciatur A alicui B ineſſe: ipſi vero C nulli inſit: neceſſe itaq; C alicui B nõ ineſſe. ſed oĩ inerat: quare falſum quod eſt ſuppoſitũ: A igit̃ nulli B inerit.



Ex hoc mõ oñdit̃ vl'is negatiua.

Quoniam autem A non omni B, ſupponatur omni ineſſe: ipſi vero C nulli: neceſſe igitur C nulli B ineſſe. hoc autem imposſibile: quare verum non omni ineſſe.




Ex hoc mõ oñdit̃ particularis negatiua.

Planum igitur, q omnes ſyllogiſmi fiunt per mediam figuram.

Figura. Cap. XIII.


Conſimiliter autem & per vltimam. Ponatur.n. A alicui B non ineſſe: ipſum vero C omni: A igitur alicui C non ineſt. ſi igitur hoc impoſſibile, falſum alicui non ineſſe: quare verum omni.

Ex hoc mõ concludit vlis affirmaua.




Si vero ſuppoſitũ fuerit nulli ineſſe, ſyllogiſmus qdẽ erit & impoſſibilis, nõ aũt mõſtrat ꝓpoſitũ. nã ſi cõtrariũ ſuppoſitũ fuerit, eadẽ erunt, quæ & in prioribus.

Et ſi ex hoc mõ deducatur impoſſe, nõ tñ aſtruitur ꝓpoſitũ, qa ꝯria pñt eſſe ſimul falſa.




Sed ad alicui ineſſe accipienda eſt hæc ſuppoſitio. Si enim A nulli B: C vero alicui B: A non omni C. ſi igitur hoc falſum, verum A alicui B ineſſe.


Album



Ex hoc mō oñdit particularis affirmatiua.


Quādo autem A ineſt nulli B ſupponatur alicui ineſſe: accipiatur autem & C omni B inexiſtens: igitur neceſſe eſt ipſum A ineſſe alicui C: ſed nulli inerat, quare falſum A ineſſe alicui B. Si vero ſuppoſitum fuerit A inexiſtens omni B, non monſtratur propoſitum.





Ex prío mō oñdit vlis negatiua, ex ſecundo deducit qui dēad ípoſe, ſed nō oñditur ꝓpoſitū, qa ꝯria pñt eē ſil falſa.

Sed ad nō omni ineſſe,hæc accipiēda eſt ſuppoſitio. Si enim A omni B:& C alicui B: A ineſt alicui C.ſed hoc nō erat:q̄re falſum oī ineſſe.ſi aūt ita verū nō oī.Quòd ſi fuerit ſuppoſitū alicui ineſſe,eadē erūt,q̄ & ī p̄dictis.



Ex prío mō oñdit particularis negatiua, ex ſecūdo nihil cōcluditur,qa vtraque ꝓpōnes pticulares.

Manifeſtum igitur, ꝙ in omnibus ſyllogiſmis per impoſsibile oppoſitum ſupponendum. Planum & ꝙ in media figura monſtratur quodammodo affirmatiuum, & in vltima vniuerſale.

Differentia inter oſtenſiuam monſtrationem & deducentem ad impoſsibile. Cap. XIIII.

Differt autem demonſtratio ad impoſsibile ab oſtenſiua, eo ꝙ ponit, quod vult tollere, deducens ad confeſſum falſum: oſtenſiua vero incipit ex confeſsis poſitionibus veris. Accipiunt itaq; ambæ duas propoſitiones confeſſas: ſed illa quidē, ex quibus eſt ſyllogiſmus: hæc vero vnam quidem harū, vnā autem contradictionem concluſionis. Et illic quidem non eſt neceſſe concluſionem notam eſſe, neq; præaccipere, ꝙ eſt, aut non: hic vero neceſſe ꝙ eſt. Differt autem nihil, affirmatiuam aut negatiuam eſſe concluſionem: ſed ſimiliter ſe habet de vtriſq;. Omne vero, qđ oſtenſiue concluditur, & per impoſsibile monſtrabitur: & quod per impoſsibile, oſtenſiue, per eoſdem terminos. Quando igitur ſyllogiſmus in prima efficiatur figura, verum erit in media, aut vltima: priuatiuū quidem in media, prædicatiuum autem in vltima. Cū vero in media, fuerit ſyllogiſmus, quod verum in prima, & in omnibus problematibus. Quando autem in vltima ſyllogiſmus, quod verum in prima & media: affirmatiua quidem in prima, priuatiua vero ī media.

Qđ omne ꝑ impoſsibile monſtratū, & oſtenſiue mōſtrari pōt & econuerſo.

PRIMA FIGVRA.


Sit enim oſtenſum A nulli, aut non omni B per primam figuram. igitur ſuppoſitio quidem erat A ineſſe alicui B: C vero accipiebatur, A quidem omni ineſſe: B autem nulli: nam ſic efficiebatur ſyllogiſmus & impoſsibile. hoc autem media figura, ſi C A quidem omni: B vero nulli ineſt. & manifeſtum ex his, quòd nulli B ineſt A.

Senſibile



His modis oñdit᷑ vlis negatiua in pria figura ꝑ impoſſibi le, & i ſecũ da oſtenſiue.

Conſimiliter aũt & ſi nõ omni monſtratũ eſt inexiſtens.ſuppoſitio nanq; eſt omni B A ineſſe: C vero accipiebatur, A quidẽ omni: B vero nõ omni.Et ſi ſi priuati uũ accipiebat᷑,C A ꝯſimiliter:ſic.n.efficit᷑ media figura.



His modis oñdit᷑ particularis negatiua i prima figura ꝑ impoſſibile, & in ſecũda oſtenſiue.

Rurſus monſtratum ſit, A inexiſtens alicui B. ſuppoſitio igitur nulli ineſſe: B vero accipiebatur omni C ineſſe: & A aut omni, aut alicui C: ſic enim erit impoſſibile. hoc autem vltima figura, ſi A, & B omni C. & manifeſtum ex his,quòd neceſſe eſt A alicui B ineſſe. Similiter autem & ſi B, aut A acceptum fuerit inexiſtens alicui C.

His modis oñdiẽ particularis affirmatiua in prima figura p impoſſibile, ĩ tertia oſtenſiue.




Figura ſecunda. Cap. XVI.


RVrſus in media figura ſit oſtẽſum A omni B inexiſtẽs. igiẽ ſuppoſitio erat, A ineſſe non omni B. eſt autẽ acceptũ A omni C & C omni B: ſic enim erit ĩpoſ̃e. hæc vero prima figura, ſi A oĩ C: & C omni B.

His modis oñdiẽ vl'is affirmatiua in ſecũda ſigura p impoſſibile, & in pria oſtẽſiue.



Similiter

Similiter autem & ſi alicui oſtenſiuм eſt inexiſtẽs. ſuppoſitio nanque erat A ineſſe nulli B ſed acceptum fuit A omni C, & C alicui B.



His modis monſtratur particularis affirmatiua in ſecũda figura ꝑ impoſſibile,& in prima oſtenſiue.

Quod ſi priuatiuus ſit ſyllogiſmus, ſuppoſitio quidem A alicui B: acceptum vero eſt A nulli C:& C omni B. quare fit prima figura.



His modis oñdĩt vl̃is negatiua in ſecunda figura ꝑ impoſſibile,& in prĩa oſtẽſiue.

Et ſi nõ vlis ſyllogiſmus, ſed A alicui B mõſtratũ eſt nõ ineſſe, cõſimiliter. nã ſuppoſitio A ineſſe omni B: acceptũ vero ẽ A nulli C: & C alicui B: ſic.n. prima figura.

His modis oñdiť particularis negatiua in ſecũda figura ꝑ impoſſ, & in prima oſtenſiue.





Figura tertia. Cap. XVII.


RVrſus in tertia figura oſtenſum ſit A omni B ineſſe. igitur ſuppoſitio erat, A ineſſe non omni B: acceptum autem eſt C omni B: & A omni C: ſic enim erit impoſſibile. hæc vero prima figura.

His ſyllogiſmis monſtraĩ vlis affirmatiua ĩ tertia ꝑ im poſſibile, & in prima oſtenſiue.




Similiter

Similiter autem & ſi in aliquo demonſtratio. ſuppoſitio nanque A ineſſe nulli B: acceptum autem eſt C alicui B: & A omni C.



His modis monſtratur particularis affirmatiua in tertia figura p impoſſe; & ĩ prima oſtẽſiue.

Si vero priuatiuus ſyllogiſmus: ſuppoſitio quidem A alicui B ineſſe: acceptum eſt autem C A quidem nulli: B vero omni. hæc autem media figura.





Per hos modos oſtenditur vñis nẽgatiua ĩ tertia figura p impoſſe, & ĩ ſecũda oſtẽſiue.

Similiter autem & ſi non vniuerſalis demonſtratio. ſuppoſitio enim erit, A ineſſe omni B: acceptum vero fuit C A quidẽ nulli: B aũt alicui. hec uero media figura

Irrationale.

His modis oſtenditur particularis negatiua, in tertia ꝑ impoſſe, in ſecũda oſtẽ ſine.





Manifeſtũ ergo, ꝙ per eoſdẽ terminos, & oſtenſiue eſt mõſtrare vnumquodq; problematũ, & per impoſſe. *Cõſimiliter aũt erit & oſtenſiuis exiſtẽtibus ſyllis ad impoſſe deducere in terminis acceptis, qñ propoſitio oppoſita concluſioni accepta fuerit: fiunt.n. ijdẽ ſylli ijs, qui per conuerſionẽ. quare ſtatim habemus & figuras, per quas vnumquodq; erit. Manifeſtũ igiť, ꝙ vnũquodq; ꝓblema mõſtrať ambobus modis, & ꝑ impoſſe, & oſtẽſiue: & nõ cõtingit alterum ſeparari ab altero.*

*a.l. nõ habet (& per impoſſe.)

*a.l. nõ hẽt (ab altero)

De eo quod eſt ex oppoſitis ratiocinari. Cap. 18.

IN quali autem figura eſt ex oppoſitis propoſitionibus ratiocinari, & in quali non eſt, ita erit manifeſtũ. Dico aũt oppoſitas eſſe propõnes, ſecundũ dictionẽ quidẽ quatuor: vt oĩ, ei quod eſt nulli: & oĩ, ei quod eſt, non oĩ: & alicui, ei quod eſt nulli: & alicui, ei quod eſt, nõ alicui: ſecundũ autem veritatẽ tres: alicui enim, ei quod eſt, nõ alicui ſecundũ dictionem ſolũ opponitur. * Harum vero cõtrarias quidẽ, quæ vr̃, omni, ei quod eſt, nulli ineſſe: vt omnẽ ſciam eſſe ſtudioſam, ei quod eſt, nullã eſſe ſtudioſam: alias autẽ oppoſitas.

*a.l. opponitur ſecũdũ veritatem autem non.


PRIMA FIGVRA.

IN prima igitur figura non eſt ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogiſmus, neque affirmatiuus, neq; negatiuus. Affirmatiuus quidẽ, quoniã ambas oportet affirmatiuas eſſe propoſitiones. oppoſitæ vero affirmatio

tio & negatio. Priuatiuus aũt, quoniã oppoſitæ quidẽ idem de eodẽ prædicant,& negãt mediũ uero, quod in prima,nõ dicit de ambobus: ſed ab illo quidẽ aliud negat,ipſum aũt de alio ꝑdicatur. verũ hæ nõ opponũtur.


Figura ſecunda. Cap. 19.

IN media autem figura & ex oppoſitis & ex contrarijs contingit fieri ſyllũm. Sit enim bonũ quidem, in quo A:ſcientia uero in quo B,& C. ſi itaque ſcientiam omnẽ ſtudioſam accepit,& nullã: A B oĩ ineſt, & C nulli: quare B, nulli C. nulla igitur ſcia ſcientia eſt.



Hoc modo cõcluditur vl̃is negatiua, ex contrarijs oppoſitis.


Similiter autem & ſi omnem accipiens ſtudioſam, medicinã non ſtudioſam accepit. nanque ipſum A oĩ B: ipſi vero C nulli: quare quædam ſcia nõ erit ſciẽtia.



In hoc modo oſtenditur contradictorie oppoſita cum prius monſtrata ſint contrarie oppoſita.


Et ſi ipſum A C quidem omni, B autem nulli: eſt vero B quidem ſcientia, C autem medicina, ſed A ſuſpicio. cum enim acceperit nullam ſcientiam ſuſpicionem, accepit aliquã ſcientiam eſſe ſuſpicionem. Differt autem ab eo qui prius, eo quòd terminis conuertitur: prius enim ad B, nunc autem ad C affirmatiuum.

Hic modus idem cõcludit quod ſuperior, oppoſito mõ poſitis propoſitionib'.



Et ſi altera propoſitio non ſit vniuerſaliter conſimiliter.


Hoc modo oſtenditur particularis negatiua, ex cõtradictorijs oppoſitis.



Semper enim medium eſt, quod ab altero quidem negatiue dicitur, de altero autem affirmatiue. quare contingit oppoſita concludi, non autem ſemper, neque omnino: ſed ſi ita ſe habeant quæ ſunt ſub medio, vt aut eadem ſint, aut totum ad partem: aliter autem impoſſibile, neque enim erunt vllo modo propoſitiones, aut contrariæ, aut neque oppoſitæ.

Figura tertia. Cap. 20.

SEd in tertia figura affirmatiuus,quidem ſyllogiſmus nunquã erit ex oppoſitis propoſitionibus, ob dictam cauſam & in prima figura: negatiuus vero erit & vniuerſaliter & non vniuerſaliter terminis exiſtētibus, Sit enim ſcientia in quo B & C: medicina aũt ĩ quo A. ſi itaq; acceperit oẽm medicinã ſciam,& nullã medicinã ſciam,C oi A ſumpſit & B nulli: quare erit aliqua ſcĩa non ſcientia. Siſr autẽ & ſi nõ vſr accepta fuerit C A propoſitio. ſi enim eſt aliqua medicina ſcĩa, & rurſus nulla medicina ſcĩa, accidit ſcĩam aliquam nõ eſſe ſciam. Sunt autẽ cum termini vſr accipiuntur, propoſitiones contrariæ: cũ uero alter in parte, oppoſitæ,




His duobus modis oſtẽditur particularis negatiua, ex oppoſitis cõtrarijs,& cõtradictoriis


Oportet autẽ exiſtimare,ꝙ cõtingit quidẽ ſic oppoſita accipere,quemadmodum diximus,oẽm ſcĩam ſtudioſam eſſe,& rurſus nullã, aut aliquã non ſtudioſam, quod non conſueuit latere. Eſt autẽ per alias interrogationes rõcinari alterum,aut, quemadmodũ in Topicis dictũ eſt,accipere. Quoniã vero affirmationũ oppoſitiones ſunt tres, ſex modis contingit oppoſita accipere, aut oĩ & nulli, aut oĩ & nõ omni, aut alicui & nulli: & hoc cõuertere in terminis: vt A oĩ B,ipſi vero C nulli: aut C oĩ, B aũt nulli: aut huic quidẽ oĩ,illi vero non omni:

omni: & rurſus hoc conuertere ſecundum terminos. Similiter autẽ & in tertia figura. Quare manifeſtũ, & quot modis & in qualibus figuris contingit per oppoſitas propoſitiones fieri ſyllogiſmũ. Sed & manifeſtum, quòd ex falſis quidẽ eſt verum ratiocinari, quem admodum dictum eſt prius: ex oppoſitis autem, non eſt: ſemper enim ſyllogiſmus fit contrarius rei. vt ſi eſt bonũ, non eſſe bonum: aut ſi animal, non animal: eo quòd ex contradictione eſt ſyllogiſmus, & termini ſubiecti aut idem ſunt: aut hic quidem totum, ille vero pars.

Diſcrimen inter ſyllogiſmum ex falſis, & ex oppoſitis.

Ex oppoſitis ꝓpoſitionibus concludit̃ falſũ






Planum autem & ꝙ in paralogiſmis, nihil prohibet fieri ſuppoſitionis contradictionem, vt ſi eſt impar, non eſſe impar: ex oppoſitis nanque propoſitionibus, contrarius erat ſyllogiſmus. ſi itaque tales acceperit, erit ſuppoſitionis contradictio.


Par Numerus partitus in tres unitates æquales
Impar Numerus inæqualia deciſus. Ternarius

Concluduntur hoc modo oppoſita de eodẽ ex oppoſitis.




Oportet autem exiſtimare, quòd ita quidem non erit contraria concludere ex vno ſyllogiſmo, vt ſit concluſio, non exiſtens bonum bonum, aut aliud quid tale: niſi ſtatim propoſitio talis accepta fuerit, vt animal album eſſe, & non album, hominem vero animal.

Album



Hoc uno modo cōcluduntur contraria ex eodē aſſumpta tali propoſitione.

Sed aut contradictionem oportet aſſumere, vt quòd omnis ſcientia ſuſpicio, & non ſupicio: poſtea accipere, quòd medicina ſcientia quidem eſt, nulla autem ſuſpicio, quemadmodum elenchi fiunt: aut ex duobus ſyllogiſmis: quare eſſe quidem contraria ſecundum veritatem, quæ ſumpta ſunt, non eſt alio modo quam hoc, veluti prius dictum fuit.




Hic modus deſtruitur parte accepte contradictionis.

Quod autem in principio peti, & accipere, eſt quidem vt genere accipiam, in eo quod non eſt demonſtrare propoſitum. Hoc autem accidit multifariam. nam & ſi omnino non ratiocinatur, & ſi per ignotiora, aut


aut ſimiliter ignota. & ſi per poſteriora prius, demonſtratio nãque & ex credibilioribus & prioribus eſt. Horum igitur nihil eſt peti, quod in principio. ſed quoniam nonnulla quidẽ per ſeipſa apta nata ſunt cognoſci, quædam vero per alia: principia enim per ſeipſa, quæ autem ſub principia, per alia: quando non per ſeipſum cognoſcibile conetur aliquis per ſeipſum monſtrare, tunc petit quod ex principio. Hoc autem eſt quidẽ ſic facere, vt ſtatim poſtulet quod propoſitũ eſt.

Modus oſtẽdens quæſitum, patẽs ĩ principio, cũ ſit ex terminis ſynonimis.




Contingit vero & in alia tranſeuntes, apta nata per illud monſtrari, per hæc demonſtrare, quod ex principio. Veluti ſi A monſtraretur per B B autem per C: C autem natum eſſet monſtrari per A. accidit enim ita ratiocinantes ipſum A per ipſum monſtrare. quod faciunt qui coalternas putant ſcribere: latent enim ipſi ſeipſos talia accipientes, quæ non eſt poſſibile monſtrare, non exiſtentibus coalternis.

Coalterna ſuper quas cadit linea recta.




Quia



Modus cōpoſitus non illico oſtendens quæſitū, & potēs in pricipio.


Quare accidit ita ratiocinantibus, vnumquodque eſſe dicere, ſi eſt vnumquodque. ſed ita omne erit per ſeipſum cognoſcibile: quod impoſſibile. Si igitur obſcuro exiſtente, quòd A ineſt ipſi C: ſimiliter autem,& quòd ipſi B: peteretur A ineſſe ipſi B: nondum clarum, ſi quod in principio petitur. ſed planum, quòd non demonſtrat. non enim eſt principium demonſtrationis, quod ſimiliter obſcurum.



Non eſt manifeſtū an hoc modo petaī principium: nā maior ignota eſt.

Si tamen B ad C ita ſe habet, vt idem ſint, aut videlicet conuertuntur, aut ineſt alterum alteri, petitur quod in principio. monſtrare enim poſſet per illa, quod A ineſt ipſi B, ſi conuertuntur: nunc autem hoc prohibet, ſed non modus. Si vero hoc faceret quod dictum eſt, faceret vtique & conuerteret per tria.

In his eſt manifeſta petitio in maioris & minoris termini idem ſunt, vel.n. cōuertunt̄, vel alterū alteri ineſt.




Similiter autem, & ſi accipere B ipſi C ineſſe, itidem obſcurum exiſtens: & ſi A ipſi C: nondum quod à principio petit, ſed non demonſtrat.

Nihil ex hoc modo concludit̄, quia minor ignota eſt, & nō eſt clarū an petat̄ principiū.



Si vero idem ſint A & B, aut eo, quòd conuertuntur, aut eo, quod ex B ſequitur A, quod A principio eſt petit, ob eandem cauſam. quid enim poteſt, quod ex principio dictum nobis eſt: quòd per ſe ipſum monſtrare: quod non per ſei pſum manifeſtum.

Riſibile



In his modis petitur an in minori: & termini maioris idē ſint qa; vel conuertuntur, vel ex medio ſequit̃ maius extremum.


Si igitur eſt in principio peti, per ſeipſum monſtrare, quod non per ſeipſum manifeſtum: hoc autem eſt non monſtrare, cum ſimiliter obſcura ſint, & id quòd monſtratur, & id per quod monſtrat: aut eo, quòd eadem eidem aut eo,* quòd idem eiſdem ineſt, accipiat. In media quidem figura, & tertia vtroque modo contingere poſſet peti, quod in principio. in prædicatiuo autem ſyllogiſmo & in tertia & prima: quando autem negatiuæ, cum eadem ab eodem, & non ſimiliter ambæ propoſitiones. Conſimiliter vero & in media, propterea, quòd termini non conuertuntur ſecundum negatiuos ſyllogiſmos. Eſt autem in principio petere in demonſtrationibus quidem, quæ ſecundum veritatem ſic ſe habent, in dialecticis verò quæ ſecundum opinionem.

* a.l. eidē aſſumere, an aut eo.


Omnes petitionis principij modi in tribus figuris.

IN PRIMA FIGVRA.


In hoc primo mõ petitur in minori aſſumendo eadem de eiſdem.




Secundus modus petit in maiori per idem ab eiſdem: per eadẽ ab eodẽ nihil mõſtratur, quia minor eſt negatiua.



In hoc tertio mõ petitur in minori per eadẽ de eiſdem: nihil antẽ oſtenditur per idẽ de eiſdem, qa maior eſt particularis.




Riſibile




In hoc quarto mō non petiť principiū. nā p idē ab eiſdē maiorē negatiua ī parte: & per eadē ab eodē, minor negatiua in parte, quæ etiā non conuertuntur.

IN SECVNDA FIGVRA.



Petitur in maiori, aſſumēdo idē ab eiſdē in primo mō: ī ſecundo uero aſſumendo eadē ab eodē, petiť in minori.




Petitur in maiori ī tertio mō per idē ab eiſdē & nō oſtēditur, p eadē ab eodē, qa maior eſt particularis: ī quarto

petitur in minori per idé ab eiſdé, per idé ab eiſdé nó oſtenditur, quia maior eſt particularis.

In his modis p eadé ne eodé petitur in minori: p idé de eiſdé facta côuerſió ne, petitur î minori, ſi ét aſſumantur termini côuertibiles, fit ſylls ad vniuerſalé affirmatiuã

His in modis ad particularem negatiuã oſtédendú, per idé ab eiſdé petitur in maiori per eadem ab eodé nihil móſtratur,

IN TERTTIA FIGVRA.



De eo quod eſt non penes hoc. Cap. 22.


Non penes hoc autem accidere falſum, quod plerunque in rationibus conſueuimus dicere. Primum quidem eſt in ſyllogiſmis ad impoſſibile, quando ad contradictionem fit huius, quod monſtrabatur ea, quæ eſt ad impoſſibile. Neque enim qui non contradixit, dicet quod eſt non penes hoc, ſed quòd falſum aliquid poſitum fuit eorum, quæ prius. neque in ea, quæ monſtrat: non enim ponit, quod contradicit. Amplius autem, quando ſublatum fuerit aliquid

quid oſtenſiue pet A B C, non eſt dicere, quòd non penes poſitum factus eſt ſyllogiſmus. nanque non penes hoc fieri tunc dicimus, quando ſublato hoc, nihil minus concludatur ſyllogiſmus. quod non eſt in oſtenſiuis: ſublata enim poſitione, neque quæ ad hanc erit ſyllogiſmus. Manifeſtum igitur, quòd in ijs, quæ ad impoſſibile, dicitur non penes hoc: & quando ita ſe habeat ad impoſſibile ſuppoſitio, quæ à principio, vt & exiſtente & non exiſtente hac, nihil minus accidat impoſſibile. Qui igitur manifeſtiſſimus eſt eius, quod eſt, non penes poſitionem eſſe, falſum, eſt, quando à ſuppoſitione inconiunctus ſit à medijs ad impoſſibile ſyllogiſmus: quod dictum eſt & in Topicis. non cauſam enim vt cauſam ponere, hoc eſt. Vt ſi volens monſtrare, quòd diameter eſt incommenſurabilis, arguere Zenonis rationem, quòd non eſt moueri, & in hoc deduceret impoſſibile. nullo nanque modo nullibi continuum eſt falſum dictioni, quæ à principio. Alius autem modus, ſi continuum ſit impoſſibile ſuppoſitioni, non tamen propter illam accidat. hoc enim contingit fieri, & ſurſum & deorſum accipienti continuum. Vt ſi A ponatur ipſi B ineſſe: B autem ipſi C: C vero ipſi D: hoc autem ſit falſum, B ineſſe ipſi D. nanque ſi ablato A, nihil minus ineſſet B ipſi C, & C ipſi D, non eſſet vtique falſum propter ſuppoſitionem, quæ à principio.

quia minor eſſet negatiua in parte: quæ etiã nõ conuertit.


Idẽ in lib. Elẽchorũ.

In hoc mõ affirmatiuo cõtinuũ in deorſum ſumẽti nõ penes hoc accidit falsũ: nã exiſtente vel non exiſtẽte prima ſuppoſitione, idẽ falsũ ſequitur.




Aut rurſus ſi quiſpiam ſurſum accipere continuum. Vt ſi A ipſi B : E vero ipſi A : & F ipſi E : falſum eſſe poſſet. F ineſſe ipſi A. nanque & ſic nihil minus eſſe poſſet impoſſibile, ſublata ſuppoſitione, quæ à principio.

In hoc mõ nullũ cõtingit falſum in ſurſum continuũ ſumenti, ſicut nec ſupra.




Sed oportet ad terminos, quia principio, coaptare impoſſibile: ſic enim erit propter ſuppoſitionem. Vt deorſum accipienti continuum ad prædicatum terminorum. nam ſi impoſſibile, A ipſi D ineſſe, ablato A, non amplius erit falſum. Surſum vero, de quo prædicatur. ſi enim non accidit F ineſſe ipſi B, ablato B, non amplius erit impoſſibile.

His in modis ob ſuppõnẽ, & penes hoc falſum contingit ſuperiori ĩ deorſũ, inferiori in ſurſum continuũ ſumẽtibus: qa ad primos terminos aptatur impoſſe.




Simi-

Similiter autem & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis. Manifeſtum igitur, quòd impoſſibili non exiſtenti ad terminos, qui à principio, non accidit falſum penes poſitionem.




In hoc mō negatiuo ñ cōtingit falſum ꝑ ſuppōné, ſicut nec i prima affirmatiua




Rñdet hic modus ſecũdo affirmatiuo.

Homo Animal Riſibile, Rationale
A Al. B C D




In his modis negatiuis contingit falſum ob ſuppōnē, vt in affirmatiuis.

Aut neque ita ſemper propter ſuppoſitionem erit falſum. nanque & ſi poſitum fuerit A ineſſe non ipſi B, ſed ipſi K: K vero ipſi C, & hoc ipſi D: & ſic manet impoſſibile.



In hoc mõ in deorſum accipiẽti cõtingit falſum, ſed nõ ob primam ſuppõnẽ tãtũ, ſ. B A, qa illa auferri põt, ſed ab aliã, ſ. K A.


Similiter autem & ſurſum accipiẽti terminos. Quare quoniam & exiſtenti & non exiſtenti hoc, accidit impoſſibile, non eſſet vtiq; penes poſitionem.




In hoc mõ in ſurſũ ſumẽti termi nos, accidit falſũ: at nõ vr̃ ob primã ſuppõnẽ tãtũ, ſ. B A, qa illa remoueri poteſt, ſed p̃p aliã ẽt, ſ. E G.

Aut hoc, quod eſt, non exiſtente hoc, nihil minus fieri falſum, non ita accipiendum, vt cum aliud ponitur, accidat falſum: ſed quando ablato hoc per reliquas propoſitiones, idem concludatur impoſſibile: quoniam idem vtiq; falſum per plures ſuppoſitiones accidere, nihil fortaſſe inconueniens: veluti coalternas concidere, & ſi maior eſt extrinſecus intrinſeco, & ſi triangulus haberet plures rectos duobus.


His figuris oñdit p̃ binas ſuppõnes falſas, coalternas cõ incidere.





De falſa ratione. Cap. XXIII.

FAlſa autem ratio efficitur penes primũ falſum. aut enim ex duabus propoſitionibus,aut ex pluribus omnis eſt ſyllogiſmus. Si igitur ex duabus, harum alterã,vel & ambas neceſſe eſt falſas eſſe: ex veris enim non erat falſus ſyllogiſmus. Quòd ſi ex pluribus,vt C per A B, hoc autem per D E, F H, ex his aliquid ſuperiorum falſum erit, & ratio penes hoc. nanque A & B per illa concluduntur: quare penes illorum aliquid accidit concluſio & falſum.




Falſa ẽ hæc rõ pp A D propõnem.

De eo quòd eſt non ratiocinari. Cap. XXIIII.

AD hoc autem, ꝙ non fiat ratiocinium, obſeruãdum, quando ſine concluſionibus rationem interrogat,ne bis in propoſitionibus idem detur quoniam ſcimus, ꝙ ſine medio non efficitur ſyllogiſmus: medium vero eſt,quod pluries dicitur. Quãliter autem oportet ad vnamquamque concluſionem medium obſeruare,manifeſtum ex eo ꝙ ſcimus, quale in vnaquaque figura monſtratur. hoc autem nos non latebit,eo quod ſcimus, quomodo præſtamus rationem. Oportet autem, quod cuſtodire præcipimus reſpondentes,ipſos arguentes conari latere. Hoc autem erit, primum quidem, ſi concluſiones non præratiocinentur,

tur, ſed acceptis neceſſarijs ſint obſcuræ. Amplius vero, ſi propinqua non interrogat, ſed quam maxime immediata. vt ſi ſit opus concludere A de F, media B C D E. oportet itaque interrogare, ſi A ipſi B: & rurſus non ſi B ipſi C, ſed ſi D ipſi E, & poſtea ſi B ipſi C, & ſic reliqua.



Quo pacto celatio fieri debeat.

Et ſi per vnum medium fiat ſyllogiſmus. à medio incipere. maxime enim ſic latere poſſet reſpondentem.

De redargutione. Cap. XXV.

QVoniam autem habemus quando, & quo modo ſe habentibus terminis fit ſyllogiſmus, manifeſtum & quando erit, & quando non erit rédargutio: cum enim omnes reſponſiones conceduntur, aut viciſſim ponuntur, vt hæc quidem negatiua, illa vero affirmatiua, accidit fieri redargutionem: erat enim ſyllogiſmus, & ita, & illo modo ſe habentibus terminis. quare, ſi quod ponitur contrarium concluſioni, neceſſe eſt fieri redargutionem. redargutio nanq; contradictionis ſyllogiſmus. Quod ſi nihil concederetur, impoſſibile fieri redargutionem. non enim erat ſyllogiſmus, omnibus terminis priuatiuis exiſtentibus: quare neq; redargutio. ſi enim redargutio, neceſſe ſyllogiſmum eſſe. ſyllogiſmo autem exiſtente, non neceſſe eſt redargutionem eſſe. Similiter vero, & ſi nihil

ſi nihil poneretur ſecundum reſponſionem in toto: ea dē nāq; erit determinatio redargutionis & ſyllogiſmi.

De deceptione quæ ſecundum ſuſpitionem. Cap. XXVI.

Accidit autem aliquando, quemadmodum in terminorum poſitione decipimur, & ſecundum ſuſpicionem fieri deceptionem. quemadmodum ſi contingit idem pluribus primis ineſſe: & hoc quidem latere quempiam, & exiſtimare nulli ineſſe, illud autem noſſe. Sit A inexiſtens B, & C per ſeipſa: & hæc omni D ſimiliter. ſi igitur exiſtimat A omni quidem B ineſſe, & hoc ipſi D: * A vero nulli C, & hoc omni D: eiuſdem ſecundum idem habebit ſcientiam & ignorantiam.

* a. l. ipſi D omni.



His modis oñdit deceptio ob ſuſpitionē in terminis nō eiuſdē coordinationis.

Rurſus, ſi quis deciperetur circa ea, quæ ex eadem coordinatione. Vt A ineſt ipſi B, hoc autem ipſi C, & C ipſi D: ſuſpicaretur vero A omni B ineſſe, & rurſus nulli C: ſimul enim & noſcet & non ſuſpicabitur ineſſe. igitur

igitur nil aliud cenſebit ex his, quam quod ſcit, hoc non ſuſpicari. ſcit enim quodammodo, quod A ineſt ipſi C, veluti vniuerſali, quod ſecundum partem. quare quod quodammodo ſcit, hoc penitus cenſet non ſuſpicari: quod eſt impoſſibile.

His modis oſtdit deceptio ſm ſuſpitionẽ in terminis eiuſdẽ coordinationis.




Sed in prius dicto, ſi non medium ex eadem coordinatione, ſecundum vtrunque mediorum ambas propoſitiones non accidit ſuſpicari, vt A B quidem omni: C vero nulli: hæc autem vtræque omnĩ D. Accidit enim aut ſimpliciter, aut ad aliquid, contrariam accipi propoſitionem primam. Si enim cui omni ineſt B: exiſtimat ipſum A ineſſe: B vero ipſi D nouit: & quòd ipſi D A nouit. quare ſi iterum cui C nulli exiſtimat A ineſſe. cui B alicui ineſt: huic non exiſtimat A, ineſſe. Quod autem omni exiſtimatur cui B, rurſus alicui non exiſtimare cui B, aut ſimpliciter, aut ad aliquid. contrarium eſt. ſic igitur non contingit ſuſpicari. Secundum vtrunque vero vnam, aut ſecundum alterum ambas nihil prohibet. vt A omni B: & B ipſi D: & rurſus A nulli C.



Similis enim talis deceptio, & quemadmodum decipimur circa eas, quæ in parte. Veluti ſi A ineſt omni B: B vero omni C: A omni C inerit. ſi itaq; quiſpiam nouit, quod A ineſt omni cui B, nouit & ꝙ cui C: ſed nil prohibet ignorare C, ꝙ eſt. vt ſi A, duo recti. in quo autem B, triangulus. in quo vero C, ſenſibilis triangulus ſuſpicari. nanque poſſet aliquis non eſſe C, ſciens quod omnis triangulus habet duos rectos: quare ſimul noſſet & ignorabit idem. Noſſe enim omnem triangulum, quod duobus rectis, non ſimplex eſt. ſed hoc quidem vniuerſalem habere ſcientiam, illud autem ſingularem. ſic igitur vt in vniuerſali nouit C, quòd duo recti: in ſingulari autem non nouit: quare non habebit contrarias.

Vide de hoc ét primo poſter. in princ.

Duo




Oñdit quo pacto ſciamus aliqd in vñi, & ignoremus in particulari.

Similiter vero & ratio, quæ in Mennone, quòd diſciplina recordatio. nullibi nanque accidit præſciri quòd ſingulare eſt: ſed ſimul cum inductione accipere ſcientiam, quæ ſecundum partem. tanquam recognoſcentes: quædam enim ſubito nouimus, quemadmodum ꝙ duobus rectis, ſi nouerimus, ꝙ triangulus. ſimiliter autem & in alijs. Vniuerſali igitur ſpeculamur quæ in parte, propria vero non nouimus. quare accidit & decipi circa ipſa, verum non contrarie, ſed habere quidem vniuerſalem, decipi vero ea quæ ſecundum partem. Similiter autem & in prædictis. neque enim contraria deceptio, quæ ſecundum medium ſcientiæ, quæ ſecundum ſyllogiſmum: neque quæ ſecundum vtrunque mediorum ſuſpicio. Nihil autem prohibet ſcientem, & quòd A toti B ineſt, & rurſus hoc ipſi C, exiſtimare A non ineſſe C. vt quòd omnis mula ſterilis, & ipſa mula, exiſtimare prægnantem hanc eſſe. non enim ſcit, ꝙ A ipſi C, non ſimul ſpeculans aſſumptum, quod ſecundum vtrunque.

Sterilis

Sterilis
A



C
Hæc mula


Quo pacto ſciæ ex medio nõ ſit ꝯtraria ſcia ꝑ ſyllm, cũ maior terminus minori nõ applicetur.

Quare planum, ꝗ & ſi hoc quidem nouit, illud vero non nouit, decipietur. quod habent vniuerſales ad ſciẽtias quæ ſecundum partem. Nullum enim ſenſibilium extra ſenſum exiſtens nouimus, neque ſi ſentientes ſcimus. niſi vt vniuerſale, & eo quod eſt habere propriam ſcientiam: ſed non in eo quod actu eſt. Scire nanque trifariam dicitur, vel vt vniuerſali, vel vt propria, vel vt in actu: quare & decipi tot modis. Nihil igitur prohibet & noſſe & deceptum eſſe circa idem, veruntamen non contrarie: ꝗ accidit & ſecundum vtranque cognoſcenti propoſitionem, & non conſideranti prius. ſuſpicans enim mulam prægnantem eſſe, non habet ſcientiam ſecundum actum: neq; iterum ob ſuſpitionem, cõtrariam deceptionem ſcientiæ: ſyllogiſmus enim eſt contraria deceptio in vniuerſali. Qui vero ſuſpicatur bono eſſe malo eſſe, idem ſuſpicabitur bono eſſe & malo. Sit nanque bono eſſe in quo A: malo autem eſſe, in quo B: rurſus vero, bono eſſe in quo C. Quoniam igitur idem ſuſpicabitur B & C, & eſſe C B ſuſpicabitur: & rurſus B A eſſe conſimiliter: quare & C & A.

Nullũ ſenſibiliũ cum extra ſenſũ ſit ſcimus.

quemadmodum enim ſi erat verum, de quo c b: & de quo b a, & de c a verum erat: ita & in ipſo ſuſpicari. Similiter autem & in ipſo eſſe. cum enim idem ſint c & b. & rurſus b & a: & c ipſi a idem erat; quare & in ipſo opinari conſimiliter. ergo hocquidem neceſſarium, ſi quis dabit primum. ſed fortaſſe illud falſum, ſuſpicari quendam malo eſſe, bono eſſe, niſi ſecundum accidens: hoc nanq; multipliciter opinari poſſibile eſt. conſiderandum vero hoc melius.


Hoc mō ꝓbat̄, q̄uo bonū & malū ſunt idē, ſi q̄s putauerit bono eē & malo eſſe idem.



De conuerſione terminorum. Cap. XXVII.

Qvando autem extrema conuertuntur, neceſſe eſt & medium conuerti ad vtraque. Si enim a de c per b ineſt, ſi conuertuntur, & ipſum c ineſt omni cui a: & b cum a conuertitur, & ineſt b omni, cui a per medium c: & c cum b conuertitur, per medium a.

Homo



His tribus modis & vna cõuerſio ne oñdit̃, ſi extrema in uicẽ cõuertãtur,& me diũ cũ vtraque ipſorũ cõuertitur.


Et in non eſſe conſimiliter. Veluti ſi B ipſi C ineſt: A vero ipſi B non ineſt: neq; A ipſi C inerit. Si igitur A conuertitur cum B, & C conuertitur cum A. ſit C B non inexiſtens ipſi A. neq; igitur C: nam B ineſt omni C.



In prio mõ oñdit̃ vl'is negatiua in pria figura, ĩ ſecũdo vero cõclud ĩ in ſecunda, cõuerſa cõ clusione primi, ex eiuſdẽ maiore & minore conuerſa, trãſpoſita ĩ maiorem.

Et ſi C cõuertit̃ cũ B,& B conuertet̃ cũ A. de quo n. B omni,& C. Et ſi C ad A ꝯuertit̃,& B cõuertet̃. nam cui B C: cui vero A, C nõ ineſt. & ſolũ hoc a cõcluſione incipit,alia aũt nõ ſimiliter:vt & in ꝑdicatiuo ſyllogiſmo.


Aut rurſus ſi quiſpiam ſurſum accipere continuum. Vt ſi A ipſi B: E vero ipſi A: & F ipſi E: falſum eſſe poſſet. F ineſſe ipſi A. nanque & ſic nihil minus eſſe poſſet impoſſibile, ſublata ſuppoſitione, quæ à principio.



In hoc mō nullū cōtingit falſum in ſurſum continuū ſumenti, ſicut nec ſupra.


Sed oportet ad terminos, quia principio, coaptare impoſſibile: ſic enim erit propter ſuppoſitionem. Vt deorſum accipienti continuum ad prædicatum terminorum. nam ſi impoſſibile, A ipſi D ineſſe, ablato A, non amplius erit falſum. Surſum vero, de quo prædicatur. ſi enim non accidit F ineſſe ipſi B, ablato B, non amplius erit impoſſibile.

His in modis ob ſupponē, & penes hoc falſum contingit superiori ī deorsū, inferiori in ſurſum continuū ſumētibus: qa ad primos terminos aptatur impoſſe.




Simi-


Similiter autem & priuatiuis exiſtentibus ſyllogiſmis. Manifeſtum igitur, quòd impoſſibili non exiſten ti ad terminos, qui à principio, non accidit falſum penes poſitionem.



In hoc mō negatiuo ſi cōtingit falſum ꝑ ſuppōnē, ſicut nec i prima affirmatiua




Rñdet hic modus ſecū do affirmatiuo.




In his modis negatiuis contingit falſum ob ſuppōnē, vt in affirmatiuis.

Aut neque ita ſemper propter ſuppoſitionem erit falſum. nanque & ſi poſitum fuerit A ineſſe non ipſi B, ſed ipſi K : K vero ipſi C, & hoc ipſi D : & ſic manet impoſſibile.



In hoc mõ in deorſum accipiẽti cõtingit falſum, ſed nõ ob primam ſuppõnẽ tã tũ, ſ. B A, qa illa auferri põt, ſed ab aliã, ſ. K A.


Similiter autem & ſurſum accipiẽti terminos. Quare quoniam & exiſtenti & non exiſtenti hoc, accidit impoſſibile, non eſſet vtiq; penes poſitionem.




In hoc mõ in ſurſũ ſumẽti termĩnos, accidit falſũ: at nõ vr̃ ob primã ſuppõnẽ tã tũ, ſ. B A, qa illa remoueri poteſt, ſed ꝑ aliã et, ſ. B G.

Aut hoc, quod eſt, non exiſtente hoc, nihil minus fieri falſum, non ita accipiendum, vt cum aliud ponitur, accidat falſum: ſed quando ablato hoc per reliquas propoſitiones, idem concludatur impoſsibile: quoniam idem vtiq; falſum per plures ſuppoſitiones accidere, nihil fortaſſe inconueniens: veluti coalternas concidere, & ſi maior eſt extrinſecus intrinſeco, & ſi triangulus haberet plures rectos duobus.


His figuris oñdit̃ ꝑ binas ſuppõnes falſas, coalternas cõ incidere.





De falſa ratione. Cap. XXIII.

FAlſa autem ratio efficitur penes primū falſum. aut enim ex duabus propoſitionibus, aut ex pluribus omnis eſt ſyllogiſmus. Si igitur ex duabus, harum alterā, vel & ambas neceſſe eſt falſas eſſe: ex veris enim non erat falſus ſyllogiſmus. Quòd ſi ex pluribus, vt C per A B, hoc autem per D E, F H, ex his aliquid ſuperiorum falſum erit, & ratio penes hoc. nanque A & B per illa concluduntur: quare penes illorum aliquid accidit concluſio & falſum.



Falſa ē hæc rō ꝑꝑ A D propōnem.

De eo quòd eſt non ratiocinari. Cap. XXIIII.

AD hoc autem, ꝙ non fiat ratiocinium, obſeruā dum, quando ſine concluſionibus rationem interrogat, ne bis in propoſitionibus idem detur quoniam ſcimus, ꝙ ſine medio non efficitur ſyllogiſmus: medium vero eſt, quod pluries dicitur. Qualiter autem oportet ad vnamquamque concluſionem medium obſeruare, manifeſtum: ex eo ꝙ ſcimus, quale in vnaquaque figura monſtratur. hoc autem nos non latebit, eo quod ſcimus, quomodo præſtamus rationem. Oportet autem, quod cuſtodire præcipimus reſpondentes, ipſos arguentes conari latere. Hoc autem erit, primum quidem, ſi concluſiones non præratiocinentur,

tur, ſed acceptis neceſſarijs ſint obſcuræ. Amplius vero, ſi propinqua non interrogat, ſed quam maxime immediata. vt ſi ſit opus concludere A de F, media B C D E. oportet itaque interrogare, ſi A ipſi B: & rurſus non ſi B ipſi C, ſed ſi D ipſi E, & poſtea ſi B ipſi C, & ſic reliqua.

Quo pacto celatio fieri debeat.



Et ſi per vnum medium fiat ſyllogiſmus. à medio incipere. maxime enim ſic latere poſſet reſpondentem.

De redargutione. Cap. XXV.

QVoniam autem habemus quando, & quo modo ſe habentibus terminis fit ſyllogiſmus, manifeſtum & quando erit, & quando non erit rédargutio: cum enim omnes reſponſiones conceduntur, aut viciſſim ponuntur, vt hæc quidem negatiua, illa vero affirmatiua, accidit fieri redargutionem: erat enim ſyllogiſmus, & ita, & illo modo ſe habentibus terminis. quare, ſi quod ponitur contrarium concluſioni, neceſſe eſt fieri redargutionem. redargutio nanq; contradictionis ſyllogiſmus. Quod ſi nihil concederetur, impoſſibile fieri redargutionem. non enim erat ſyllogiſmus, omnibus terminis priuatiuis exiſtentibus: quare neq; redargutio. ſi enim redargutio, neceſſe ſyllogiſmum eſſe. ſyllogiſmo autem exiſtente, non neceſſe eſt redargutionem eſſe. Similiter vero, & ſi nihil

ſi nihil poneretur ſecundum reſponſionem in toto: eadē náq; erit determinatio redargutionis & ſyllogiſmi.

De deceptione quæ ſecundum ſuſpitionem. Cap. XXVI.

ACcidit autem aliquando, quemadmodum in terminorum poſitione decipimur, & ſecundum ſuſpicionem fieri deceptionem. quemadmodum ſi contingit idem pluribus primis ineſſe: & hoc quidem latere quempiam, & exiſtimare nulli ineſſe, illud autem noſſe. Sit A inexiſtens B, & C per ſeipſa: & hæc omni D ſimiliter. ſi igitur exiſtimat A omni quidem B ineſſe, & hoc ipſi D: * A vero nulli C, & hoc omni D: eiuſdem ſecundum idem habebit ſcientiam & ignorantiam.

* a.l. ipſi D omni.




His modis oñdit deceptio ob ſuſpitionē in terminis nō eiuſdē coordinationis.

Rurſus, ſi quis deciperetur circa ea, quæ ex eadem coordinatione. Vt A ineſt ipſi B, hoc autem ipſi C, & C ipſi D: ſuſpicaretur vero A omni B ineſſe, & rurſus nulli C: ſimul enim & noſcet & non ſuſpicabitur ineſſe.

igitur

igitur nil aliud cenſebit ex his, quam quod ſcit, hoc non ſuſpicari. ſcit enim quodammodo, quod A ineſt ipſi C, veluti vniuerſali, quod ſecundum partem. quare quod quodammodo ſcit, hoc penitus cenſet non ſuſpicari: quod eſt impoſsibile.

His modis oſdit dece ptio ſm ſu ſpitionẽ in terminis eiuſdẽ coordinationis.




Sed in prius dicto, ſi non medium ex eadem coordinatione, ſecundum vtrunque mediorum ambas propoſitiones non accidit ſuſpicari, vt A B quidem omni: C vero nulli: hæc autem vtræque omni D. Accidit enim aut ſimpliciter, aut ad aliquid, contrariam accipi propoſitionem primam. Si enim cui omni ineſt B: exiſtimat ipſum A ineſſe: B vero ipſi D nouit: & quòd ipſi D A nouit. quare ſi iterum cui C nulli exiſtimat A ineſſe. cui B alicui ineſt: huic non exiſtimat A, ineſſe. Quod autem omni exiſtimatur cui B, rurſus alicui non exiſtimare cui B, aut ſimpliciter, aut ad aliquid. contrarium eſt. ſic igitur non contingit ſuſpicari. Secundum vtrunque vero vnam, aut ſecundum alterum ambas nihil prohibet. vt A omni B: & B ipſi D: & rurſus A nulli C.



Similis enim talis deceptio, & quemadmodum decipimur circa eas, quæ in parte. Veluti ſi A ineſt omni B: B vero omni C: A omni C inerit. ſi itaq; quiſpiam nouit, quod A ineſt omni cui B, nouit & ꝙ cui C: ſed nil prohibet ignorare C, ꝙ eſt. vt ſi A, duo recti. in quo autem B, triangulus. in quo vero C, ſenſibilis triangulus ſuſpicari. nanque poſſet aliquis non eſſe C, ſciens quod omnis triangulus habet duos rectos: quare ſimul noſſet & ignorabit idem. Noſſe enim omnem triangulum, quod duobus rectis, non ſimplex eſt. ſed hoc quidem vniuerſalem habere ſcientiam, illud autem ſingularem. ſic igitur vt in vniuerſali nouit C, quòd duo recti: in ſingulari autem non nouit: quare non habebit contrarias.

Vide de hoc ét primo poſter. in princ.


Duo



Oñdit quo pacto ſciamus aliq̃d in vñi, & ignoremus in particulari.

Similiter vero & ratio, quæ in Mennone, quòd diſciplina recordatio. nullibi nanque accidit præſciri quòd ſingulare eſt: ſed ſimul cum inductione accipere ſcientiam, quæ ſecundum partem. tanquam recognoſcentes: quædam enim ſubito nouimus, quemadmodum ꝙ duobus rectis, ſi nouerimus, ꝙ triangulus. ſimiliter autem & in alijs. Vniuerſali igitur ſpeculamur quæ in parte, propria vero non nouimus. quare accidit & decipi circa ipſa, verum non contrarie, ſed habere quidem vniuerſalem, decipi vero ea quæ ſecundum partem. Similiter autem & in prædictis. neque enim contraria deceptio, quæ ſecundum medium ſcientiæ, quæ ſecundum ſyllogiſmum: neque quæ ſecundum vtrunque mediorum ſuſpicio. Nihil autem prohibet ſcientem, & quòd A toti B ineſt, & rurſus hoc ipſi C, exiſtimare A non ineſſe C. vt quòd omnis mula ſterilis, & ipſa mula, exiſtimare prægnantem hanc eſſe. non enim ſcit, ꝙ A ipſi C, non ſimul ſpeculans aſſumptum, quod ſecundum vtrunque.

Sterilis




Quo pacto ſciæ ex medio nõ ſit ꝯtraria ſcia ꝑ ſyllm̃, cũ maior terminus mĩnori nõ applicetur.

Quare planum, ꝙ & ſi hoc quidem nouit, illud vero non nouit, decipietur. quod habent vniuerſales ad ſciẽtias quæ ſecundum partem. Nullum enim ſenſibilium extra ſenſum exiſtens nouimus, neque ſi ſentiẽtes ſcimus. niſi vt vniuerſale, & eo quod eſt habere propriam ſcientiam: ſed non in eo quod actu eſt. Scire nanque trifariam dicitur, vel vt vniuerſali, vel vt propria, vel vt in actu: quare & decipi tot modis. Nihil igitur prohibet & noſſe & deceptum eſſe circa idem, veruntamen non contrarie: ꝙ accidit & ſecundum vtranque cognoſcenti propoſitionem, & non conſideranti prius. ſuſpicans enim mulam prægnantem eſſe, non habet ſcientiam ſecundum actum: neq; iterum ob ſuſpitionem, cõtrariam deceptionem ſcientiæ: ſyllogiſmus enim eſt contraria deceptio in vniuerſali. Qui vero ſuſpicatur bono eſſe malo eſſe, idem ſuſpicabitur bono eſſe & malo. Sit nanque bono eſſe in quo A: malo autem eſſe, in quo B: rurſus vero, bono eſſe in quo C. Quoniam igitur idem ſuſpicabitur B & C, & eſſe C B ſuſpicabitur: & rurſus B A eſſe conſimiliter: quare & C & A.

Nullũ ſenſibiliũ cum extra ſenſũ ſit ſcimus.

quemadmodum enim ſi erat verum, de quo c B: & de quo B A,& de C A verum erat: ita & in ipſo ſuſpicari. Similiter autem & in ipſo eſſe. cum enim idem ſint c & B. & rurſus B & A: & C ipſi A idem erat: quare & in ipſo opinari conſimiliter. ergo hocquidem neceſſa rium,ſi quis dabit primum. ſed fortaſſe illud falſum, ſuſpicari quendam malo eſſe,bono eſſe, niſi ſecundum accidens: hoc nanq; multipliciter opinari poſſibile eſt. conſiderandum vero hoc melius.


Hoc mō ꝓbat̄, q̄uo bonū & malū ſunt idē, ſi q̄s putauerit bono eē & malo eſſe idem.



De conuerſione terminorum. Cap. XXVII.


QVando autem extrema conuertuntur, neceſſe eſt & medium conuerti ad vtraque. Si enim A de c per B ineſt, ſi conuertuntur, & ipſum c ineſt omni cui A: & B cum A conuertitur, & ineſt B omni, cui A per medium c: & c cum B conuertitur, per medium A.

Homo



His tribus modis & vna côuerſio ne ōndit, ſi extrema in uicē côuertãtur, & me diũ cũ vtraque ipſorũ côuertitur.


Et in non eſſe conſimiliter. Veluti ſi B ipſi C ineſt: A vero ipſi B non ineſt: neq; A ipſi C inerit. Si igitur A conuertitur cum B, & C conuertitur cum A. ſit enim B non inexiſtens ipſi A. neq; igitur C: nam B inerat omni C.



In prĩo mō ōndit vl'is negatiua in pria figura, ĩ ſecũdo vero cõclud ẽ in ſecunda, côuerſa cõ clusione primi, ex eiuſdē maiore & minore conuerſa, trãſpoſita ĩ maiorem.

Et ſi C côuertĩt cũ B, & B conuertet cũ A. de quo.n. B omni, & C. Et ſi C ad A ↄuertĩt, & B côuertet. nam cui B C: cui vero A, C nō ineſt. & ſolũ hoc a côcluſione incipit, alia aũt nō ſimiliter: vt & in ꝑdicatiuo ſyllogiſmo.

Oñdit hoc mõ cõuerſa maior ex minori & cõcluſione conuerſis.




De cõmutata cõuerſione.

Rurſus, ſi A & B conuertuntur, & C & D conſimiliter: neceſſe autem A vel C omni ineſſe: & B & D ſic ſe habebunt, vt omni alterum inſit. quoniam enim cui A B, & cui C D: omni autem A vel C, & non ſimul: planum ꝙ & B, vel D omni, & non ſimul: vt ſi ingenitum incorruptibile, & incorruptibile ingenitum: neceſſe quod ſit corruptibile, & corruptibile factum eſſe. duo enim ſyllogiſmi fiunt.

Cõiũctę potius, q̃ commutatæ cõuerſioni, eſt hæc ſpeculatio ſimilis.

A Ingenerabile	Conuertũtur	B Incorruptibile
Omni alterum, nulli ſimul.		Omni alterum, nulli ſimul.
C Generabile	Conuertuntur	D Corruptibile

Ingenerabile Incorrupt. Corrupt. Ingñabile Gñabile



Varie formari hi mo di pñt, hoc aût mô ad impoſe deducũt, qa ſi nõ eſt verũ nul ſi D eſſe B, ſequũtur reliqua.

Rurſus, ſi omni A, aut B, & C, aut D: ſimul vero non inſunt: ſi conuertuntur A & C, & B & D conuertuntur. ſi enim B non ineſt alicui cui D, planum quod A ineſt, ſi vero A, & C, conuertuntur enim. quare ſimul C & D. hoc autem impoſſibile.

A — Oĩ alterum — B
Ingenerabile — nulli ſimul — Generabile


Conuertuntur — Conuertuntur

C — Oĩ alterum — D
Incorruptibile — nulli ſimul. — Corruptibile

Eſt hæc ſpeculatio à cõmutata cõuerſione.


Cum vero A toti B, & C inſit, & de nullo alio prædicetur: inſit autem & B omni C: neceſſe eſt A & B conuerti. quoniam enim A de ſolis B C dicitur: prædicatur autem B, & ipſum de ipſo, & de C: planum, quod de quibus A, & B dicetur omnibus, verum & de ipſo A.

Diſpoſitis terminis in ſecũda figura, oñditur hæc propoſitio.



Rurſus,quãdo A,& B toti inſunt C:cõuertitur autem C cum B: neceſſe A omni B ineſſe. quoniam.n. A omni C: C vero ipſi B eo quod conuertit: & A omni B inerit.

Hæc propõ eſt quaſi ꝑcedẽtis conuerſio: & primũ ꝑ tertiã ꝓbatur, mox ꝑ primã figurã.



De mutua oppoſitorum conuerſione. Cap. XXVIII.

*a. l. vt A & B, A eligibilius ſit.

QVando autem duobus exiſtentibus vt A eligibilius ſit * quam B cum ſint oppoſita; & D quã C ſimiliter:ſi eligibiliora ſunt A C, quã B D, A eligibilius

eligibilius quã D. Similiter.n.ſequendũ A,& fugiendũ B,oppoſita nanq; : & C ipſi D,nã & hæc opponuntur.Si igitur A ipſi D,ſimiliter eligendũ, & B ipſi C fugiendũ : vtrunq; enim vtriq; ſimiliter fugiendũ ſequendo: quare & ambo A C ipſis B D, quoniã aũt magis nõ poſſunt, ſimiliter: nãq; B D ſimiliter erant. Si vero D quã A eligibilius,& B quã C minus fugiendũ : nam minus minori opponitur: eligibilius aũt maius bonũ, & minus malum,quam minus bonum, & maius malum: & totum ergo B D eligibilius quam A C, ſed nunc non eſt; A igitur eligibilius q̃ D, & C itaq; q̃ B minus fugiendum.



Sũptũ fuit hoc exẽplũ ab interpretibus.

Si ergo eligeret omnis amans ſecundum amorem, A ſic ſe habere, vt gratificetur: & non gratificari, in quo C: aut gratificari, in quo D: & non talem eſſe vt gratificetur, in quo B. planum, quod A talem eſſe eligibilius eſt quam gratificari. Amari igitur coitu eligibilius ſecundum amorem. amor igitur magis eſt amicitiæ, quam ipſius coitus. quod ſi magis huius & finis hoc: coire igitur aut non eſt penitus, aut eius quod eſt amari gratia, nanque & alij affectus & arte ſic.



Ex Platonis cõuiuio acceptum fuit iſtud exemplum.

Quomodo igitur ſe habent termini ſecundum conuerſiones, & eo, quòd magis fugiendi, vel eligibiliores ſint, manifeſtum.

De inductione, & eius ſyllogiſmo. Cap. XXIX.


QVòd autem non ſolum dialectici & demonſtratiui ſyllogiſmi per prædictas efficiuntur figuras, ſed & rhetorici: & ſimpliciter quæcunque fides eſt, & ſecundum quancunque methodũ, nunc vtique dicendum ſit. omnia enim credimus, aut per ſyllogiſmum, aut ex inductione. Inductio igitur eſt, & ex inductione ſyllogiſmus. alterum extremum medio ratiocinari per alterum. Veluti, ſi ipſorum A C medium ſit B, per C monſtrare, A inexiſtens ipſi B: ſic enim facimus inductiones. Vt ſit A longæuum: in quo autem B, bilem non habens: in quo vero C, ſingulare longæuum, ſicut homo, & equus, & mulus. A igitur ineſt toti C, omne enim quod bile caret longæuum, * ſed & B, bilem non habens, ineſt omni C. Si igitur conuertitur C cum B, & non excedit medium, neceſſe eſt A ineſſe ipſi B: monſtratum nanq; fuit prius, ſi duo quædam eidem inſint, & ad alterum ipſorum conuertatur extremum,

*a.l. oẽ.n. c.lõgæuũ.

extremum, quòd conuertenti & alterum prædicatorũ inerit. Oportet autem intelligere C ex omnibus ſingularibus compoſitum: inductio enim per omnia.

Longæuũ Bilẽ nõ habens Hõ Equus Mulus

A B C



Homo, Equus, Mulus.


Fit ſyllogiſmus in prima figura ipſius A de C per B, poſtea ĩductiuus ſylls in tertia ipſius B de A p C: denique in prima, cum minor ſit in conuertibilibus terminis.

Eſt autem talis ſyllogiſmus primæ & immediatæ propoſitionis. quorum nanque eſt medium, per mediũ ſyllogiſmus: quorum vero non eſt, per inductionem. Et quodammodo opponitur inductio ſyllogiſmo. hic enim per medium extremũ tertio monſtrat: illa autẽ per tertiũ extremũ medio. Natura igiẽ prior & notior per mediũ ſyllus: nobis uero notior qui p inductionẽ.

De exemplo. Cap. 30.

Sed exemplum eſt, quando extremum medio ineXiſtens mõſtratũ fuerit per ſimile tertio. oportet aũt mediũ tertio, & primũ ſimile notius eſſe ineXiſtẽs. Vt ſit A, malum: B contra confines bellum inferre: in quo C, Athenienſes contra Thebanos: in quo aũt D, Thebanos contra Phocenſes. Si itaq; velimus monſtrare quòd bellum gerere cum Thebanis eſt malum, acci-

accipiendum,ꝙ contra confines bellum gerere eſt malum.huius autẽ fides ex ſimilibus,vt quoniã Thebanis, quod contra Phocenſes. Quia igitur malum eſt,quod contra confines:quod vero cõtra Thebanos,cõtra confines eſt: planũ,quod cõtra Thebanos bellũ gerere malum.manifeſtum itaq;, ꝙ B ipſi C,& ipſi D ineſt: ambo enim ſunt cõtra cõfines bellũ inferre:& ꝙ A ipſi D,Thebanis enim non fuit vtile bellum contra Phocenſes. ꝙ autẽ A ipſi B ineſt,per D,demonſtrabitur. Eodẽ aũt modo ſi per plura ſimilia fides fiat medij ad extremum.



Probatur A de C p B. & cõfirmat exemplo D, A vero probatur de B per idẽ D.


Manifeſtũ igitur,ꝙ exemplum eſt,neq; vt pars ad totũ.neq; vt totum ad partẽ:ſed vt pars ad partẽ,quando ambo ſub eodẽ ſint,notũ vero,alterũ.Et differt ab inductione: quoniã illa ex oĩbus indiuiduis extremũ monſtrabat ineſſe medio.& ad extremũ nõ coaptabat ſyllogiſmũ: hoc aũt & coaptat, & nõ ex oĩbus monſtrat.

De Abductione. Cap. 31.

Abductio vero eſt, cum primũ medio inexiſtẽs manifeſtum ſit:vltimo autẽ,mediũ,obſcurum quidẽ,ſed ſimiliter credibile,aut magis quàm concluſio. Amplius, ſi pauca ſint media vltimi & medij:


dij: omnino enim propinquius ſcientiæ accidit eſſe: vt ſit A docibile: in quo B ſcientia: C iuſtitia. quòd igitur ſcientia docibilis, planum: ſi aut virtus ſcientia, obſcurum. ſi igitur B C ſimiliter, aut magis credibile, quam A C, abductio eſt: eſt enim proximius ipſi ſcire, eo quod aſſumpſimus A C* ſcientiam prius non habentes.

*al.l.eo quę præ aſſumpta eſt ipſi A C, B C.



In hoc modo aut magis credibile eſt C B, q̃ C A. ideoq; aſſumimus cõcluſioné ipſius ſciam primus non habentes.


Aut rurſus, ſi pauca ſint media ipſorum B C: nanque & ſic proximius ipſi cognoſcere. Veluti ſi D eſſet quadrari. in quo autem E, rectilineum: in quo vero F, circulus: ſi ergo ipſius E F, vnum ſolum eſſe medium, hoc quod eſt, cum lunulis æqualem fieri circulum rectilineo, eſſe poſſet prope ipſum cognoſcere.



Oſtenditur E F per unũ medium & ideo fit abductio ĩ hoc modo.

Cum


Hoc modo probabat Hippocrates circulū quadrari.



Cum vero B C neque credibilius ſit quam A C,neque pauca media, non dico abductionem: neque quando B C ſit immediatum, tale enim ſcientia eſt.

De Inſtantia. Cap. 32.


CAeterum, inſtantia eſt propoſitio propoſitioni contraria: differt autē à propoſitione, quoniā inſtantiā cōtingit eſſe in parte, propoſitionem vero,aut omnino non contingit,aut non in vniuerſalibus ſyllogiſmis. Fertur autem inſtantia bifariā, & per duas figuras. bifariam quidem,quoniā aut vniuerſaliter,aut in parte omnis,inſtātia:ex duabus vero figuris, quoniā oppoſitæ feruntur propoſitioni: oppoſita autē in prima & tertia figura concluduntur ſolis.quando.n. cenſeat omni ineſſe,inſtamus ꝙ nulli,aut ꝙ alicui non ineſt. Horum autē nulli, quidem ex prima figura: alicui vero non, ex vltima.Vt ſit A,vnā eſſe ſcientiam: in quo B,contraria. Cū igitur proponit vnam eſſe contrariorum ſcientiā,inſtat,aut ꝙ omnino nō eadem oppoſitorum,contraria aūt oppoſita:quare fit prima figura, aut ꝙ noti & ignoti non una: hæc uero tertia. nanque ſecundum tertiā, nòto & ignoto contraria quidē eſſe, verum: vnam autem ipſorum ſcientia eſſe, falſum.




Sanabile & ægrotabile.

Fertur inſtãtia ad negatiuam A B, vl̃is quidẽ per primã, particularis vero per tertiã figurã.

Rurſus in priuatiua propoſitione conſimiliter, cum enim cenſet non eſſe vnam contrariorũ, aut quod omnium oppoſitorum, aut quod aliquorum cõtrariorum eadem diſciplinam dicimus, vt ſanabilis,& ægrotabilis: omnium igitur ex prima: aliquorum vero ex tertia figura.






Notũ & ignotũ.

Per terminũ oppoſita in prima figura, per notũ & ignotũ terminũ in tertia inſtamus huic ꝓponi vl̃i affirmatiuæ, contrariorũ oĩum vnam eſſe ſciam.

Simpliciter enim in omnibus, cum vniuerſaliter quidem inſtãt, neceſſe ad uniuerſale contradictionem dicere eorum, quæ proponuntur. veluti ſi non exiſtimet eandem contrariorum omnium, dicentem oppoſitorum vnam. ſic autem neceſſe primam eſſe figuram: medium enim fit quod vniuerſale ad id, quod ex principio. In parte vero, ad quod eſt vniuerſale, de quo dicitur

citur propoſitio. vt noti & ignoti non eandē:contraria enim vniuerſaliter ad hæc, & fit tertia figura. medium enim,quod in parte accipitur,vt notum & ignotum.ex quibus enim eſt ratiocinari contrariū,ex his & inſtantias conamur dicere. quare & ex ſolis his figuris ferimus:in ſolis enim oppoſiti ſyllogiſmi:per mediā enim non erat affirmatiue. Amplius, & ſi pluris indigeat orationis,quæ per mediam figuram,veluti ſi non det A ineſſe B, eo quod C non ſequitur ipſum : hoc enim per alias propoſitiones planum. Non oportet autem inſtantiam ad alia euerti, ſed ſtatim manifeſtam habere alteram propoſitionem. Vnde & ſignum ex ſola hac figura non eſt.

In ſecunda figura nulla fertur inſtātia: nam facta inſtātia indigemus cōuerſione maioris vt prædicatū inſtātiæ ſit prædicatū in ſyllo.



Conſiderandum autem & de alijs inſtantijs, vt de ijs, quæ ſunt ex contrario, & ſimili, & eo quod ſecundum opinionem ; & ſi eam, quæ eſt in parte ex prima, aut priuatiuam ex media poſſibile capere.


De

De Veriſimili, & Signo. Cap. 33.

VEriſimile vero, & ſignum non eſt idem: ſed veriſimile quidē eſt propoſitio probabilis: quod enim cognoſcunt vt in pluribus ita fieri, aut non fieri, eſſe, aut non eſſe, hoc eſt veriſimile, vt odire inuidētes, aut beneuolētia proſequi amator. Signū aūt vult eſſe propoſitio demonſtratiua, aut neceſſaria, aut probabilis. quo. n. exiſtēte, eſt: aut quo facto prius, aut poſterius facta eſt res, ſignū eſt, qđ factū fuerit, aut ſit.

De Enthymemate. Cap. 34.

ENthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus ex veriſimilibus, aut ſignis. Accipitur aūt ſignū trifariam, quot modis & medium in figuris. aut enim, vt in prima, aut, vt in media, aut, vt in tertia. veluti monſtrare prægnantem, eo quod lac habet. medium enim, lac habere: in quo A, prægnantem eſſe; B, lac habere: mulier, in quo C.



Enthimema inſolubilis in prima figura.

Quod autem ſapientes ſtudioſi: Pittacus enim ſtudioſus, per vltimam. in quo A, ſtudioſum: in quo B, ſapientes: in quo C Pittacus. Verum igitur & A & B, de C prædicare: ſed hoc quidem non dicun. propter cognoſcere, illud autem accipiunt.

Studioſi

citur propoſitio. vt noti & ignoti non eandẽ:contrari_ enim vniuerſaliter ad hæc, & fit tertia figura. medium enim,quod in parte accipitur,vt notum & ignotum.ex quibus enim eſt ratiocinari contrariũ,ex his & inſtantias conamur dicere. quare & ex ſolis his figuris ferimus:in ſolis enim oppoſiti ſyllogiſmi:per mediã enim non erat affirmatiue. Amplius, & ſi pluris indigeat orationis,quæ per mediam figuram,veluti ſi non det A ineſſe B, eo quod C non ſequitur ipſum: hoc enim per alias propoſitiones planum. Non oportet autem inſtantiam ad alia euerti, ſed ſtatim manifeſtam habere alteram propoſitionem. Vnde & ſignum ex ſola hac figura non eſt.

In ſecunda figura nulla fertur inſtãtia: nam facta inſtãtia indigemus cõuerſione maioris vt prædicatũ inſtãtiæ ſit prædicatũ in ſyllo.



Conſiderandum autem & de alijs inſtantijs, vt de ijs, quæ ſunt ex contrario, & ſimili, & eo quod ſecundum opinionem: & ſi eam, quæ eſt in parte ex prima, aũt priuatiuam ex media poſſibile capere.


De

De Veriſimili, & Signo. Cap. 33.

VEriſimile vero, & ſignum non eſt idem: ſed veriſimile quidé eſt propoſitio probabilis: quod enim cognoſcunt vt in pluribus ita fieri, aut non fieri, eſſe, aut non eſſe, hoc eſt veriſimile, vt odire inuidétes, aut beneuolétia proſequi amator. Signũ aũt vult eſſe propoſitio demonſtratiua, aut neceſſaria, aut probabilis. quo. n. exiſtéte, eſt: aut quo facto prius, aut poſterius facta eſt res, ſignũ eſt, qđ factũ fuerit, aut ſit.

De Enthymemate. Cap. 34.


ENthymema igitur eſt ſyllogiſmus imperfectus ex veriſimilibus, aut ſignis. Accipitur aũt ſignũ trifariam, quot modis & medium in figuris. aut enim, vt in prima, aut, vt in media, aut, vt in tertia. veluti monſtrare prægnantem, eo quod lac habet. medium enim, lac habere: in quo A, prægnantem eſſe. B, lac habere: mulier, in quo C.



Enthimema inſolubilis in prima figura.

Quod autem ſapientes ſtudioſi: Pittacus enim ſtudioſus, per vltimam. in quo A, ſtudioſum: in quo B, ſapientes: in quo C Pittacus. Verum igitur & A & B, de C prædicare: ſed hoc quidem non dicunt propter cognoſcere, illud autem accipiunt.

Enthymema i tertia figura ſolubilis, nec cõcludere poteſt, cum ſit ex particularibus.



Prægnantem vero eſſe quoniam pallida, per mediã figuram vult eſſe. quoniã enim ſequitur pallidum prægnantes, ſequitur aut & hanc, monſtratum fuiſſe putant, quod eſt prægnans. Pallidum, in quo A: prægnantem eſſe, in quo B: mulier in quo C.

Enthymema in ſecunda figura penitus ſolubilis, quia ex duabus affirmatiuis cõficitur, & cõmittitur fallacia cõſequentis.



Si igitur vna dicta fuerit prop[…]tio, ſignum fit ſolum: ſinantem & altera aſſumpta […], ſyllogiſmus. Vt quoniam Pittacus liberalis. nam […]onoris cupidi liberales: Pittacus vero honoris cupidus. Aut rurſus, quòd

ꝙ ſapientes boni: Pittacus enim bonus: ſed & ſapiens. ſic igitur fiunt ſyllogiſmi: verum quòd per primam figuram inſolubilis, ſi verus ſit, vniuerſalis enim eſt: qui vero per vltimam, ſolubilis, & ſi vera ſit concluſio, eo ꝙ non eſt vniuerſalis, neque ad rem ſyllogiſmus: non enim ſi Pittacus ſtudioſus, propter hoc & alios neceſſe ſapientes. Qui vero per mediam figuram, ſemper, & omnino ſolubilis. nunquam enim fit ſyllogiſmus ita ſe habentibus terminis. non enim ſi prægnans pallida: pallida autem & hæc. neceſſe prægnantem eſſe hanc. verum igitur in omnibus erit ſignis* differentias aũt habent quæ dictæ ſunt. Aut igitur ſic diuidendũ ſignum: horum vero mediũ veſtigium ſumendum: Veſtigium nãque, quod ſcire facit, aiunt eſſe: tale autem maxime, quod medium: Aut quæ ex extremis, ſignum dicẽdum, quæ vero ex medio, veſtigium. Probabiliſſimum, nanque, & maxime verum, quod eſt per primam figuram.

* al. l. figuris alias indicium.


De cognoſcenda natura. Cap. 35.

NAturã vero cognoſcere poſſibile eſt, ſi quis det ſimul mutari corpus & animam, quæcunque naturales paſſiones ſunt, qui enim fortaſſe muſicam didicit, mutauit animam in aliquo. verum paſſio hæc non eſt ex ijs, quæ natura nobis inſunt: ſed quemadmodum iræ, & deſideria, ex naturalibus motibus. Si igitur & hoc datum fuerit, & vnum vnius ſignum eſſe, & poſſumus accipere propriam vniuſcuiuſque generis paſſionem, & ſignum, poterimus naturam cognoſcere. Si enim ſeorſum eſt alicui generi indiuiduo inexiſtens paſſio, vt leonibus, fortitudo, neceſſe & ſignum eſſe aliquod: ſimul nanque inuicem pati ſuppoſitum eſt. & ſit hoc, magnas extremitates habere, quod & alijs ineſſe generibus non totis contingit. ſignum enim ita proprium eſt, quoniam totius generis propria eſt paſſio, & non ſolum propria, quemadmodum conſueuimus dicere. Inerit igitur & in alio genere hoc, & homo erit fortis, & aliud aliquod animal. habebit igitur ſi-

gnum, vnum enim vnius erat. Si igitur hæc ſunt, & poterimus talia ſigna colligere in his animalibus, quæ ſolum * vnam aliquam paſſionem habent propriam, vnaquæque autem habet ſignum, quoniam neceſſe vnum habere, poterimus naturam cognoſcere. Quod ſi duo habet propria, totum genus, leo, forte, & communicatiuum, quomodo cognoſcemus vtrum vtrius ſignum ſeorſum conſequentium ſignorum? An & ſi alij alicui non toti ambo, & in quibus non totis vtrunque: quando hoc quidem habeat, illud vero non. Si enim fortis quidem, liberalis vero non, habet autem ex duobus hoc: Planum, quòd & in leone hoc ſignum fortitudinis. Eſt itaque naturam cognoſcere, in prima figura medium conuerti cum primo extremo: ſupergredi vero tertium, & non conuerti. vt fortitudo A: extremitates magnæ, in quo B: C autem leo. Cui igitur C, B omni, ſed & alijs: cui vero B, & A omni, & non pluribus, conuertitur. Quod ſi non, non erit vnum vnius ſignum.

* a.l. quæ & ſolum.

Valet hic modus ad cognoſcendam leonis naturam.



Finis ſecundi libri Priorum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE, Peripateticorum principis poſteriorum analyticorū. Lib. I.

SVMMA LIBRI.

De demonſtrationis natura, & de his, quæ ad illam requiruntur. De differentia quæſtionis Quia & Propter quid. Quæ item figurarum demonſtrationi aptior ſit. De ſpeciebus ignorantiæ, quæ in ſcientijs contingunt. Quod finitos terminos propoſitiones demonſtratiuæ contineant. De uarijs demonſtrationum ſpeciebus, & earum inter ſe comparatione, & de uarijs propoſitionibus ad demonſtrationem utilibus.

Quod omnis doctrina, atque omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtenti fiat notitia. Quot item ſint præcognitiones quæq; ea, quæ præcognoſcuntur. Dubitationum demum ſolutio circa hanc propoſitionem contingentium. Caput primum.

Tex. 1.

OMnis doctrina, & omnis diſciplina * diſcurſiua ex præexiſtente fit cognitione. Manifeſtum autem hoc ſpeculantibus in omnibus. Mathematicæ.n. ſcientiæ per hunc modum * accedūt, & aliarum vnaquæque artium. Conſimiliter autem & circa oratiōes, & quæ per ſyllogiſmos, & quæ per inductioné. ambę enim per prius nota faciunt doctrinam: illæ quidem accipientes, tanquam à cognoſcentibus, iſtæ vero

Verbū, hoc διανοητική. aliqui ex antiqs hic & alibi præſſius ſillogiſtica interpretant̄, quidam vero latius intellectualis.

λόγους rectè etiã rationes interpretari põt. Tex.2.

monſtrantes vniuerſale ex eo, quod ſingulare manifeſtum ſit. Similiter & rhetoricæ perſuadent: aut enim per exempla, quod eſt inductio: aut per enthymemata, quod eſt ſyllogiſmus. Dupliciter autem neceſſarium eſt præcognoſcere. alia nanque, quòd ſunt prius opinari neceſſarium: alia vero quid eſt quod dicitur, intelligere oportet. alia aut, ambo. vt quod quidem omne, aut aſſerere, aut negare verum, quod eſt: triangulum vero, quod hoc ſignificat: vnitatem autem ambo, & quid ſignificat, & quod eſt. non enim conſimiliter horum vnumquodque manifeſtum nobis eſt.

Eſt autem cognoſcere, alia quidem prius cognoſcentem, quorundam vero, & ſimul accipientem cognitionem: vt quæcunque ſunt ſub vniuerſalibus, quorum habet cognitionem. quòd enim omne triangulum habet duobus rectis æquales, præſciuit: quod autem hoc, quod eſt in ſemicirculo, triangulum eſt, ſimul inducens,* cognouit. Quorundam enim in hunc modum diſciplina eſt, & non per medium extremum cognoſcitur: quæcunque iam ſingularia ſunt, & non de ſubiecto aliquo. Ante vero quàm inductum ſit, aut acceptus fuerit ſyllogiſmus: modo quidem aliquo fortaſſe dicendum eſt ſcire, modo autem alio non. quod enim non ſciuit, ſi eſt ſimpliciter, hoc quodammodo ſciuit, quòd duos rectos habet ſimpliciter? ſed manifeſtum quòd ita quidem ſcit, quoniam vniuerſaliter ſcit, ſimpliciter autem non ſcit. Si vero non, quæ eſt in Mennone, dubitatio continget. aut enim nihil addiſcet, aut quæ nouit. Non enim iam, veluti quidam nituntur ſoluere dicendum. nunquid noſti omnem binarium, quòd par eſt, aut non? aſſerente autem, attulerunt quendam binarium, quem non exiſtimabat eſſe: quare neque parem. Soluunt enim non dicentes ſcire omnem binarium parem eſſe, ſed quem nouit, quòd binarius. Atqui ſciunt quidem, cuius demonſtrationem habent, & cuius acceperunt: acceperunt autem non de omni, de quo vtique noſcant, quòd triangulum, aut quòd numerus, ſed ſimpliciter de omni nu-

* a. l. ſimul inducens cognouit, ita vt coniuncti hęc verba legãtur. Hoc modo legit Ioan. Gram. illo Them. & Auerro. Tex.4. Vide. ſecundo priorum cap. 19.

mero, atque triangulo: nulla enim propoſitio accipitur talis, quòd quem tu noſti numerum, aut quam tu noſti rectilineam: ſed de omni. Sed nihil, vt opinor, prohibet, quod addiſcit aliquis, eſt ſic ſcire, eſt autem ſic ignorare. abſurdum enim non, ſi nouit quo dammodo quod addiſcit: ſed ſi ita, vt inquantum addiſcit, & ſic.

CONCLVSIONES.

Omnis doctrina & omnis diſciplina intellectiua ex præexiſtente fit cognitione.

Duæ præcognitiones ſunt, quid, & quia: triaq; in omni demonſtratione præcognita, ſubiectum, paſſio & principia.

Maior prius tempore cognoſcitur quàm concluſio, minor autem cum concluſione.

Tam ſyllogiſmus quàm inductio per prius nota faciunt doctrinam.

Quid ſit ipſum ſcire, quid demonſtratio, & quænam cõditiones ad illius propoſitione requirantur. Quid item ſit propoſitio, immediatum principium, & eorum ſpecies: propoſitiones denum magis eſſe credẽdas quàm concluſiones oſtendit. Cap. 2.

SCire autem arbitramur vnumquodque ſimpliciter, ſed non ſophiſtico mo do, qui eſt ſecundum accidens, cum cauſam exiſtimamus cognoſcere, propter quam res eſt, quod illius cauſa eſt, & non contingere hoc aliter ſe habere, Planum igitur, quòd tale aliquid ſcire eſt. nanque & non ſcientes, & ſcientes: illi quidem exiſtimant ipſi ſic ſe habere, ſciẽtes vero & habent. Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia, hoc impoſſibile aliter ſe habere. Si igitur & alter eſt ſciendi modus, poſterius dicemus. Dicimus autem & per demonſtrationem cognoſcere. demonſtrationem vero dico Tex. 1.

 ſyllogiſ-

ſyllogiſmum ſcientialem. ſcientialem autem dico,ſecundum quem,eo ꝙ ipſum habeamus,ſcimus.Si itaque eſt ſcire,vt poſuimus, neceſſe & demonſtratiuam ſcientiam ex veris eſſe,& primis,& immediatis, & notioribus,& prioribus, & cauſis concluſionis. ſic enim erunt & principia propria eius quod demonſtratur. ſyllogiſmus enim erit & ſine his, demõſtratio autem non erit: non enim faciet ſcientiam. Vera quidem igitur oportet eſſe:quoniam non eſt non ens ſcire, vt quòd diameter commenſurabilis. Ex primis autem indemonſtrabilibus,quoniam non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum. Scire enim, quorum demonſtratio eſt, non ſecundum accidens,habere demonſtrationem eſt. Cauſas quoque & notiora oportet eſſe, & priora. cauſas quidem, quoniam tunc ſcimus, quando cauſam cognoſcimus:& priora,ſiquidem cauſæ. & præcognita nõ ſolum altero modo,eo ꝙ intelligantur, ſed & eo quod cognoſcantur quod ſunt. Priora verò ſunt & notiora dupliciter. nõ enim idem prius natura & ad nos prius, neque notius,& nobis notius. Dico autem ad nos quidem priora & notiora, quæ ſunt propinquiora ſenſui: ſimpliciter autem priora & notiora, quæ longius.ſunt autem longiſſimæ quidem, quæ maxime vniuerſalia, proximæ vero ſingularia: & opponuntur hæc ſibi inuicem. Ex primis autem eſt, quod ex principijs proprijs. idem enim dico * primum & principium. Principium autem eſt demonſtrationis propoſitio immediata: immediata vero, qua non eſt alia prior. Propoſitio autem eſt, enunciationis altera particula, vnum de vno: Dialectica quidem,quæ ſimiliter accipit vtramuis. Demonſtratiua vero,quæ determinate alteram, quoniam veram. Enuntiatio autem contradictionis vtrauis particula. Contradictio vero oppoſitio, cuius non eſt medium ſecundum ſeipſam.particula autem contradictionis, quæ quidem aliquid de aliquo,affirmatio:quæ vero aliquid ab aliquo, negatio. Immediati vero principij ſyllogiſtici, poſitionem quidem dico, quàm non eſt monſtrare, neque neceſſe habere docendum quempiam:

* a.l.idem autem dico eſt.

quempiám:quam autem neceſſe eſt habere docen̄dum quempiam, dignitatem: ſunt enim quædam talia, hoc enim * maxime in talibus conſueuimus nomen dicere. Poſitionis vero, quæ quidem accipit vtramlibet particularum enuntiationis, vt dico eſſe aliquid, aut non eſſe aliquid, ſuppoſitio: quæ vero ſine hoc, definitio. Definitio enim poſitio eſt, ponit enim arithmeticus vnitatem, indiuiſibile eſſe ſecundum quātum: ſuppoſitio autem non eſt. nam quid eſt vnitas, & eſſe vnitatem non idem. Quoniam autem oportere credere, & ſcire rem, eo quòd talem habemus ſyllogiſmum, quem vocamus demonſtrationem: eſt autem hic, eo quòd hæc ſunt, ex quibus eſt ſyllogiſmus. neceſſe eſt non ſolum præcognoſcere prima, aut omnia, aut quædam, ſed & magis. Semper enim propter quod eſt vnumquodque, illud magis eſt. vt propter quod amamus, illud amicum magis. Quare ſi quidem ſcimus per prima & credimus, & illa ſcimus, quæ & credimus magis, quoniam per illa & poſteriora. Non poſſibile eſt autem credere magis his, quæ ſcit quæ non eſt, neque ſciens, neque melius diſpoſitus, quam ſi eſſet ſciēs. Accidit autem hoc niſi aliquis præcognoſcet per demonſtrationem * credentium. magis enim neceſſe eſt credere principijs, aut omnibus, aut quibuſdam, quam concluſioni. Habiturum autem ſcientiam quæ eſt per demonſtrationem, non ſolum oportet principia magis cognoſcere, & magis ipſis credere, quàm ei quod monſtratur: ſed neque aliud ipſi credibilius eſſe, neque notius his quæ ſunt oppoſita principijs, ex quibus erit ſyllogiſmus, qui eſt contrariæ deceptionis, ſiquidem oportet ſcientem ſimpliciter à credulitate impermutabilem eſſe.

* a. l. talia quàm & homo diſcens profert ſecū dum vnamquāque ſciē tiā, hoc. n.

* Alex. exponit credē tiū pro eo qd eſt creditorum.

CONCLVSIONES.

Cuius ſimpliciter eſt ſcientia, illud impoſſibile eſt aliter ſe habere.

Cōtradictio eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe nullum eſt medium.

Demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciens ſcire.

Dialectica propoſitio ſumit quamlibet contradictionis partem indifferenter.

Demonſtratiua propoſitio accipit contradictionis partem ueram.

Dignitas eſt propoſitio indemonſtrabilis, quam oportet quemuis docendum habere.

Enunciatio eſt oratio quamlibet partem contradictionis accipiens.

Idem dicitur primum & principium.

Neceſſarium eſt demonſtrationem eſſe ex primis, ueris, immediatis, prioribus, cauſisq́; concluſionis.

Non eſt idem unitas, & unitatem eſſe.

Neceſſe eſt magis credere principijs q̃ concluſioni.

Non omne quod ſcitur per demonſtrationem ſcitur.

Principiũ demonſtrationis eſt propoſitio immediata.

Propoſitio immediata eſt qua non eſt altera prior.

Propoſitio eſt altera pars enunciationis ſignificans unum de uno.

Poſitio eſt oratio indemonſtrabilis, quam non eſt neceſſe quemuis docendum habere.

Propter quod aliquod eſt tale, illud eſt magis talem.

Pars contradictionis, quæ aliquid de aliquo ſignificat, affirmatio eſt: q̃ aũt aliquid ab aliquo negatio.

Principijs nihil eſt notius in ueritate, & nihil notius oppoſitis eorum in falſitate.

Remotiora à ſenſu ſunt uniuerſalia, proxima uero particularia.

Scire

Scire unumquodque opinamur ſimpliciter & nõ ſophiſtico modo, quod eſt ſecundum accidens, cum cauſam arbitramur cognoſcere propter quã res eſt, & quoniam illius eſt cauſa, & non contingit aliter ſe habere.

Scire eſt per demonſtrationem intelligere.

Scientia eſt eorum, quorum eſt demonſtratio, & non ſecundum accidens.

Suppoſitio dicit eſſe, uel non eſſe, diffinitio uero non.

Tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus.

Confutantur ſententiæ illorum, qui omnino demonſtrationem negant, & eorum, qui oĩum eſſe demõſtrationem exiſtimant. Cap. 3.

QVibuſdam quidem igitur eo quod oportet prima ſcire, non videtur ſcientia eſſe: quibuſdam vero eſſe quidem, omnium tamen demonſtrationes eſſe. quorum neutrum, neq; verum, neque neceſſarium. Supponentes enim non eſſe omnino ſcire, hi in infinitum exiſtimant reduci tanquam non ſcientes poſteriora per priora, quorum non ſunt prima: recte dicentes: impoſsibile nanque infinita pertranſire. Et ſi ſtent, ac ſunt principia, hæc eſſe ignota: cum demonſtratio de ipſis non ſit, quod dicunt eſſe ſcire ſolum, ſi vero non eſt prima ſcire, neque qui ex his eſſe ſcire, ſimpliciter, neque proprie, ſed ex ſuppoſitione, ſi illa ſunt. Alij autem, ipſum quidem ſcire, confitentur, per demonſtrationem enim eſſe ſolum. ſed omnium eſſe demonſtrationem nihil prohibere. contingere enim circulo fieri demonſtrationem & ex his, quæ ad ſe inuicem. Nos uero dicimus, neque omnem ſcientiam demonſtratiuam eſſe, ſed eam, quæ immediatorum eſt, indemonſtrabilem. Quodque hoc ſit neceſſarium, manifeſtum. ſi enim neceſſe quidem ſcire priora, & ex quibus

bus demonſtratio, ſtant autem aliquando immediata, hæc indemonſtrabilia neceſſe eſt eſſe. Hæc igitur ita dicimus & non ſolum ſcientiam, ſed & principium ſciẽtiæ eſſe quoddam dicimus, quo terminos cognoſcimus. Circuloq; quòd impoſſibile demonſtrare ſimpliciter planum:ſiquidem ex prioribus oportet demonſtrationem eſſe,& notioribus impoſſibile enim eſt eadem eiſdem ſimul priora & poſteriora eſſe. Niſi altero modo, ut alia quidem ad nos,alia uero ſimpliciter, quomodo inductio facit notum. Si uero ſic, non eſſet utique ſimpliciter ſcire bene definitum, ſed duplex:aut non ſimpliciter altera demonſtratio,quæ fit ex nobis notioribus. Accidit autem dicentibus circulo demonſtrationem eſſe, non ſolum, quod nunc dictum eſt, ſed nihil aliud dicere,quàm quòd hoc eſt,ſi hoc eſt.ſic autem omnia facile monſtrare.Manifeſtum autem,quòd hoc contingit tribus terminis poſitis. per multos nanque, aut paucos reflectere dicere, nihil differt: per paucos autem,aut duos.Quando enim A exiſtente,ex neceſſitate ſit B:hoc autem,ipſum C:A exiſtente,erit C.ſi itaque, A exiſtente,neceſſe eſt B eſſe:hoc autem exiſtente, ipſum A.hoc enim erat circulo. Ponatur A,in quo C.dicere igitur, B exiſtente, A eſſe, eſt ipſum C eſſe. dicere, hoc autem, quoniam A exiſtente ipſum C eſt, C autem ipſi A idem. Quare contingit dicere circulo afferentes eſſe demonſtrationem,nihil alterum,quàm, quòd A exiſtente, A eſt: ſic autem facile eſt omnia monſtrare. Verum neque hoc poſſibile,præterquàm in ijs, quæcunque ſeinuicem conſequuntur:quemadmodum propria. Vno quidem igitur poſito, quod nunquam neceſſe eſt aliquid eſſe alterum, monſtratum eſt.dico autem uno, quòd neque termino uno, neque poſitione una poſita. ex duabus autem poſitionibus primis & minimis contingit,ſiquidem & ſyllogizare. Si igitur & A ſequatur, ex ipſo B,& C,& hæc ex ſe inuicem,& ex ipſo A: ſic quidem contingit ex ſeinuicem monſtrare omnia petita in prima figura:quemadmodum mõſtratum fuit in ijs, quæ de ſyllogiſmo, monſtratum autem eſt, & quod in

alijs

alijs figuris, aut non ſit ſyllogiſmus, aut non de acceptis. Quæ uero non contra prædicantur, nullo modo eſt mõſtrare circulo. quare quoniam pauca talia in demõſtrationibus, manifeſtum quod uanum & impoſſibile eſt dicere ex his, quæ ſeinuicem demõſtrationẽ eſſe, & propter hoc oĩum cõtingere eſſe demonſtrationem.

CONCLVSIONES.

Demonſtratio circularis ſimpliciter impoſſibilis eſt. Impoſſibile eſt infinita pertranſire.

Quòd propoſitiones demonſtrationis ueræ ſunt, neceſſaria ueritate. Quid item ſit de Omni quid per ſe, quid Vniuerſale. Cap. 4.

QVoniam autem impoſſibile aliter ſe habere, cuius eſt ſcientia ſimpliciter. neceſſarium utique fuerit ſcibile, quod eſt ſecundum demonſtratiuam ſcientiam: demonſtratiua autem eſt, quam habemus, eo quòd habemus demonſtrationem: ex neceſſarijs igitur ſyllogiſmus eſt demonſtratio. Accipiendum igitur ex quibus, & qualium demõſtrationes ſunt. Primum autem determinemus quid dicimus de omni, & quid per ſe, & quid uniuerſale. De omni quidem igitur hoc dico, quod ſit utique, non in aliquo quidem, in aliquo autem non: neque aliquando quidem, aliquãdo autem non. ut ſi de omni homine animal, ſi uerum hunc dicere hominem, uerum & animal: & ſi nunc alterum, & alterum. & ſi in omni linea punctus conſimiliter: Signum autem, etenim inſtantias ita ferimus, tanquam de omni interrogati, aut ſi in aliquo non, aut ſi aliquando non. Per ſe autem quæcunque & inſunt in eo, quòd quid eſt. vt triangulo linea, & lineæ punctus. ſubſtantia nanque ipſorum ex his eſt, & in oratione dicente quid eſt, inſunt. Et quibuſcunque inexiſtentium

Tex.7.

Tex.8.

Tex.9.

ipſis,

ipſis, ipſa ſunt in oratione, quid eſt declarante: quemadmodum rectum ineſt lineæ, & circulare, & impar & par numero, & primum & compoſitum, & æquilaterum & altera parte longius, & omnibus his inſunt in oratione quid eſt dicente, ibi quidem linea, hic autem numerus. Conſimiliter autem & in alijs, talia ſingulis per ſe dico. Quæcunque autem neutro modo inſunt, accidentia: vt muſicum, aut album animali. Amplius quod non de ſubiecto dicitur alio aliquo, vt ambulans alterum quid exiſtens, ambulans, eſt & album. ſubſtantia vero & quæcunque hoc aliquid ſignificant, non alterum quid exiſtentia ſunt, quod ſunt. quæ quidem igitur non de ſubiecto, per ſe dico: quæ autem de ſubiecto, accidentia. Amplius autem alio modo, quod quidem propter ipſum ineſt unicuique per ſe: quod uero non propter ipſum, accidens. quemadmodum ſi ambulante corruſcauit, accidens: non enim propter ambulare corruſcauit, ſed contingit, dicimus, hoc ſi autem propter ipſum, per ſe. vt ſi quid iugulatum interijt, & ſecundum iugulationem, quoniam propter iugulari,

Tex. 10. ſed non accidit iugulatum interire. Quæ igitur dicuntur in ſimpliciter ſcibilibus per ſe ſic, vt inſint prædicatis, aut illa inſint ſubiectis, & per ipſa ſunt & ex neceſſitate. non enim contingit non ineſſe aut ſimpliciter, aut oppoſita. vt lineæ rectum aut curuum, & numero impar aut par. eſt enim contrarium aut priuatio, aut contradictio in eodem genere, vt par, quod non impar in numeris, inquantum ſequitur. quare ſi neceſſe aſſerere, aut negare, neceſſe & per ſe ineſſe. Quod igitur de

Tex. 11. omni & per ſe, determinatum ſit hunc in modum. Vniuerſale autem dico, quod utique & de omni ſit, & per ſe, & ſecundum quod ipſum. Manifeſtum igitur, quòd quæcunque uniuerſalia, ex neceſsitate inſunt rebus. Per ſe autem, & ſecundum quòd ipſum, idem. vt per ſe lineæ ineſt punctum, & rectum: etenim ſecundum quòd linea. & triangulo ſecundum quòd triangulum, duo recti: etenim per ſe triãgulum duobus rectis æquale. Vniuerſale autem eſt tunc, quando in quolibet, & primo mõſtretur.

monſtretur.vt duos rectos habere, neque figuræ eſt vniuerſale, quamuis eſt monſtrare de figura, quòd duos rectos habet, ſed non de qualibet figura, neq; utitur qualibet figura monſtrans. quadrangulum enim figura quidem eſt, non habet autem duobus rectis æquales. æquicrus uero habet quidem quicunque duobus rectis equales, ſed non primo, ſed triangulum prius. Quod igitur quoduis primum monſtratur duos rectos habens. aut quodcunque aliud, huic primo ineſt uniuerſale, & demonſtratio per ſe de hoc uniuerſaliter eſt, de alijs vero quodammodo non per ſe, neque de æquicrure nõ eſt vniuerſaliter, ſed in plus.

CONCLVSIO.

De omni eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto aliquo tempore, de quo non dicatur prædicatum.

Quæcunque neutraliter inſunt, accidentia ſunt.

Vniuerſale eſt quid cum de omni ſit & per ſe eſt, & ſecundum quòd ipſum.

Demonſtratio uniuerſalis potior eſt particulari.

Per ſe inſunt primo modo quæcunque inſunt in ratione quid eſt dicente.

Quo pacto contingat errare circa vniuerſale, & quomodo cognoſcatur. Cap. 5.

OPortet autem non latere, quod plerunque cõtingit peccare & non eſſe quod monſtratur primum vniuerſale, ſecundum quod uidetur monſtrari vniuerſale primum: decipimur autem hac deceptione, quando aut nihil ſit accipere ſuperius præter ſingulas,* vel ſit quidem, ſed innominatum ſit in rebus ſpecie differentibus. Vel contingat eſſe, ut in parte totum in quo monſtratur. ijs enim quæ ſunt in parte inerit quidem demonſtratio, & erit de omni, ſed tamẽ non

*multi codices legunt ſingulariter aut ſingu-

laria, ſed fortaſſe addita fuerũt ea uerba aut ſingularia, in aliquibus enĩ codicib. nõ inueniũtur.

* Vnus codex legit demonſtratio proprie.

non erit huius primi uniuerſaliter demonſtratio. dico autem huius primi, ſecundum quod huius. demonſtrationem, quando ſit primi uniuerſaliter. Si quis igitur monſtrarit, quòd rectæ non coincidunt, uidebitur utiq; huius eſſe demõſtratio * eo, quòd in omnibus eſt rectis: non eſt autem: ſiquidem, non quoniam ſic æquales, ſit hoc: ſed ſecundum quod quomodocunque æquales. Et ſi triangulum non eſſet aliud, quam æquicrus, ſecũdum quod æquicrus uideretur utique ineſſe. Et proportionale, quod etiam alternatim, ſecundum quod numeri, & ſecundum quod lineæ, & ſecundum quod ſolida, & ſecundum quod tempora: quemadmodum & monſtrabatur aliquando ſeorſum. Contingens eſt utique de omnibus unica demonſtratione monſtrari. ſed quia non

Tex. 13.

ſunt nominatum quiddam omnia hæc unum, numeri, longitudines, tempora, ſolida: & ſpecie differunt a ſein uicem ſeorſum accipiebatur. nunc autem vl'r monſtratur. non enim ſecundum quod lineæ, aut ſecundum q numeri inerat, ſed ſecundum quòd hoc, quod uniuerſale ſupponunt eſſe. Propter hoc neque ſi aliquis monſtrarit ſingulum triangulum demonſtratione, aut una, aut altera, quòd duos rectos habet unumquodque æquilaterum ſeorſum, & gradatum, & æquicrus, nondum nouit triangulum, quòd duobus rectis, niſi ſophiſtico modo, neque uniuerſaliter triangulum, neq; ſi nullum eſt præter hæc triangulum alterum. non enim ſecundum quòd triangulum nouit, neque omne triangulum, niſi ſecundum numerum, ſecundum ſpeciem autem nõ omne: & ſi nullum eſt quod non nouit. Quando igitur nõ

Tex. 14.

ſciuit uniuerſaliter, & quandò ſciuit ſimpliciter, manifeſtum, quod ſi idem eſſet triangulo eſſe, & æquilatero, aut unicuique, aut omnibus. ſi autem non idem, ſed alterum, ineſt autem ſecundum quòd triangulum, non nouit: Vtrum autem ſecundum quòd triangulum, aut ſecundum quòd æquicrus ineſt, & quando ſecundum hoc ineſt primo, & uniuerſaliter cuius eſt demonſtratio? Planum quòd quando ablatis inerit primo, quemadmodum æquicruri, æneo triangulo inerũt duo recti.

ſed

ſed & quòd ſit æneum, ablato, & quod æquicrus. ſed nõ figurà, aut termino: ſed non primis. Quo igitur erit primo? ſi quidem triangulo, ſecũdum hoc ineſt & alijs, & huius uniuerſaliter eſt demonſtratio.

CONCLVSIO.

Primo ineſt alicui quod non propter alterum ineſt, & quibuſcunque inſit propter illud ineſt.

Demonſtrationem eſſe ex neceſſarijs & propoſitionibus per ſe. Cap. 6.

SI igitur eſt demonſtratiua ſcientia ex neceſſarijs principijs: quod enim ſcitur non poteſt aliter ſe habere: per ſe uero inexiſtentia neceſſaria ſunt rebus: alia quidem enim in eo quod eſt quid inſunt: alijs autem, quæ de ipſis prædicantur, ipſa inſunt in eo quod eſt quid, quorum alterum oppoſitorum neceſſe eſt ineſſe: manifeſtum quòd ex talibus quibuſdam ſit utiq; demonſtratiuus ſyllogiſmus. omne enim aut ſic ineſt, aut ſecundum accidens: accidentia uero non ſunt neceſſaria. Aut igitur ſic dicendum, aut principium ponendum, quòd demonſtratio neceſſarium eſt: & ſi demonſtratum eſt, non poteſt aliter ſe habere. Ex neceſſarijs igitur oportet eſſe ſyllogiſmum: ex ueris quidem enim eſt, & non demonſtrantem ſyllogizaſſe, ex neceſſarijs uero non eſt, niſi demonſtrantem. hoc enim iam proprium demonſtrationis eſt. Signum autem, quòd demõſtratio ex neceſſarijs: quoniam & inſtantias ità ferimus ad eos, qui exiſtimant demonſtrare, quòd non neceſſe, ſi exiſtimemus, aut omnino contingere aliter, aut ſermonis utique gratia. Planum autem ex his, & quòd fatui ſunt qui ſe exiſtimant rectè principia accipere, ſi probabilis ſit propoſitio & uera: ueluti ſophiſtę *quod ſcire eſt ſcientiam habere. non enim quod probabile, aut non, principium eſt: ſed primum ipſius generis,

Tex. 15.

Tex. 16.

*a. l. quoniam.

tis, circa quod monſtratur. & uerum non omne pro-
Tex.17. prium. Quod autem ex neceſſarijs oportet eſſe ſyllogiſmum, manifeſtum & ex his. Si enim qui non habet rationem eius quod eſt propter quid, exiſtente demonſtratione, non eſt ſciens: eſſet autem vtique, vt A de C ex neceſsitate eſſet: B vero medium, per quod demonſtratũ eſt, non ex neceſsitate: non ſciuit propter quid. non enim eſt hoc propter medium. hoc enim contingit non eſſe, concluſio autem neceſſaria. Præterea ſi aliquis non ſciuit nunc habens rationem & ſaluus, ſalua re, non oblitus, neque prius * ſciuerat. corrumpi autem poſſet medium, ſi non eſt neceſſarium: quare habebit quidem rationem * ſaluam, ſalua re, non autem ſciuit: neque igitur prius ſciuerat. ſi vero non eſt corruptum, contingit autem corrumpi, quod accidit, eſſet vtique poſsibile & contingens, ſed eſt impoſsibile ita ſe habentem ſcire. Quando quidem igitur concluſio ex neceſsitate ſit nihil prohibet medium nõ neceſſarium eſſe, propter quod monſtratum eſt. eſt enim neceſſarium, & non ex neceſſarijs ſyllogizatum eſſe, quemadmodum verum non ex veris. Quando autem medium ex neceſsitate, & concluſio ex neceſsitate: quemadmodum & ex veris verum ſemper. ſit enim A de B ex neceſsitate: & hoc de C: neceſſarium igitur & A ipſi C ineſſe. Quando autem non neceſſaria ſit concluſio, neque medium neceſſarium poteſt eſſe. ſit enim A ipſi C non ex neceſsitate ineſſe: ipſum autem B ex neceſsitate: & hoc ipſi C ex neceſsitate: & A igitur ipſi C ex neceſsitate inerit. ſed non ſuppoſitum fuerat.

*al. l. neque igitur prius

* al. l. ſaluus.

Tex. 18. Quoniam igitur quod ſcitur demonſtratiue, oportet ex neceſsitate ineſſe, manifeſtum, quòd & per medium neceſſarium oportet habere demonſtrationem. aut non ſciet neque propter quid, neque quod neceſſe eſt illud eſſe: ſed vel exiſtimabit non ſciens, ſi ſuſpicetur tanquam neceſſarium, quod non neceſſarium: aut neque exiſtimabit, ſimiliter, & ſi quod ſciat per media, & ſi propter quid, & per immediata. Accidentium uero non per ſe, quo modo determinata ſunt per ſe, non

eſt

eſt ſcientia demonſtratiua.non enim eſt ex neceſſitate monſtrare concluſionem. accidens nanque contingit non ineſſe.de tali enim dico accidente. Atqui dubitare fortaſſe quiſpiam poſſet, cuius cauſa hæc oportet interrogare de his, ſi non neceſſe eſt concluſionem eſſe. nihil enim differt,ſi quis interrogatus quæcunque, poſtea dicat concluſionem. Oportet autem interrogare non tanquam neceſſarium ſit propter interrogata: ſed quoniam dicere neceſſarium illa dicenti, & vere dicere,ſi vere ſint inexiſtentia.

CONCLVSIONES.

Demonſtratio eſt eorum quæ ſunt per ſe & non corũ quæ ſunt per accidens.

Demonſtratio & ſcientia non ſunt corruptibilium.

Ex ueris contingit colligere,demonſtrare autem ex ueris non contingit,ſed neceſſarium eſt.

Ex ueris ſemper ſequitur uerum.

Ex neceſſarijs contingit colligere neceſſarium,ſimiliter ex non neceſſarijs,ſed non demonſtrare.

Medio exiſtente ex neceſſitate, concluſio erit ex neceſſitate.

Quod ſcitur non poteſt aliter ſe habere.

Quæ per ſe ſunt neceſſario inſunt rebus.

Accidens contingit non eſſe.

Quòd neceſſarium ſit demonſtrationẽ conſtare ex proprijs,quia eſt de his,& ex his,quæ ſunt per ſe:& quòd non licet ex alio genere tranſcendentem demonſtrare. Cap. 6.

QVoniam aũt ex neceſſitate inſunt circa unum quodq; genus,quæcunq; per ſe inſunt,& ſecundum quòd unumquodq; , manifeſtum quòd de Tex. 19.

his quæ per ſe ſunt, ſunt ſcientiales demonſtrationes, & ex talibus ſunt: accidentia enim non neceſſaria. Quare non neceſſe eſt concluſionem ſcire propter quid eſt, neque ſi ſemper eſſet, non per ſe autem: ueluti per ſigna ſyllogiſmi: quod enim per ſe, non per ſe ſciet, neque propter quid. propter quid autem ſcire eſt per cauſam ſcire. Propter ipſum igitur oportet & mediũ tertio, & primum medio ineſſe. Non igitur eſt ex alio genere tranſcendenté monſtrare, vt geometricum arithmetica. Tria enim ſunt quæ ſunt in demonſtrationibus: vnum, concluſio demõſtrata: hoc autem eſt, quod ineſt generi alicui per ſe: vnum autem dignitates: dignitates autem ſunt ea, ex quibus. Tertiũ, genus ſubiectum, cuius paſſiones, & per ſe accidentia declarat demonſtratio. Ex quibus quidem igitur demonſtratio cõtingit eadé eſſe: quorũ autem genus alterum, quemadmodum Arithmeticæ & Geometriæ, non eſt arithmeticam demonſtrationem coaptare ad accidentia magnitudinibus niſi magnitudines numeri ſint. Hoc autem vt cõtingit in quibuſdam, poſterius dicetur. Arithmetica vero demonſtratio ſemper habet genus, circa quod demonſtratio, & aliæ conſimiliter. quare aut ſimpliciter neceſſe eſt idem eſſe genus, aut aliquo modo, ſi debet demonſtratio tranſcendere: aliter vero, quòd impoſſibile, manifeſtum. ex eodem enim genere neceſſe eſt extrema & media eſſe. nanque ſi non per ſe, accidentia erunt. Propter hoc Geometriæ non licet monſtrare, quòd contrariorum vna eſt ſcientia, ſed neque quòd duo cubi cubus: neque alij ſcientiæ: quod alterius: niſi quæcunque ita ſe habent inter ſe vt ſit alterum ſub altero: ut Perſpectiua ad Geometriam, & Harmonica ad Arithmeticen. Neque ſiquid ineſt lineis, non ſecundum quòd lineæ, & ſecundum quòd ex principijs proprijs, vt ſi recta pulcherrima linearum: aut ſi in cõtrarium ſe habet ipſi circunferentiæ. non enim ſecundum quòd proprium genus ipſorum eſt, ſed ſecundum quòd commune aliquod eſt.

Tex.20.

CONCLV-

CONCLVSIONES.

Non eſt ſcientia niſi eorũ quæ ſunt per ſe, et æterna.
Non eſt unius ſcientiæ demõſtrare quod eſt alterius, niſi una earum fuerit alteri ſubalternata.
Non contingit deſcendẽtem de uno genere in aliud demonſtrare, medium & extrema indemonſtratione oportet eſſe eiuſdem generis.

Quòd Demonſtrationis concluſio ſit perpetua, & quòd non ſit corruptibilium. Cap. 7.

MAnifeſtum autem, & ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter, ex quibus eſt ſyllogiſmus, ꝙ neceſſe & concluſionem perpetuam eſſe huiuſcemodi demonſtrationis; & vt ſimpliciter dicam demonſtrationis. Non eſt igitur demonſtratio corruptibilium, neque ſcientia ſimpliciter, ſed ita, ſicut ſecundum accidens: quoniam non* vniuerſalis ipſius eſt; ſed aliquãdo & quòdammodo. Quando autem ſit, *neceſſe eſt alteram non uniuerſalem eſſe propoſitionem, & corruptibilem, corruptibilem quidem quoniam & concluſio, exiſtente: * non uniuerſalem autẽ, quoniam hoc quidem erit. illud uero non erit, in quibus. quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed quod nũc. Conſimiliter autem ſe habet & circa definitiones. quoniam definitio eſt, aut principium demõſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædã demonſtrationis. Eorum vero: quæ ſæpe fiunt demonſtrationis, & ſcientiæ, ut lunæ defectus, manifeſtum, ꝙ ſecundum quòd quidem tales ſunt, ſemper ſunt: ſecundum quòd vero non ſemper, ſecundum partem ſunt. quemadmodum autem defectus, conſimiliter alijs.

Tex. 21.
Aduerte huius cap. expõnem in Them. poſt 8. ca. in cap. ſuis. 18. & 19.
*a. l. uniuerſaliter.
*aliqui codici addunt talis.
* aliqui codi. addunt propoſitione.

CONCLVSIONES.

Concluſio demonſtrationis cum ſit perpetuo neceſſe eſt demonſtrationem ex perpetuis eſſe, non autem ex corruptibilibus.

Definitio eſt principium demonſtrationis, aut concluſio, uel demonſtratio ſola poſitione differens.

Eorum, quæ contingunt in minori parte, contingit eſſe demonſtrationem.

Quòd Demonſtratio non conſtat ex cõibus. Cap. 8.

Tex. 23. QVoniam autem manifeſtum, quòd unumquodque demonſtrare non eſt niſi ex uniuſcuiuſque principijs, ſi quod monſtratur inſit ſecundum quòd illud, non eſt ſcire hoc. Et ſi ex ueris & indemonſtrabilibus monſtratum ſit, & immediatis. eſt enim ſic monſtrare quemadmodum Bryſo quadraturam. ſecundum commune enim monſtrant tales rationes, quod & alteri inerit. quocirca & in alijs coaptabuntur rationes non cognatis. igitur non ſecundum quòd illud ſcit, ſed ſecundum accidens, neque enim coaptari poſſet demonſtratio & in aliud genus. Vnumquodque autem ſcimus non ſecundum accidens, quando ſecundum illud cognoſcamus, ſecundum quòd ineſt ex principijs illius ſecundum quòd illud. vt duobus rectis æquales habere, cui ineſt per ſe, quod dictum eſt, ex principijs, huius. Quare, ſi per ſe & illud ineſt, cui ineſt, neceſſe eſt medium in eadem cognatione eſſe. ſi vero nõ, ſed quemadmodum Harmonica per Arithmeticam. Talia autem monſtrantur quidem ſimiliter. differunt vero: ipſum enim quod, alterius ſcientiæ: ſubiectum nanque genus alterum: ipſum uero propter quid, ſuperiori, cuius per ſe paſſiones ſunt. Quare & ex his manifeſtum, quod non eſt demonſtrare unumquodque ſimpliciter, niſi ex

vniuſcu-

vniuſcuiuſque principijs.Sed horum principia habent commune.ſi vero manifeſtum eſt hoc,manifeſtum & ꝙ non eſt uniuſcuiuſque propria principia demonſtrare. erunt enim illa omnium principia & ſcientia illorum domina omnium.& nanque magis ſcit,qui ex ſuperioribus cauſis ſcit: ex prioribus enim ſciuit, cum ex non cauſatis ſciat cauſis.quare ſi magis ſciuit,& maxime:& ſi ſcientia illa eſſet,& magis,& maxime. Demõſtratio autem non coaptatur in aliud genus:niſi vt dictum eſt, geometricæ in perſpectiuas, aut mechanicas, & arithmetica in harmonicas.Difficile autem eſt cognoſcere, ſi ſciuit, aut non difficile: eſt enim cognoſcere,ſi ex vniuſcuiuſq; principij ſcimus aut non:quod eſt ſcire.exiſtimamus autem,ſi habeamus ex veris quibuſdam ſyllogiſmum,& primis ſcire.hoc autem non eſt,ſed oportet primis cognata eſſe.

CONCLVSIONES.

Non eſt demõſtratio ex communibus niſi ſecundum accidens.

Scimus aliquid non ſecundum accidens quando ſcimus illud ex proprijs.

Quòd ſunt demonſtratiuarũ ſcientiarum aliqua cõia principia,& aliqua propria:& quæ ſint illa,& quo modo præcognoſcuntur,vna etiã quæ demonſtrationem ingrediũtur. Ca. 9.

DIco autem principia in unoquoque genere hæc, quæ ꝙ ſunt,non contingit monſtrare.Quid igitur ſignificant & prima,& quę ex his,accipitur, quod autem ſunt,principia quidem neceſſe eſt accipere,alia uero monſtrare.ut quid unitas,aut quid rectum & triangulum.eſſe autẽ unitatem accipere & magnitudinem,altera vero monſtrare.Sunt autem,quibus utun

tur in demonſtratiuis ſcientijs, alia quidem propria vniuſcuiuſque ſcientiæ, alia uero cõia. communia autẽ ſecundum proportionem: quoniam vtile vtiq; quantũ in eo, quod ſub ſcientiam eſt, genere propria quidem, quemadmodum lineam eſſe talem & rectum: communia uero, vt ſi ab æqualibus æqualia auferantur, quòd æqualia ſunt reliqua. ſufficiens autem eſt vnumquodq; horum, quantum eſt in genere. idem.n.faciet, & ſi nõ de omnibus acceperit, ſed in magnitudinibus ſolum, arithmetica in numeris. Sunt autem propria quidem, & quæ accipiuntur eſſe, circa quæ ſcientia ſpeculatur inexiſtentia per ſe, ueluti vnitates Arithmetica, Geometria vero puncta & lineas: hæc enim accipiunt eſſe & hoc eſſe. horum autem paſſiones per ſe, quid quidẽ ſignificat unaquæque accipiunt: ueluti Arithmeticã, quod quid, impar aut par, aut quadrangulum, aut cubus: Geometria uero, quid irrationale, aut refrãgi, aut concurrere, quòd autem ſunt, monſtrant & per communia & ex demonſtratis, & Aroſtologia conſimiliter. Omnis enim demonſtratiua ſcientia circa tria eſt: & quæcunque eſſe ponuntur. hæc autem ſunt, genus, cuius per ſe paſſionum eſt ſpeculatiua: & communia, quę dicimus dignitates, ex quibus primo demonſtrant: & tertium paſſiones, quarum quod ſignificat vnaquæque accipit. Nonnullas tamen ſcientias nihil prohibet, quędam homo deſpicere, vt genus non ſupponere eſſe, ſi ſit manifeſtum, quòd eſt. non enim ſimiliter planum, quòd numerus eſt, & quòd frigidum & calidum & paſsiones non accipere, quid ſignificant, ſi ſint planæ, quemadmodum neque communia non accipit quid ſignificãt, hoc quod eſt, æqualia ab æqualibus demere, quoniam notũ. ſed nihil minus natura tria hæc ſunt, circa quod monſtrat, & quæ monſtrat, & ex quibus.

CONCLVSIONES.

Ea ſunt principia in oĩ ſcientia quæ non contingit demonſtrari in ea, quòd ſint, uel quod uera ſint.

Tria

Tria ſunt in omni demonſtratione, principia, ſubiectum, & paſſio demonſtrabilis.

Quidnam interſit inter Dignitates, Suppoſitiones, Petitionesq́; , ac etiam Definitiones. Quòd non item dari formas opporteat propter demonſtrationem. Cap. 10.

NOn eſt autem ſuppoſitio, neque petitio, quod neceſse eſt eſse propter ipſum, & videri neceſſe. non enim ad extrinſecam rationem demonſtratio, ſed ad eam, quæ in anima: quoniam neq; ſyllogiſmus, ſemper enim eſt inſtare ad extrinſecam rationem, ſed ad intrinſecam rationem non ſemper. Quæcunque igitur monſtrabilia exiſtentia accipit ipſe non monſtrans, hæc quidē, ſi apparentia diſcenti accipiat, ſupponit, & ſunt non ſimpliciter ſuppoſitio, ſed ad illum ſolum. ſi vero, aut nulla inexiſtente opinione, aut & contraria inexiſtente, accipiat idem, petit. Et hoc differunt ſuppoſitio & petitio. Eſt enim petitio, quod ſub contrarium eſt addiſcentis opinioni, aut quod aliquis demonſtrabile exiſtens accipiat, & vtatur non monſtrans. Termini quidem igitur non ſunt ſuppoſitiones, neque enim eſſe, aut non eſſe dicūt, ſed in propoſitionibus ſuppoſitiones. terminos autem ſolum intelligere oportet. hoc autem non eſt ſuppoſitio: niſi & ipſum audire ſuppoſitionem aliquis eſſe dicat. ſed quibuſcunque exiſtentibus eo ꝙ illa ſunt, fit concluſio. Neque geometra falſa ſupponit, quemadmodum quidam aſſeruere dicentes, quod non oportet falſo vti: Geometram vero mentiri, dicentem pedalē non pedalem, aut rectam ſcriptam, non rectam exiſtētem. Geometra vero concludit eo quod hæc eſt linea, quā ipſe locutus eſt, ſed quæ per hæc oſtenduntur. Præterea petitio & ſuppoſitio omnis aut vt totum, aut vt in parte: definitiones vero neutrum horum. Formas quidem igitur eſſe, aut vnum aliquid præter multa non ne

 ceſſe,

eſſe, ſi demonſtratio erit. eſſe quidem igitur vnum de multis verum diceret, neceſſe eſt. non enim erit vniuerſale, niſi hoc ſit. ſi autem vniuerſale non ſit mediũ non erit: quare neque demonſtratio. oportet igitur aliquid vnum & idem in pluribus eſſe non æquiuoce.

CONCLVSIONES.

Suppoſitio dicit eſſe uel non eſſe, nõ autem definitio.

Vniuerſale eſt quod eſt in multis, & de multis uniuoce prædicatum.

Petitio & ſuppoſitio uniuerſalis uel particularis eſt, diffinitio autem neutrum horum eſt.

Quo pacto utantur ſcientias contradictionis principio. Cap. 11.

Tex. 26. NOn contingere autem ſimul affirmare & negare, nulla accepit demõſtratio, niſi oporteat mõſtrare & concluſionem ſic. Monſtratur aútem accipientibus primum de medio quod uerum, negare autem non uerum. Medium autem nihil differt eſſe & non eſſe accipere: conſimiliter autem & tertium. ſi enim datum eſt, de quo hominem verum dicere, ſi & nõ hominem uerum, ſed ſi ſolum hominem animal eſſe, totum non animal autem non, erit enim verum dicere Calliam, ſi & non Calliam, tamen animal, non animal autem non. Cauſa autem, quoniam primum non ſolum de medio dicitur, ſed & de alio, eo quòd eſt ĩ pluribus. quare neque ſi medium & idem eſt, & non idem, ad cõcluſionem nihil differt. Omne autem affirmare aut negare demonſtratio ad impoſſibile accipit. & hæc neque ſemper vniuerſaliter, ſed quantum ſufficiens eſt. ſufficiens autem eſt in genere. dico autem in genere, vt circa quod genus demõſtrationes fert, quemadmodum dictum eſt & prius.

CONCLVSIO.

Primo contradictionis principio nulla demonſtratio, uel ſcientia utitur, niſi contracte & uirtualiter: demonſtratio uero ad impoſſibile formaliter utitur.

Quomodo conueniant ſcientiæ in communibus principijs, & quomodo in hoc differat ab alijs ipſa Dialectica. Quænam ex interrogationibus in ſcientijs ſint propriæ, & quæ non. Quam item dignæ laudæ ſint Mathematicæ ſcientię. Quomodo demum ſyllogiſmi ampliari valeant in latus & in directũ aſſumendo. Cap. 12.

COmmunicant autem omnes ſcientiæ ſibi inuicem ſecundum communia. communia aũt dico, quibus vtuntur, tanquã ex his demonſtrãtes, ſed non de quibus monſtrãt, neque ꝙ monſtrant. Et dialectica oĩbus, & ſi aliqua vniuerſaliter tentet monſtrare cõmunia: vt ꝙ omne affirmare aut negare. aut ꝙ æqualia ab æqualibus: aut taliũ nonnulla. Dialectica vero non eſt ita determinatorũ quorundã, neque generis alicuius vnius, non.n. interrogaret demonſtrantẽ. n. nõ eſt interrogare, eo ꝙ oppoſitis exiſtentibus non monſtrauit idem, monſtratũ eſt autẽ hoc in ijs, quæ de ſyllogiſmo. Si vero idẽ eſt interrogatio ſyllogiſtica & propoſitio contradictionis: propoſitiones aũt ſecundum vnamquanque ſcientiam, ex quibus eſt ſyllogiſmus ſecundum vnamquanque ſcientiam: erit vtique aliqua interrogatio ſcientialis, ex quibus, qui ſecundum vnamquanque proprius fit ſyllogiſmus, Planum igitur, ꝙ non omnis interrogatio geometrica fuerit, neque medicinalis: ſimiliter autem & in alijs: ſed ex quibus, aut monſtratur aliquid, de quibus Geometria eſt: aut ex eiſdem monſtratur Geometriæ, quemadmodum Perſpectiua Te.

ſpectiua.conſimiliter autem & in alijs. & de his quidē & rationem ſubijciendum ex geometricis principijs & concluſionibus. De non geometricis vero principijs & concluſionibus, rationem non ſubijciendum Geometræ inquantum Geometra. conſimiliter autem & in alijs ſcientijs. Neque igitur omnem interrogationem vnuſquiſque ſcientificus interrogare debet: neque omne interrogatum reſpondere de vnoquoque: ſed quæ ſecundum ſcientiam determinata ſunt. ſi autem diſputabit cum Geometra, inquantum Geometra, ſic, manifeſtum quòd bene, & ſi ex his aliquid monſtret: ſi autem non, non bene. Planum autem ꝙ neque redarguit Geometram, niſi ſm accidens. quare non erit in non geometricis, de Geometria diſputandū: latebit.n. male diſputans. conſimiliter autem & in alijs ſcientijs ſe habet.

Tex. 28.
* a.l. q̃ nam τὴν ποίαν ἢ τὴν ποίαν.

Quoniam autem ſunt geometricæ interrogationes, ſunt ne igitur & non geometricæ? & iuxta vnamquamque ſcientiam, quæ ſecundum ignorantiam * qualem nam geometricæ ſunt? Et vtrum ſecundum ignorantiam ſyllogiſmus, qui ex oppoſitis ſyllogiſmus, aut paralogiſmus? Secundum Geometriam vero, aut ex alia arte. vt muſica eſt interrogatio nō geometrica de Geometria. coalternas vero concidere exiſtimare, geometrica quodammodo, & non geometrica alio modo. Duplex enim hoc quemadmodum * irrhythmicum, & alterum quidem non geometricum, eo quòd non habet, quemadmodum irrhythmicum: alterum vero, eo, quòd male habet. & ignorantia hæc, & quæ ex talibus principijs contraria. In mathematicis verò non eſt ſimiliter paralogiſmus, quoniam medium eſt ſemper, quod duplex. de hoc enim omni, & hoc rurſus de alio dicitur omni: quod autem prædicatur non dicitur omne. hæc autem ſunt, ac ſi intellectione viderentur. In rationibus vero latet. nunquid omnis circulus figura? ſi vero deſcripſerint, planum. quid autem, carmina circulus? manifeſtum, quòd non ſunt. * Non oportet autem inſtantiam in ipſum ferre, ſi ſit propoſitio inductiua. quemadmodum enim neque propoſitio eſt, quæ non eſt in pluribus

* τὸ ἄρρυθμον absq; rhythmo & forma.

Tex. 29.
Vide prior. elenchorū. cap. 9.

* Fortaſſis locum hīc intelligere

ribus,non enim erit in omnibus, vt vniuerſalibus autē ſyllogiſmus:planum quòd neque inſtātia. eędem enim propoſitiones & inſtantiæ.quàm enim fert inſtantiam, hæc fieri poteſt propoſitio,aut demonſtratiua, aut dialectica. Contingit autem quoſdam non ſyllogiſtice dicere,eo quòd ex vtriſque conſequentia accipiunt:quemadmodum & Cæneus facit, quòd ignis in multiplicata proportione etenim ignis celeriter gignitur, vt ait, & hæc eſt proportio,ſic autem non eſt ſyllogiſmus,niſi celerrimam proportionem ſequatur multiplex,& ignem celerrima in motu proportio. Aliquando quidem enim non contingit ſyllogizare ex acceptis:nonnunquā vero contingit,ſed non videtur.

poteris ex verbis Ariſtot.2.Top. non longe à prin.quādo ait, ampli⁹ propoſitionem facientem ſibiipſi inſtare.




Hic modus in ſecūda figura nihil oſtēdit, qa eſt ex affirmatiuis: oſtēdit autē quia termini medi⁹ & maior cum ſint conuertibiles reducunt ad primam.

Si autem impoſſibile eſſet ex falſo verum monſtrare, facile vtique eſſet reſoluere:conuerteretur enim ex neceſſitate. ſit enim A ens: hoc autem exiſtente, hæc ſunt, quæ noui,quòd ſunt,ut B: ex his itaque mōnſtrabo, quòd illud eſt. Conuertuntur autem magis, quæ ſunt in mathematicis: quoniam nullum accidens accipiunt,(ſed & in hoc differunt ab ijs,quæ ſunt in diſputationibus)


tationibus) ſed definitiones, augentur autem non per media, ſed eo quòd aſſumunt. Vt A de B: hoc autem de C: rurſus hoc de D:& hoc in infinitum. Et in latus: vt A,& de C,& de E.vt eſt numerus quantus, vel & infinitus,hoc, in quo A: impar numerus quantus, in quo B: numerus impar, in quo C: eſt igitur A de C.& eſt par quantus numerus in quo D: par uero numerus in quo E: eſt igitur A de E.

Auctio per directũ aſſumendo.



Numerus.

Auctio In latus.



Tria Quatuor

CON-

CONCLVSIO.

Vnumquenquem in ſua ſcientia proprias afferre, oportet interrogationes ac reſponſiones, nec de omnibus ſolicitum eſſe.

Demonſtratione propter quid & quod. Cap. 13.

QVod vero differt & propter quid ſcire primum quidem in eadem ſcientia. & in hac dupliciter. Vno quidem modo, ſi non per immediata efficiantur ſyllogiſmus: non enim accipitur prima cauſa: ſcientia uero ipſius propter quid ſecundum primam cauſam. Alio autem ſi per immediata quidem, ſed non per cauſam, ſed per notius eorum, quæ conuertuntur. nihil enim prohibet eorum, quæ conuerſim prædicantur, notius aliquando eſſe, quod eſt non cauſa. quare erit per hoc demonſtratio. ut ꝙ planetæ prope, per id, ꝙ non ſcintillant. Sit in quo C planetæ: in quo B, nō ſcintillare: in quo A, prope eſſe. verum itaque B de C dicere: planetæ enim non ſcintillant. ſed & A de B: quod enim non ſcintillat prope eſt. hoc autem acceptum ſit per inductionem aut per ſenſum. neceſſe igitur A ineſſe C. quare demonſtratũ fuit. quòd planetæ prope ſunt. Hic igitur ſyllogiſmus non ipſius propter quid, ſed ipſius ꝙ eſt. non enim propter non ſcintillare prope ſunt, ſed propterea quia prope ſunt, non ſcintillant. Euenit autem & per alterum monſtrari alterum: & erit ipſius propter quid demonſtratio. Vt ſit C planetæ: in quo B, prope eſſe: A non ſcintillare. ineſt itaque & B ipſi C: quare & ipſi C A: & A ipſi B, non ſcintillare. & eſt ſyllogiſmus propter quid: accepta enim eſt prima cauſa. Rurſus quemadmodum lunam monſtrant, quod ſphærica per augmenta. ſi enim quod ita augetur eſt ſphæricum: augetur autem luna: planum, quòd ſphærica. ſic igitur ipſius quid factus fuit ſyllogiſmus. Econuerſo autem

ſo autem poſito medio ipſius propter quid. non.n. propter augumenta eſt ſphærica: ſed quia eſt ſphærica: accipit augumenta talia. Luna in quo C: ſphærica in quo B augumentum in quo A. In quibus autem media non conuertuntur, & eſt notius, quod non eſt cauſa, quod quidem monſtratur, propter quid autem non. Amplius in quibus medium extra ponitur. etenim in his eius, quod eſt quòd, & non eius, quod eſt propter quid eſt demonſtratio. non enim dicitur cauſa. Vt propter quid non reſpirat paries: quoniam non animal. ſi enim hoc non reſpirandi cauſa eſt, oporteret animal eſſe cauſam reſpirandi, vt ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe, affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe. quemadmodum ſi hoc, quod eſt incommenſurabilia eſſe calida & frigida eius, quod eſt non ſanum eſſe, hoc, quod eſt, commenſurabilia eſſe eius, quod eſt ſanum eſſe. conſimiliter autem & ſi affirmatio ipſius eſſe, negatio ipſius non eſſe. In ijs autem, quæ ſic aſſignata ſunt, non contingit quod dictum eſt. non enim omne reſpirat animal. ſyllogiſmus autem fit talis cauſæ in media figura. vt ſit A animal: in quo B reſpirare: in quo C, paries. A igitur ineſt omni B. omne enim reſpirans eſt animal: ipſi autem C nulli: quare neq; B C nulli. non itaque reſpirat paries. Aſſimilantur tales cauſæ ijs, quæ ſecundum exceſſum dicuntur. hoc autem eſt plus diſtãs dicere medium. ut illud Anacarſidis, quòd in Scythis non ſunt tibicines: neque enim vites. ſecundum quidem igitur eandem ſcientiam & ſecũdum mediorum poſitionem iſtæ differentiæ ſunt eius, qui eſt quod ad eum, qui eſt propter quid ſyllogiſmum. Alio autem modo differt ipſum propter quid ab ipſo quod, eo quòd per aliam ſcientiam vtrunque ſpeculatur. talia autem ſunt, quæcunque ſic ſe habẽt inuicem, vt ſit alterum ſub altero. vt Perſpectiua ad Geometriã, & Mechanica ad Stereometriam, & Harmonica ad Arithmeticam, & apparentia ad aſtrologicam. Fere autem uniuoce ſunt nonnullæ iſtarum ſcientiarum; vt aſtrologia & quæ mecanica & quæ nautica, atque harmonica, & quæ mathematica & quæ ſecundum auditũ.

Hic

Hic enim quod quidem ſenſitiuorum eſt ſcire, propter quid vero Mathematicorum, hi nanque habent cauſarum demonſtrationes, & plerunque non nouerunt ipſum quod, quemadmodum, qui vniuerſale ſpeculantur multotiens nonnulla ſingularium non nouere, quia non aduertunt. Sunt autem hæc quæcunque cum alterum quid ſint ſecundum ſubſtantiam utuntur formis, diſciplinæ nanque circa formas ſunt. non enim de ſubiecto aliquo geometrica ſunt. ſi enim de ſubiecto aliquo geometrica ſunt, ſed non inquantum geometrica de ſubiecto. Se habet autem & ad Perſpectiuam, ut hæc ad Geometriam, alia ad hanc, ut quod eſt de Iride. ipſum enim quod, Naturalis eſt ſcire, ipſum vero ꝑpter quid Perſpectiui, aut ſimpliciter, aut * ſecundum mathema. Multæ autem & ſcientiarum non ſubinuicem ita ſe habent, ut Medicina ad Geometriam. quòd enim ulcera orbicularia tardius ſanantur, Medici eſt ſcire, propter quid vero Geometræ.

* κατὰ τὸ μάθημα ſecundũ diſciplinam.

CONCLVSIONES.

Planetæ non ſcintillant quia ſunt prope.

Si affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis.

Luna augetur quia ſphærica eſt, quia uero ſphærica eſt, augetur taliter.

Apud Scythas non ſunt tibicines, quòd ibi non ſunt uites.

Vulnera circularia tardius ſanantur.

Primam figuram maxime ſcientiæ eſſe accommodatam. Cap. 14.

Figurarum autem maxime ſcientialis eſt prima. Mathematicæ nanque ſcientiæ per hanc demonſtrationes ferunt, ut Arithmetica & Geometria Tex. 31.

&

& Perſpectiua, & fere ut dixerim, quæcunque ipſius propter quid conſiderationem faciunt. aut enim omnino, aut ut plurimum, & in pluribis per hanc figuram ipſius propter quid fit ſyllogiſmus. quare & propter hoc eſſet vtique maxime ſcientialis. maxime nanque proprium ipſius ſcire eſt propter quid ſpeculari. Poſtea & ipſius quid eſt ſcientiam per ſolam hanc venari poſſibile. in media enim figura non fit affirmatiuus ſyllogiſmus, ipſius vero quid, eſt ſcientia affirmationis: in ultima autem fit quidem, ſed non vniuerſaliter: ipſum autem quid eſt, vniuerſalium eſt. non enim homo aliquo modo eſt animal bipes. Amplius hæc quidem illarum nihil indiget, illæ vero per hanc condenſantur & augẽtur, quouſque ad immediata uenerint. Manifeſtũ itaq; quòd maxime ad ſciendum propria eſt prima figura. Quemadmodum vero cõtingebat A ineſſe B indiuidue, ita & non ineſſe accidit, dico autem indiuidue ineſſe, aut non ineſſe, eo quòd non eſt ipſorum medium: ſic.n. non erit ſecundum aliud ineſſe, aut non ineſſe. Quando igitur aut A, aut B in toto aliquo ſit, aut & ambo, nõ contingit A ipſi B primo nõ ineſſe. ſit enim A in toto C: ſi igitur B non eſt in toto C. (contingit enim ipſum quidem A eſſe in aliquo toto, ipſumvero B non eſſe in hoc) ſyllogiſmus erit, quòd A ipſi B non inſit: ſi enim C, A quidem omni: ipſi vero B nulli: A nulli eorum, quæ B. Conſimiliter autem & ſi B in toto aliquo eſt, ut in D, ipſum nanque D omni B ineſt: ipſi autem A nulli ipſum B* quare ipſum A, nulli eorum, quæ B inerit per ſyllogiſmum eodem pacto monſtrabitur, & ſi ambo in toto aliquo ſunt. Quod autem contingit ipſum B non eſſe in quo toto eſt A, aut rurſus A in quo eſt B, manifeſtum ex coordinationibus, quæcunque non commutantur ad ſeinuicem. ſi enim nullum eorum, quæ ſunt in A C D coordinatione, de nullo prædicatur eorum, quæ ſunt in B E F: ipſum uero H, coordinato exiſtenti: planum, quòd B non erit in H: commutarentur enim coordinationes. conſimiliter autem & ſi B in toto aliquo eſt. Si vero neutrũ ſit in toto nullo: non inſit autem A ipſi B: neceſſe eſt indiuidue

*a. l. ipſum antẽ A, nulli C.

diuidue non ineſſe. ſi enim erit aliquod medium neceſſe alterum ipſorum in toto aliquo eſſe, aut enim in prima figura, aut in media erit ſyllogiſmus: ſiquidem igitur in prima, B erit in toto aliquo: affirmatiuam nãque oportet, quæ ad hoc, propoſitionem fieri. ſin autem in media utrum contigerit, ad vtraque enim accepto priuatiuo, efficitur ſyllogiſmus. ambabus vero negatiuis exiſtentibus, non erit. Planum itaque quòd contingit aliud* alij ineſſe indiuidue, & quando contingit, & quo modo diximus. *a.l.aliquid aliud.

CONCLVSIO.

Figurarum maxime faciens ſcire eſt ipſa prima figura.

Scire eſt propter quid & concluſionis cauſam ſpeculari.

Secunda figura concludit negatiue uniuerſaliter, & particulariter, Tertia uero non niſi particularem concludit, & affirmatiuam & negatiuam.

Quot nam modis ſyllogiſticis in immediatis vel immediatis principijs generetur ignorantia negationis, & praue diſpoſitionis. Cap. 15.

IGnorantia vero, quæ non ſecundum negationem, ſed ſecundum diſpoſitionem dicitur, eſt quidem deceptio, quæ per ſyllogiſmum fit. Hęc autem in primo quidem inexiſtentibus, aut non inexiſtentibus contingit dupliciter. aut enim quando ſimpliciter exiſtimet ineſſe, aut non ineſſe, aut quando per ſyllogiſmum accipiat ſuſpitionem. Simplicis quidem igitur ſuſpitionis ſimplex eſt deceptio, eius vero, quæ eſt per ſyllogiſmum, plures. Non inſit enim A nulli eorum, B indiuidue: ſi igitur ſyllogizet A ineſſe ipſi B, medium accipiens C, deceptus erit per ſyllogiſmum. Contin- Tex. 32.

git quidem igitur vtraſque propoſitiones eſſe falſas, contingit autem alteram ſolum. ſi enim neque A nulli eorum, quæ C inſit, neque C nulli eorum, que B: aſſumpta vero fuerit vtraque econuerſo, ambæ falſæ erunt. Euenit autem ita ſe habere C ad A & B, ut neque ſub A ſit, neque uniuerſaliter in B. impoſsibile nanque B eſſe in toto aliquo, dicebatur enim A primo ipſi non ineſſe, A vero non neceſſe oībus entibus ineſſe vniuerſaliter: quare ambæ falſæ. Sed & alteram contingit veram accipere, non tamen vtram volueris, ſed A C. C B, nanq; propoſitio ſemper falſa erit, eo ꝙ ipſum B in nullo ſit: A C vero euenit. quemadmodum ſi A, & ipſi C, & ipſi B inſit indiuidue. quando enim idem primo prædicetur de pluribus, neutrum in neutro erit. Differt autem nihil, neque ſi non indiuidue inſit. Deceptio quidem igitur inexiſtendi & per hæc, & ita fit ſolum: non enim erat in alia figura inexiſtendi ſyllogiſmus. Quæ vero eſt non exiſtendi & in prima fit & in media figura. Primum itaque dicamus quot modis in prima fit, & quomodo ſe habentibus propoſitionibus. Contingit quidem igitur vtriſque falſis exiſtentibus. quemadmodum ſi A & ipſi C & ipſi B inſit indiuidue. Si enim acceptum fuerit A quidem nulli C: C vero omni B: falſæ erunt propoſitiones. Contingit autem & altera falſa exiſtente, & hac vtrauis. euenit enim A C quidem veram eſſe: C B vero falſam: A C quidem veram, quoniam non omnibus entibus ineſt A C, B vero falſam, quoniam impoſsibile eſt C ineſſe ipſi B, cui nulli ineſt A: non .n. amplius vera erit A C propoſitio, ſimul autem ſi & ambæ ſunt ueræ, & concluſio erit vera. Sed & C B contingit veram eſſe, altera exiſtente falſa, quemadmodum ſi B, & in C, & in A eſt. neceſſe enim alterum ſub altero eſſe, quare ſi acceperit A nulli eorum, quæ C ineſſe, falſa erit propoſitio. Planũ igitur, ꝙ altera falſa exiſtente & vtriſque, erit falſus ſyllogiſmus. In media autem figura, totas quidem eſſe propoſitiones ambas falſas, non cõtingit. quando enim A omni B inſit: nihil erit accipere, quod alteri quidem omni, alteri uero nulli inerit.

erit. oportet autem ſic accipere propoſitiones,vt huic quidem inſit, illi vero non inſit, ſiquidem erit ſyllogiſmus.ſi igitur ſic acceptæ falſæ,planum, quòd econtrario econuerſo ſe habebunt:hoc autem impoſsibile. In aliquo uero vtrãque nihil prohibet falſam eſſe. quẽ admodum ſi c & A,& B alicui inſit. Si enim A,quidem omni acceptum fuerit ineſſe: B vero nulli. falſæ quidem ambę propoſitiones,non tamẽ totæ,ſed in aliquo. Et econuerſo autem poſito priuatiuo conſimiliter. Alteram vero falſam eſſe,& vtrauis,contingit.quod enim ineſt A omni, & B ineſt. Si igitur acceptum fuerit ipſum c ineſſe quidem toti A,toti uero B non ineſſe: c A quidem vera erit, B c autem falſa. Rurſus, quod B quidem nulli ineſt, neque A omni inerit. ſi enim ipſi A, & ipſi B: ſed non inerat. Si igitur acceptum fuerit c A quidem toti ineſſe: B vero nulli: B c quidem propoſitio vera,altera autem falſa. Conſimiliter verò & tranſpoſito priuatiuo.quod enim nulli ineſt A,neque B nulli inerit. Si igitur acceptum fuerit c A quidem toti non ineſſe:A c quidem propoſitio uera erit,altera autẽ falſa.Et rurſus quod omni B ineſt accipere ineſſe nulli A,falſum.neceſſe enim ſi B omni,& A alicui ineſſe. Si igitur acceptum fuerit, c ineſſe quidem omni B: nulli vero A.c B quidem uera erit,c A autem falſa. Planum igitur,quòd & ambabus exiſtentibus falſis, & altera ſolum,erit ſyllogiſmus,deceptorius in indiuiduis. In his vero,quæ inſunt non indiuidue,aut non inſunt.quando quidem per proprium medium efficiatur falſi ſyllogiſmus,non poſſunt ambæ falſæ eſſe propoſitiones, ſed ea ſolum, quæ eſt ad maius extremum. Dico autem proprium medium, per quod fit contradictionis ſyllogiſmus.Inſit enim A ipſi B per medium c: quoniam igitur neceſſe eſt c B affirmatiuã accipi. cum fit ſyllogiſmus. planum,quòd ſemper hęc erit vera,non enim conuertitur: A c uero falſa,hac enim conuerſa contrarius fit ſyllogiſmus. Conſimiliter autem & ſi ex alia coordinatione acceptum fuerit medium,vt D licet in toto A ſit, & de B omni prædicetur:neceſſe enim D B quidem pro

poſitionem manere,alteram vero conuerti. quare hæc quidem ſemper vera, illa autem ſemper falſa. & quaſi talis deceptio eadem eſt ei, quæ eſt per proprium medium. Si vero non per proprium medium efficiatur ſyllogiſmus:quando ſub A quidem ſit medium, ipſi uero B nulli inſit: neceſſe eſt falſas eſſe ambas. accipiendæ nãque ſunt ecõtrario,quàm ſe habent propoſitiones, ſi debet ſyllogiſmus fieri. ſic autem acceptis, ambæ efficiũtur falſæ,quemadmodum ſi A quidem toti D ineſt:D vero nulli eorum, quæ B.his enim conuerſis ſyllogiſmus erit, & propoſitiones ambæ falſæ. Quando uero medium non ſit ſub A,vt D,A D quidem vera erit, D B autẽ falſa: nam A D quidem vera, quoniam non erat in A ipſum D:D B autem falſa, quoniam ſi eſſet vera, & concluſio vera eſſet.ſed erat falſa. Sed cum per mediam figuram efficitur deceptio,ambas quidem non contingit falſas eſſe propoſitiones totas.Cum enim ſit B ſub A,nihil contingit,huic quidem omni,illi vero nulli ineſſe, quemadmodum dictum eſt & prius. Alteram autem euenit & utramlibet.Si enim C, & A & B inſit: ſi acceptum fuerit,ipſi quidem A ineſſe, ipſi vero B non ineſſe: A C quidem vera erit,altera autem falſa. Rurſus, ſi acceptum fuerit C ipſi quidem B ineſſe, A vero nulli: B C quidem vera erit, altera autem falſa.Si igitur priuatiuus ſit deceptionis ſyllogiſmus, dictum eſt, quando & per quæ erit deceptio. Sinautem affirmatiuus, quando quidem per proprium medium.impoſſibile ambas eſſe falſas,neceſſe eſt enim C B manere,ſi quidem erit ſyllogiſmus,quemadmodum dictum eſt & prius. quare C A ſemper erit falſa: hæc enim eſt quæ conuertitur. Conſimiliter autem & ſi ex alia coordinatione accipiatur medium,quemadmodum dictum eſt & in priuatiua deceptione. neceſſe enim D B quidem manere, A D autem conuerti, & deceptio eadem eſt ei,quæ prius.Quãdo autem non per proprium: ſi D quidem ſit ſub A,hæc quidem erit vera,altera autem falſa:euenit enim A pluribus ineſſe, quæ non ſunt ſub ſe inuicem: ſi uero non ſit D ſub A.planum quidem, quòd hæc ſemper erit falſa,affir-

ſa,affirmatiua nanque accipitur, D B vero contingit & ueram eſſe & falſam:nihil enim prohibet,A quidem nulli D ineſſe,D vero ipſi B omni:ut animal ſcientiæ, ſcientiam autem muſicæ. Neque rurſus ſi neque A nulli eorum,quæ D,neque D nulli eorum,quæ B. Manifeſtum igitur,quòd non exiſtente medio ſub A, & ambas euenit falſas eſſe,& vtram volueris. Quot igitur modis & per quæ euenit fieri deceptiones,quæ ſecundum ſyllogiſmum,& in immediatis,& in ijs,quæ per demõſtrationem,manifeſtum. Planum autem,& quòd ſiquis ſenſus defecerit,neceſſe & ſciẽtiam aliquam deficere, quã impoſſibile eſt accipe: ſiquidem addiſcimus aut inductione,aut demonſtratione. Eſt autem demonſtratio ex vniuerſalibus, inductio uero ex ijs, quæ ſecundum partem:impoſſibile autẽ uniuerſalia ſpeculari niſi per inductionem,quoniam & quæ per abſtractionem dicũtur,erunt per inductionem nota,ſiquis voluerit nota facere,quomodo inſunt vniquique generi nonnulla, & ſi non ſeparabilia ſunt,ſecundum quòd tale * hoc unumquodque. inducere autem non habentes ſenſum, impoſſibile. ſingularium nanq; ſenſus eſt,non enim cõtingit accipere ipſorum ſcientiam:neq; enim ex vniuerſalibus ſine inductione,neq; per inductionem ſine ſenſu.

Tex. 33. Senſu,à natura deficiẽte ſciẽtiam quoque propriorũ ſenſibilium illius deficere.

* a.l. quale hoc.

CONCLVSIONES.

Ignorantia duplex eſt negationis, & praue diſpoſitionis.

Senſus eſt ſingularium intellectus & ſcientia uniuerſalium.

Impoſſibile eſt ſpeculari uniuerſale, niſi per inductionem.

Demonſtratio eſt ex uniuerſalibus, inductio uero ex his,quæ ſunt ſecundum partem.

Deficiente ſenſu, deficit ſcientia ſenſibilium illius ſenſus.

Addiſcimus aut per inductionem, aut per demonſtrationem.

Et quot & qualibus conſtet ſyllogiſmus, & an ſurſum deorſumve fiat in infinitum abitio. Cap. 16.

Tex. 34. EST autem omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & qui quidem monſtrare poteſt, ꝙ A ineſt ipſi C, eo quòd ineſt ipſi B, & hoc ipſi C: priuatiuus autẽ alteram quidem propoſitionem habens, ꝙ aliud quid alij ineſt, alteram vero, quòd non ineſt. Manifeſtum igitur, ꝙ principia & quæ dicũtur ſuppoſitiones hæ ſunt: accipientẽ enim hæc ita neceſſe eſt monſtrare, vt quòd A ineſt ipſi C per B. Rurſus vero quòd A ipſi B per aliud mediũ, & quòd B ipſi C conſimiliter. Secundum opinionem igitur ſyllogizãtibus & ſolum dialectice, planum quòd hoc ſolum conſiderandum, ſi ex quibus contingit probabiliſſimis fiat ſyllogiſmus. quare & ſi eſt aliquid in veritate eorum, quæ ſunt A B medium, videtur autem non eſſe, qui per hoc ſyllogizauit, ſyllogizatus eſt dialectice. Ad veritatem autem ex ijs, quæ inſunt oportet conſiderare, ſe habet autem ſic. Quoniam eſt quod ipſum quidem de alio prædicatur non ſecundum accidens, dico autem ſecundum accidens, vt album aliquãdo illud dicimus eſſe hominem, non ſimiliter dicentes & hominem album, hic quidem enim non alterum aliquid exiſtens album eſt, album vero, quoniam accidit homini eſſe albo, ſunt itaque nonnulla talia, ut per ſe prædicentur. Sit igitur C tale, quod ipſum quidem non amplius inſit alij, huic autem ipſum B primo, & non ſit aliud intermedium, & rurſus ipſi E F conſimiliter, & hoc ipſi B. An igitur hoc neceſſe eſt ſtare, aut contingit in infinitum ire? Et rurſus, ſi de A quidem nihil prædicatur per ſe, A uero ipſi H ineſt primo, intermedio autem nulli priori, & H ipſi G, & hoc ipſi B: an & hoc ſtare ne-

re neceſſe eſt, aut & hoc contingit in infinitum? differt autem hoc A priori tantum, quoniam hoc quidem eſt, an contingit incipienti A tali, quod nulli ineſt alteri, ſed aliud illi, ſurſum in infinitum ire, alterum vero incipientem à tali. q. ipſum quidem de alio, de illo autẽ nihil prædicatur, deorſum conſiderare, ſi contingit in infinitum ire. Amplius media an contingit infinita eſſe determinatis extremis. dico autem veluti, ſi A ipſi C ineſt, medium vero ipſorum B, ipſius vero B & A altera: horum autem altera, an & hec in infinitum contingit ire, aut impoſſibile? eſt autem hoc conſiderare idẽ, & ſi demonſtrationes in infinitum uadunt: & ſi eſt demonſtratio cuiuſcunque, aut ad ſeinuicem terminantur. Conſimiliter autem dico & in priuatiuis ſyllogiſmis, ac propoſitionis. vt A ineſt B nulli, aut primo: aut erit aliquid medium, cui priori non ineſt, veluti ſi ipſi G, quid B ineſt omni: & rurſus alij adhuc priori hoc, ut ſi ipſi H, quod G omni ineſt: in his etenim aut infinita, quibus non ineſt prioribus, aut ſtant. In ijs vero, quæ conuertuntur, non ſimiliter ſe habet. non eſt enim in ijs, quæ retrouerſum prædicantur, de quo primo prædicatur, aut ultimo, omnia enim ad omnia hæc conſimiliter ſe habent, ſiue ſunt infinita, quæ de ipſo prædicantur, ſiue utraque ſunt, quæ dubitantur infinita, præterquam quod ſi non ſimiliter contingit conuerti, ſed hoc quidem vt accidens, illud uero vt prædicamentum. Quod igitur intermedia non contingit infinita eſſe, ſi deorſum & ſurſum ſtant prædicamenta, manifeſtum. dico autem ſurſum, quæ in magis vniuerſale: deorſum vero, quæ in id, quod ſecundum partem. ſi enim A prædicato de F, infinita intermedia in quibus B: planum, q. contingere poſſet, ut & ab A deorſum alterum de altero prædicaretur in infinitum: antequam enim in F deueniatur, infinita ſunt intermedia: & ab F ſurſum infinita, antequam ad A deueniatur: quare ſi impoſſibilia hæc. & A & F impoſſibile infinita eſſe media. neque enim ſi quis diceret, quòd alia quidem ſunt ipſorum A B C contigua inuicem, vt non ſit medium, alia vero

non eſt accipere, nihil differt: quodcunque enim accepero eorum, quæ B erit ad A, aut ad F, aut infinita media aut non A quo vtique primum infinita, ſiue ſtatim, ſiue non ſtatim, nihil differt: quæ enim poſt hęc, infinita ſunt. Planum autem & in priuatiua demonſtratione, quod ſtabitur, ſiquidem in prędicatiua ſtatur ad vtraque. ſit enim non contingens, neque ſurſum ab vltimo in infinitum ire, (dico autem ultimum, quod ipſum quidem alij nulli ineſt, illi vero aliud, ut F,) neque A primo in vltimum (dico autem primum, quod quidem de alio, de illo uero nihil aliud) ſi utique hæc ſunt, & in negatione ſtabitur. Tripliciter nanque monſtratur non inexiſtens, aut enim cui quidem ipſum C, B ineſt omni, cui vero ipſum B, ipſum A nulli, ipſius itaque B C & ſemper alterius diſtantię, neceſſe eſt progredi ad immediata, prędicatiua nanque eſt hęc diſtantia. alterum vero manifeſtum, quòd ſi alij non ineſt priori, ut ipſi D, hoc oportebit ipſi B omni ineſſe, & ſi rurſus alij priori ipſo D non ineſt, illud oportebit ipſi D omni ineſſe: quare quoniam * quę ſurſum eſt, uia ſtat, & quę deorſum ſtabit, & erit aliquid primo, cui non ineſt. Rurſus ſi B quidem omni A: ipſi vero C nulli ipſum A eorum, quę C, nulli ineſt. Rurſus hoc, ſi oportet monſtrare, planum quòd aut per ſuperiorem modum monſtrabitur, aut per hunc, aut tertium. Primus igitur dictus fuit: ſecundus uero monſtrabitur. ſic autem vtique monſtraret, vt quòd D ipſi quidem B omni ineſt, ſi uero C nulli, ſi neceſſe eſt ineſſe aliquid ipſi B. Et rurſus, ſi hoc ipſi C non inerit, aliud ipſi D ineſt, quod ipſi C non ineſt: igitur quoniam ineſſe ſemper ſuperiori ſtat, ſtabit & non ineſſe. Tertius vero modus fuerat, ſi A quidem B omni ineſt, ipſum uero C non ineſt, non omni ineſt C, cui A. Rurſus vero hoc aut per ſuperius dicta, aut ſimiliter monſtrabitur. illo quidem itaque modo ſtatur. ſinautem ſic, iterum accipitur B ineſſe ipſi E. cui ipſum C, non omni ineſt, & hoc rurſus conſimiliter. Quoniam autem ſuppoſitum eſt ſtari & deorſum, planum quòd ſtabit, & C non inexiſtens.

* a.l. quæ deorſum eſt uia ſtat, & quę ſurſum ſtabit.

Mani-

Manifeſtum autem quòd, & ſi non vna via monſtraretur, ſed omnibus, aliquando quidem ex prima figura, aliquando autem ex ſecunda, aut tertia, quòd & ſic ſtabitur: finitæ enim ſunt viæ, finita autem finities neceſſe eſt finita eſſe omnia. Quod igitur in priuatione, ſi quidem & in eo quod eſt ineſſe, ſtatur manifeſtum. Quod autem in illis, logice quidem ſpeculantibus, ita manifeſtum. In ijs quidem, quæ in eo, quod eſt quid prædicantur, planum: ſi enim eſt definire, aut ſi cognoſcibile ipſum quòd quid erat eſſe, infinita vero non eſt pertranſire, neceſſe eſt terminata eſſe, quæ in eo quod quid eſt, prædicantur. Vniuerſaliter autem ſic dicimus: eſt enim dicere vere, album ambulare, & magnum illud lignum eſſe, & rurſus lignum magnum eſſe, & hominem ambulare. alterum itaque eſt ita dicere, & illo modo. quando enim album eſſe dixero lignum, tunc dico, quòd cui accidit vt album ſit, lignũ eſt, ſed non tanquam ſubiectum lignum album eſt, neque etenim album exiſtens, neque quod album aliquid factum fuit lignum: quare non eſt niſi ſecundum accidens: quando autem lignum album eſſe dixero, non quòd alterum quid eſt album, illi vero contingit lignum eſſe. veluti quando muſicum album eſſe dixero. tunc enim quòd homo albus eſt, cui contingit eſſe muſicum, dico: ſed lignum eſt ſubiectum, quod quidem erat non alterum quid exiſtens, quam quod lignum. aut lignum quoddam. ſi itaque oportet nomina ponere, ſit quidem ita dicere prædicare, illo vero modo, aut nequaquam prædicare, aut prædicare quidem non ſimpliciter, ſecundum accidens aut prædicare: eſt autem, vt quidem album, quod prædicatur, vt vero lignum de quo prædicatur. ſupponatur itaque prædicatum prædicari ſemper de quo prædicatur ſimpliciter, ſed non ſm accidens: ſic.n. demonſtrationes demſtrant. quare aut in eo, quod eſt quid, aut quod quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quãdo, cum unum de vno prædicatum fuerit. Amplius ſubſtantiam quidem ſignificantia, quod illud, aut quod illud

Tex. 35. Propõnis affirmatiue media non eſſe infinita.

illud aliquid ſignificant, de quo prædicantur. quæcunque vero non ſubſtantiam ſignificant, ſed de alio ſubiecto dicuntur, quod non eſt, neque quod illud, neque quod illud aliquid, accidentia. quemadmodum de homine album. non enim eſt homo, neque quod album, neque quod album quid, ſed animal fortaſſe: homo enim eſt, quod animal. Quæcunque vero nón ſubſtantiam ſignificant, oportet de aliquo ſubiecto prædicari, & non eſſe aliquid album, quod non alterum quid exiſtens albũ eſt. Species enim valeant, nanque & * teretiſmata ſunt, & ſi ſunt, nihil ad ſermonem ſunt, demonſtrationes enim de talibus ſunt. Amplius ſi non eſt hoc huius qualitas, & illud huius, neque qualitatis qualitas, impoſſibile eſt retrouerſum prædicari inter ſe ſic, ſed verum quidem dicere contingit, retrouerſum autem prædicare uere non contingit. Vel enim ut ſubſtantia * prædicabitur, veluti ſi genus exiſtens, aut differentia prædicati. Hæc autem monſtrata ſunt, quòd non erunt infinita, neque deorſum, ut homo bipes, hoc animal. hoc autem alterum, neque animal de homine, hoc autem de Callia in eo quod eſt quid, ſubſtantiam enim omnem eſt definire talem, infinita vero non eſt pertranſire intelligentem. quare neque ſurſum, neque deorſum infinita. illam nanque non eſt definire, de qua infinita prædicantur. Sic itaque genera inter ſe non retrouerſum prædicabuntur, erit enim ipſum quod ipſum quid. Neque utique qualis, aut aliorum nullum, ſi non ſecundum accidens prędicatum fuerit? omnia enim hæc accidunt, & de ſubſtantiis prædicantur: ſed certe, neque ſurſum infinita erunt, de vnoquoque nanque prædicatur, quod vtique ſignificet, aut quale quid, aut quãtum quid, aut de talibus, aut quæ in ſubſtantia: hæc autem determinata ſunt, & genera prædicamẽtorum determinata ſunt: aut enim quale aut quãtum, aut ad aliquid, aut faciens aut patiens aut ubi, aut quando. Suppoſitum autem fuit vnum de vno prędicari: ipſa vero de ipſis, quæcunque non quid ſunt, non prædicari, accidentia

* Ioã. Grã. τερετίσματα autẽ uocantur præcantus citharedorũ, quos inarticulate canunt, vt experiantur diſſonãtiam chordarum, ſi ſecundum cõuenientem melodia rõnẽ extenſæ ſunt: vel alias pertrectationes citharedorũ inarticulate, experientiæ grã diſſonantiæ chordarum factæ Argy. addit aut ut accidẽs. συμβέβηκε acciderunt.

dentia nanque ſunt omnia:ſed hæc quidem per ſe, illa autem ſecundum alterum modum. hæc autem omnia de ſubiecto aliquo prædicari dicimus, accidens autem nõ eſſe ſubiectum aliquid, nihil enim talium ponimus eſſe, quod non alterum quid exiſtens dicitur, ſed ipſum alijs, & alia quædam de alio. Neque ſurſum itaque vnum de uno, neque deorſum ineſſe dicetur. de quibus enim dicuntur accidentia, quæcunque inſunt in ſubſtã tia vniuſcuiuſque, hæc non ſunt infinita, ſurſum autem & hæc & accidentia vtraque non infinita. Neceſſe igitur eſt eſſe aliquid, de quo primum aliquid prædicatur, & de hoc aliud & hoc ſtare, & eſſe aliquid, quod non amplius neque de alio priori, neque de illo aliud prius prædicatur. Vnus igitur modus dicitur demonſtrationis hic. Amplius autem alius eſt, ſi de quibus priora aliqua prædicantur, eſt horum demonſtratio, quorum autem eſt demonſtratio, neque melius euenit ſe habere ad ipſa quam ſcire, neque ſcire ſine demonſtratione. ſi autem hoc per hæc notum, hæc autem non nouimus, neque melius nos habemus ad ipſa, quàm ſcire, neque quod per hæc notum sciemus. Si igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter & non ex quibuſdam, neque ex ſuppoſitione. neceſſe eſt ſtare prædicationes intermedias: ſi enim non ſtant, ſed eſt ſemper acceptio ad ſuperius, omnium erit demonſtratio: quare, ſi infinita non euenit pertranſire, quorum eſt demonſtratio, hæc non ſciemus per demonſtrationem. ſi igitur neque melius nos habemus ad ipſa, quàm ſcire, non erit aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter ſed ex ſuppoſitione. Logice igitur ex his quidem aliquis crederet de eo, quod dictum eſt: reſolutorie vero per hæc manifeſtum breuius, quòd neque ſurſum, neque deorſum infinita prædicata contingit eſſe in demõ ſtratiuis ſcientiis, de quibus conſideratio eſt. demonſtratio nanque eorum eſt quæcunque per ſe inſunt rebus. per ſe vero dupliciter, quæcunque etenim in illis inſunt in eo, quod eſt quid & quibus ipſa in eo, quod eſt quid inexiſtentibus ipſis. vt in numero impar, quod Tex. 36.

ineſt

ineſt quidem numero, ineſt autem ipſi numerus in ratione ipſius: & rurſus multitudo, aut diuiſibile in ratione numeri ineſt. horum autem neutra contingit infinita eſſe, neque vt impar numeri: iterum enim in impari aliud eſſet, cui inerat exiſtenti, hoc autem ſi ſit primum numerus inerit inexiſtentibus ipſi. Si igitur non contingit infinita talia eſſe in vno neque ſurſum erunt infinita: ſed neceſſe vtique omnia ineſſe ipſi primo, vt numero, & illis numerum. quare conuertentia erunt, ſed non ſupertendentia. Neque etiam, quæcunque in eo. quòd eſt quid inſunt, neque hæc infinita ſunt: neque enim eſſet vtique definire. Quare ſi prædicata quidem per ſe omnia dicuntur: hæc autem non infinita, ſtarent vtique quæ ſurſum: quare & deorſum. ſi autem ſic, & quæ in medio duobus terminis ſemper inerunt finita: ſi vero hoc, planum iam demonſtrationum quòd neceſſe eſt principia eſſe, & non omnium eſſe demonſtrationem: quòd dicebamus quoſdam dicere à principio, ſi enim ſunt principia, neque omnia demonſtrabilia, neque in infinitum iri poteſt: eſſe enim vtrumuis horum nihil aliud eſt, quam eſſe nullam diſtantiam immediatam, & indidiſibilem, ſed omnes diuiſibiles. intro nanque proiiciendo terminum, ſed non aſſumendo demonſtratur, quod demonſtratur: quare ſi hoc in infinitum contingit ire, contingeret vtiq; duorum terminorum infinita in intermedio eſſe media: ſed hoc impoſſibile, ſi ſtant prædicamenta ſurſum, & deorſum. Quod autem ſtant, monſtratum fuit logice quidem prius, reſolutorie vero nunc.

CON-

CONCLVSIONES.

Omnis ſyllogiſmus eſt per tres terminos. 1
Non contingit ire in infinitum in prædicatis, nec aſcendendo, nec deſcendendo.

Quomodo propoſitiones mediatæ ad immediatas reducantur. Cap. 17.

MOnſtratis autem his, manifeſtum, quòd ſi aliquid idem duobus inſit, vt A, & ipſi C, & ipſi D: cum non prædicetur alterum de altero, aut nullo modo, aut non de omni, ꝙ non ſemper ſm commune aliquid inerit. vt æquicruri, & gradato hoc, quod eſt duobus rectis æquales habere ſm cõmune aliquod ineſt. ſm ꝙ enim figura quædam ineſt, & non ſm ꝙ alterum. hoc autem non ſemper ita ſe habet: ſit enim B, ſm ꝙ A ipſi C D ineſt, planum igitur, ꝙ & B ipſi C & D. ſecundum aliud commune. & illud ſm alterum: quare inter duos terminos infiniti vtiq; inciderent termini: ſed impoſſibile. ſecundum igitur commune aliquid ineſſe non neceſſarium ſemper idem pluribus, ſiquidem erunt * immediata interualla. In eodem tamen genere & ex eiſdem indiuiduis neceſſe eſt terminos eſſe: ſiquidem ipſum commune erit ex iis quæ per ſe inſunt non enim erat ex alio genere in aliud tranſcendere quæ monſtrantur. Manifeſtum autem, & quòd quando A inſit B: ſiquidem eſt aliquid medium, eſt monſtrare quòd A ineſt B, & elementa huius ſunt hec, & tot, quot media ſunt. immediatæ nanque propoſitiones elemẽta ſunt, aut omnes, aut vniuerſales: ſi autem non eſt aliquod medium, non amplius eſt demonſtratio: ſed hæc eſt uia, quæ in principia. Conſimiliter autem & ſi A ipſi B non ineſt. ſiquid eſt aut medium, aut prius, cui non ineſt, eſt demonſtratio: ſi autem non, non eſt: ſed principia

Tex. 37.

* al. le. mediata alias infinita.

Tex. 38.

principia & elementa tot ſunt, quot termini. Horum nanque propoſitiones principia demonſtrationis ſunt: & quemadmodum nonnulla principia ſunt indemonſtrabilia, quòd eſt iſtud hoc, & ineſt iſtud huic, ita & quòd non eſt iſtud hoc, neque ineſt iſtud huic: quare hæc quidem eſſe aliquid, illa autem non eſſe aliquid, erunt principia. Quando autem opus ſit monſtrare, accipiendum eſt, quod de B prædicatur primo, ſit C, & de hoc conſimiliter A, & ita ſemper procedenti nunquam extra ipſum propoſitio, neque exiſtens accipitur ipſius A in demonſtrando, ſed ſemper medium condenſatur: quouſque indiuiſibilia fiant & vnum: eſt autem vnum, quando immediatum factum fuerit, & una propoſitio ſimpliciter, quæ immediata. Et quemadmodum in aliis principium ſimplex, hoc autem non idem vbique: ſed in pondere quidem mina, in cantu vero * dieſis: illud autem in alio: conſimiliter in ſyllogiſmis ipſum vnum eſt propoſitio immediata: in demonſtratione vero ac ſcientia intellectus. In monſtratiuis igitur ſyllogiſmis ipſius inexiſtentis, nihil extra cadit: in priuatiuis vero, vbi quidem quod oportet ineſſe, nihil extra hoc cadit: ut, ſi A ipſi B, per C, non ineſt: ſi enim omni quidem B C, * A vero ipſum C nulli. rurſus ſi opus fuerit, quòd A C nulli ineſt, medium accipiendum ipſius A & C, & ita ſemper progredietur. Si autem oportuerit monſtrare, quòd D ipſi E non ineſt, eo quòd C D quidem omni ineſt: E vero nulli, aut non omni, nunquam cadet extra E: hoc autem eſt, cui non oportet, ineſſe, in tertio autem modo, neque A quo oportet, neq; quod oportet priuare nunquā extra ibit.

* dieſis, i. primus ſenſibilis ſonus.

* a.l. A uero nulli ipſum C.

CONCLVSIO.

Non ſunt infinita media ad concluſionem mediatam probandam, ſed determinata in ſurſum, uel in deorſum.

Quod

Quod demonſtratio vniuerſalis præſtantior ſit particulari. Cap. 18.

CVm uero ſit demonſtratio hæc quidem vniuerſaliter, illa uero ſecundum partem, & hæc quidem prædicatiua, illa uero priuatiua, dubitatur vtra ſit melior: conſimiliter autem & de ea, quæ demonſtrare dicitur, & de ea, quæ ad impoſſibile ducit, demonſtratione. Primum igitur conſideremus de vniuerſali, & quæ ſecundum partem: hoc autem cum declarauerimus, & de ea, quæ monſtrare dicitur, & de ea, quæ ad impoſſibile, dicemus. Videretur igitur fortaſſe aliquibus ita conſiderantibus, eam, quæ ſecũdum partem, eſſe meliorem: ſi enim ſecundum quam magis ſcimus demonſtrationem, melior eſt demonſtratio, (hæc enim eſt virtus demonſtrationis) magis autem ſcimus vnumquodque, cum ipſum ſciamus ſecundum ſe, quam quando ſecundum aliud, vt muſicum Coriſcum, quando quòd Coriſcus muſicus, quàm quando quòd homo muſicus. ſimiliter autem & in aliis. Vniuerſalis autem, quòd aliud non, quòd ipſum contingit, monſtrat: vt quòd æquicrus, non quòd æquicrus, ſed ꝙ triangulus: quæ vero ſecũdum partem, quòd ipſum mõſtrat. ſi igitur melior quidem, quæ ſecundum ipſum: talis autem quæ ſecundum partem: vniuerſali magis, & melior vtique, quæ ſecundum partem, demonſtratio erit. Amplius, ſi uniuerſale quidem non eſt aliquid præter ſingularia: demonſtratio vero opinionem facit eſſe aliquid hoc, ſecundum quod demonſtrat, & quandam naturam eſſe in entibus talẽ: vt trianguli præter quoſdam & figuræ præter quaſdam, & numeri præter quoſdam numeros: melior autem, quæ eſt de ente, quàm quæ de non ente, & propter quàm nõ decipietur, quam propter quam decipietur: vniuerſalis autem eſt talis (procedentes enim monſtrant,) quemadmodum de proportionato. ut quod utique ſit aliquid tale, erit proportionatum, quod neque linea, neque numerus, Tex. 39.

neque

neque ſolidum,neque planum,ſed præter hæc aliquid: ſi igitur vniuerſalis quidem magis hęc, de ente autem minus, quàm quę ſecundum partem, & facit opinionẽ falſam:peior vtique eſſet vniuerſalis,quam quę ſecundum partem.& primum quidem nihil magis in vniuer ſali,quàm quę ſecundum partem, altera ratio eſt: ſi.n. quod duobus rectis ineſt,non inquantum ęquicrus, ſed inquantum triangulus,qui nouit,quid ęquicrus, minus nouit inquantum ipſum,quam qui nouit, quòd triangu lus:& omnino ſiquidem non exiſteute ſit triangulus,po ſtea monſtrat,non eſſet utique demonſtratio:ſinautem exiſtente, qui nouit unumquodque inquantum unumquodque ineſt. magis nouit: ſi itaque triãgulus in plus eſt,& eadem ratio, & non ſecundum ęquiuocationem triangulus,& ineſt omni triangulo hoc, quod eſt duos: non triangulus inquantum ęquicrus, ſed ęquicrus inquantum triangulus habet tales angulos: quare qui vniuerſaliter ſcit,magis nouit: ſecundum quòd ineſt, quã qui ſecuudum partem. Melior itaque vniuerſalis, quã quę ſecundum partem. Amplius ſiquidem eſſet aliqua ratio * & non ęquiuocatio, vniuerſale vtique nihil minus eſſet quibuſdam,quę ſecundum partem: ſed & magis. quanto incorruptibilia in illis ſunt, quę vero ſecundum partem corruptibilia magis. Præterea nulla neceſſitas ſuſpicari aliquid eſſe hoc preter hæc quod unum ſignificant niſi magis, quam in alijs, quæcunque non aliquid ſignificant, ſed aut quale, aut ad aliquid, aut facere: ſi vero eſt, non demonſtratio cau ſa, ſed qui audit. Amplius ſi demonſtratio quidem eſt ſyllogiſmus monſtratiuus cauſæ, & eius, quod eſt propter quid,vniuerſale autem magis eſt cauſa: cui enim per ſe ineſt aliquid, hoc ipſum ipſi cauſa, vniuerſale autem primum, cauſa igitur uniuerſale, quare & demonſtratio melior: magis enim cauſæ & eius quod eſt propter quid eſt. Preterea uſque ad hoc quęrimus pro pter quid,& tunc opinamur ſcire, quando non ſit,quod aliquid aliud hoc aut factum, aut exiſtens: finis enim & terminus ipſum extremum iam ſic eſt. ut cuius gratia

* a. Lratio una.

tia uenit? ut accipiat argentum: hoc autem?ut reddat, cui debet: hoc autem? ne iniuſtitiam committat & ita præcedentes, quando non amplius propter aliud, neque alius cauſa, propter hoc, ut finem dicimus veniſſe,& eſſe, & fieri, & tunc cognoſcere maxime propter quid venit,ſic itaque ſitr ſe habet in oĩbus cauſis, & ijs, quæ ſunt propter quid: in ijs uero,quæcunque ſunt cauſæ ſic,ut cuius cauſa, ſic nouimus maxime: & in alijs igitur tunc maxime ſcimus, quando non amplius inſit hoc, quoniam aliud. quando igitur cognoſcimus,quòd quatuor, qui extra ſunt æquales, quoniam æquicrus: adhuc deficit propter quid æquicrus? quoniam triangulus: & hoc, quoniam figura rectilinea ſi autem hoc, non amplius propter aliquid erunt, maxime ſcimus, & vniuerſale eſt tunc. uniuerſalis igitur melior. Amplius quęcunque magis utique ſecundum partem,ſunt, in infinita incidunt, uniuerſalis uero in ſimplex & terminum: ſunt autem inquantum infinita quidem non ſcibilia,inquantum autem finiuntur ſcibilia: inquantum igitur uniuerſalia magis ſcibilia, quàm inquantũ ſecundum partem. demonſtrabilia igitur magis quæ vniuerſalia,demõſtrabilium uero magis,magis eſt demonſtratio,ſimul enim magis,quæ ad aliquid exiſtũt: melior itaque eſt uniuerſalis,quoniam & magis eſt demonſtratio. Amplius ſi eligibilior, ſit illa, ſecundum quàm hoc & aliud; quàm ſi illa. ſecundum quam hoc ſolum nouit:qui uero uniuerſalẽ habet, nouit: & quod ſecundum partem:hic autem uniuerſale non nouit:quare & ſic vtique eligibilior erit. Amplius autem ſic:uniuerſale enim magis ſcire eſt eo, quod monſtratur per medium, quod eſt proximum principio, ualde autem proximum eſt immediatum: hoc uero principium. Si igitur quæ ex principio eſt ea, quæ non ex principio, aut magis ex principio ea, quæ minus, certior eſt demonſtratio:eſt autem talis, quæ uniuerſalior, melior utique eſſet uniuerſalis ueluti,ſi oporteret demõſtrare A de D,per media,in quibus B C, ſuperius itaq; B,quare quæ per hoc uniuerſalior. Sed ex ijs, quæ dicta ſunt,

 nonnulla

nonnulla logica ſunt: maxime autem manifeſtum, q̃ vniuerſalis eſt potior; quoniam propoſitionum priorem quidem habentes, nouimus quodammodo, & poſteriorem, & habemus potentia, vt ſiquis nouit quod omnis triangulus duobus rectis, nouit quodammodo & æquicrurem quòd duobus rectis eſt potentia: & ſi nõ nouit æquicrurem quod triangulus, qui vero hanc habet propoſitionem, vniuerſale nullo modo nouit neque potentia, neque actu. Et vniuerſalis quidem intelligibilis: quæ vero ſecundum partem, in ſenſum deſinit. Quod igitur uniuerſalis melior ea, quæ ſecundum partem, tot nobis dicta ſunt,

CONCLVSIO.

Demonſtratio univerſalis, cum ſit cauſa ſcientiæ, potior eſt particulari.

Vniuerſale nihil eſt præter particulari, ſed uel nihil eſt, aut poſterius eſt.

Scimus maxime tunc cum ob ultimam cauſam ſcimus.

Vniuerſalia ſubiciuntur intellectui, particularia uero ſenſibus.

Quod demonſtratio affirmatiua præſtantior ſit negatiua, Cap. 19.

QVod autem monſtratiua priuatiua, hinc manifeſtũ; ſit enim hæc demonſtratio melior (aliis eiſdem exiſtẽtibus) quæ eſt ex paucioribus petitionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitionibus. ſi enim notæ ſimiliter ſunt, celerius cognoſcere per has inerit: hoc autem eligibilius eſt. Ratio autem propoſitionis, quòd melior, quæ ex minoribus, vniuerſaliter hæc eſt: ſi enim cõſimiliter eſſet hoc, quod eſt, nota eſſe media, priora notiora eſſent. Sit demonſtratio quidem

per

per media B C D, quòd A ipſi E ineſt: quæ vero per F G, quòd A ipſi D. Conſimiliter itaque ſe habet, quòd A ipſi D ineſt, & A ipſi E, quòd autem A ipſi D, prius & notius, quàm quòd A ipſi E. per hoc enim illud demonſtratur. credibilius aũt quod eſt per quod, & quæ per pauciora. igitur demonſtratio melior aliis eiſdem exiſtentibus: ambæ igitur & per terminos tres & propoſitiones duas monſtrant, ſed hæc quidem eſſe aliquid accipit, illa vero & eſſe & non eſſe aliquid. per plura igitur: quare & peior eſt. Præterea quoniam monſtratum fuit, quòd im poſſibile eſt ut utriſque exiſtentibus priuatiuis propoſitionibus, fiat ſyllogiſmus, ſed hanc quidem oporteat talem eſſe, illã uero, quòd ineſt. Amplius ad hoc oportet hoc accipere, prædicatiuas enim (aucta demonſtratione) neceſſarium eſt fieri plures, priuatiuas vero impoſſibile eſt plures eſſe vna in omni ſyllogiſmo. Sit .n. nulli inexiſtens ipſum A, in quot ipſum B, C vero omni inexiſtens ipſum B, ſi uero oporteat rurſus augere utraſque propoſitiones, medium inijciendum, ipſius quidem A B, ſit D, ipſius uero B C E. è quidem igitur manifeſtum quòd eſt prædicatiuum, D uero de B quidem prædicatiuum, ad A uero vt priuatiuum ponitur. D enim de omni B; A autem nulli oportet eorum, quæ D ineſſe. fit igitur una priuatiua propoſitio, quæ eſt A D, idem uero modus & in alijs ſyllogiſmis. ſemper enim medium prædicatiuorum terminorum, prædicatiuum ad utraque: priuatiui autem in altera priuatiuum neceſſarium eſt eſſe: quare hæc una talis fit propoſitio, aliæ uero prædicatiuæ. Si igitur notius, per quod monſtratur & credibilius: monſtratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam: hoc autem per illa non monſtratur prior & notior exiſtẽs & credibilior melior utique erit. Amplius, ſi principium ſyllogiſmi vniuerſalis propoſitio immediata: eſt autem in monſtratiua quidem affirmatiua, in priuatiua uero negatiua uniuerſalis propoſitio, affirmatiua autem negatiua prior & notior, propter nanque affirmationem negatio nota. Et prior affirmatio quemadmodum & eſſe ipſo non eſſe: quare melius

principium mōſtratiue quam priuatiue. Quæ vero me lioribus principijs utitur melior. Amplius principalior, ſine enim monſtrante non eſt priuatiua.

CONCLVSIONES.

Sicut eſſe, ſimpliciter præcedit non eſſe, ita affirmatio præcedit negationem.

Demonſtratio affirmatiua potior eſt negatiua.

Demonſtrationem oſtenſiuam potiorem eſſe ea quæ ducit ad incommodum. Cap. 20.

Tex. 41. QVoniam uero prædicatiua melior eſt planum quòd ad impoſſibile ducente. Oportet autem ſcire quæ eſt differentia ipſarum. ſit itaq; inexiſtens nulli B, ipſi uero C B omni, neceſſe utique eorũ, quæ C, nulli ineſſe ipſum A. ſic igitur acceptis oſtenſiua vtiq; priuatiua eſſet demonſtratio, quòd A ipſi C nõ ineſt: quę uero ad impoſſibile ita ſe habet, ſi oporteat mõſtrare, quòd A, ipſi A non ineſt, accipiendum ineſſe, & B ipſi C. Quare cõtingit A ipſi C ineſſe: hoc autem ſit notum & confeſſum, quòd impoſſibile, nõ igitur poteſt A ipſi B ineſſe. ſi igitur B, ipſi C, confeſſum eſt ineſſe A, ipſi B, impoſſibile eſt ineſſe: termini igitur cõſimiliter ordinantur. differt autem vtra ſit notior propoſitio priuatiua, vtrum quòd ipſi B non ineſt, an quòd A ipſi C. quãdo igitur ſit concluſio notior, quòd non eſt quæ ad impoſſibile, ſit demõſtratio: quando autem in ſyllogiſmo ſit, demonſtratiua natura autem prior, quòd A ipſi B, quàm quòd A ipſi C. prius enim ſunt cõcluſione, ex quibus eſt concluſio. eſt autem A ipſi C non ineſſe, concluſio, A vero ipſi B, ex quo concluſio. Non enim ſi contingit ablatum eſſe aliquid, hoc eſt concluſio, illa vero ex quibus ſunt, ſed hoc quidem, eſt ex quo ſyllogiſmus eſt, quòd vtiq; ſic ſe hẽt, vt aut totius ad partem, aut partis ad totũ habeat rõnem: ſed A C, & A B propoſitiones nõ ſe ha-

ſe habēt ita inter ſe. ſi igitur quæ ex notioribus & prioribus melior: ſunt autem ambæ ex eo, quòd non ſit aliquid, credibiles, ſed hæc quidem ex priori, illa uero ex poſteriori. melior ſimpliciter utique erit priuatiua demonſtratio ea, quę ad impoſſibile, quare & quę hac melior prædicatiua, manifeſtum, quòd & ea quæ ad impoſſibile eſt melior.

CONCLVSIONES.

Demonſtratio oſtenſiua potior eſt ducente ad impoſſibile.

Quę ſcientia certior altera, & eiuſdem plures eſſe poſſe demonſtrationes. Cap. 21.

CErtior autem eſt ſcientia, ſcientia & prior, quæ ipſius quod & propter quid eſt eadem, ſed non quę ſeorſum ipſius quod ab ea, quæ propter q̄d, & quæ non de ſubiecto ea, quæ de ſubiecto. vt Arithmetica Harmonica: & quæ ex paucioribus ea, quæ eſt ex appoſitione ut Arithmetica Geometria. dico autē ex appoſitione, ut unitas eſt ſubſtantia ſine poſitione, pūctus uero ſubſtantia cum poſitione, hos autem ex appoſitione. Vna autem ſcientia eſt quæ eſt unius generis, quæcunque ex primis componuntur, & partes ſunt, aut paſſiones horum per ſe. Altera uero ſcientia eſt ab altera, quoruncunque principia neque ex ijſdem neque altera ex alteris. huius autem ſignum, quando ad indemonſtrabilia uenerit. oportet enim ipſa in eodem genere eſſe cum demonſtratis: ſignum autem & huius, quando quę monſtrantur per ipſa in eodem genere ſint, & cognata. Plures autem demonſtrationes eſſe eiuſdem euenit, non ſolum ex eadem coordinatione accipienti non continuum medium, ut eorum, quæ ab C & D, & E, ſed & ex altera, vt ſit A permutari, in quo aūt D moueri, ipſum uero B delectari, & rurſus G, quieſcere:

Tex. 41.

Tex. 43.

illud aliquid ſignificant, de quo prædicantur. quæcunque vero non ſubſtantiam ſignificant, ſed de alio ſubiecto dicuntur, quod non eſt, neque quod illud, neque quod illud aliquid, accidentia. quemadmodum de homine album. non enim eſt homo, neque quod album, neque quod album quid, ſed animal fortaſſe: homo enim eſt, quod animal. Quæcunque vero nón ſubſtantiam ſignificant, oportet de aliquo ſubiecto prædicari, & non eſſe aliquid album, quod non alterum quid exiſtens albũ eſt. Species enim valeant, nanque & * teretiſmata ſunt, & ſi ſunt, nihil ad ſermonem ſunt, demonſtrationes enim de talibus ſunt. Amplius ſi non eſt hoc huius qualitas, & illud huius, neque qualitatis qualitas, impoſſibile eſt retrouerſum prædicari inter ſe ſic, ſed verum quidem dicere contingit, retrouerſum autem prædicare uere non contingit. Vel enim ut ſubſtantia * prædicabitur, veluti ſi genus exiſtens, aut differentia prædicati. Hæc autem monſtrata ſunt, quòd non erunt infinita, neque deorſum, ut homo bipes, hoc animal. hoc autem alterum, neque animal de homine, hoc autem de Callia in eo quod eſt quid, ſubſtantiam enim omnem eſt definire talem, infinita vero non eſt pertranſire intelligentem. quare neque ſurſum, neque deorſum infinita. illam nanque non eſt definire, de qua infinita prædicantur. Sic itaque genera inter ſe non retrouerſum prædicabuntur, erit enim ipſum quod ipſum quid. Neque utique qualis, aut aliorum nullum, ſi non ſecundum accidens predicatum fuerit? omnia enim hæc accidunt, & de ſubſtantiis prædicantur: ſed certe, neque ſurſum infinita erunt, de vnoquoque nanque prædicatur, quod vtique ſignificet, aut quale quid, aut quãtum quid, aut de talibus, aut quæ in ſubſtantia: hæc autem determinata ſunt, & genera prædicamẽtorum determinata ſunt: aut enim quale aut quãtum, aut ad aliquid, aut faciens aut patiens aut ubi, aut quando. Suppoſitum autem fuit vnum de vno predicari: ipſa vero de ipſis, quæcunque non quid ſunt, non prædicari, accidentia

*Ioã. Grã. τερετίσματα autẽ uocantur præcantus citharedorũ, quos in articulate canunt, vt experiantur diſſonãtiam chordarum, ſi ſecundum cõuenientem melodia rõ nẽ extenſæ ſunt: vel alias pertrectationes citharedorũ inarticulate, experientiæ grã diſſonantiæ chordarum factæ Argy. addit aut ut accidẽs. συμβέβηκε acciderunt.

dentia nanque ſunt omnia:ſed hæc quidem per ſe, illa autem ſecundum alterum modum. hæc autem omnia de ſubiecto aliquo prædicari dicimus, accidens autem nõ eſſe ſubiectum aliquid, nihil enim talium ponimus eſſe, quod non alterum quid exiſtens dicitur, ſed ipſum alijs, & alia quædam de alio. Neque ſurſum itaque vnum de uno, neque deorſum ineſſe dicetur. de quibus enim dicuntur accidentia, quæcunque inſunt in ſubſtã tia vniuſcuiuſque, hæc non ſunt infinita, ſurſum autem & hæc & accidentia vtraque non infinita. Neceſſe igitur eſt eſſe aliquid, de quo primum aliquid prædicatur, & de hoc aliud & hoc ſtare, & eſſe aliquid, quod non amplius. neque de alio priori, neque de illo aliud prius prædicatur. Vnus igitur modus dicitur demonſtrationis hic. Amplius autem alius eſt, ſi de quibus priora aliqua prædicantur, eſt horum demonſtratio, quorum autem eſt demonſtratio, neque melius euenit ſe habere ad ipſa quam ſcire, neque ſcire ſine demonſtratione. ſi autem hoc per hæc notum, hæc autem non nouimus, neque melius nos habemus ad ipſa, quàm ſcire, neque quod per hæc notum ſciemus. Si igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter & non ex quibuſdam, neque ex ſuppoſitione. neceſſe eſt ſtare prædicationes intermedias: ſi enim non ſtant, ſed eſt ſemper acceptio ad ſuperius, omnium erit demonſtratio: quare, ſi infinita non euenit pertranſire, quorum eſt demonſtratio, hæc non ſciemus per demonſtrationem. ſi igitur neque melius nos habemus ad ipſa, quàm ſcire, non erit aliquid ſcire per demonſtrationem ſimpliciter ſed ex ſuppoſitione. Logice igitur ex his quidem aliquis crederet de eo, quod dictum eſt: reſolutorie vero per hæc manifeſtum breuius, quòd neque ſurſum, neque deorſum infinita prædicata contingit eſſe in demõſtratiuis ſcientiis, de quibus conſideratio eſt. demonſtratio nanque eorum eſt quæcunque per ſe inſunt rebus. per ſe vero dupliciter, quæcunque etenim in illis inſunt in eo, quod eſt quid & quibus ipſa in eo, quod eſt quid inexiſtentibus ipſis. vt in numero impar, quod Tex. 36.
ineſt

ineſt quidem numero, ineſt autem ipſi numerus in ratione ipſius: & rurſus multitudo, aut diuiſibile in ratione numeri ineſt. horum autem neutra contingit infinita eſſe, neque vt impar numeri: iterum enim in impari aliud eſſet, cui inerat exiſtenti, hoc autem ſi ſit primum numerus inerit inexiſtentibus ipſi. Si igitur non contingit infinita talia eſſe in vno neque ſurſum erunt infinita: ſed neceſſe vtique omnia ineſſe ipſi primo, vt numero, & illis numerum. quare conuertentia erunt, ſed non ſupertendentia. Neque etiam, quæcunque in eo. quòd eſt quid inſunt, neque hæc infinita ſunt: neque enim eſſet vtique definire. Quare ſi prædicata quidem per ſe omnia dicuntur: hæc autem non infinita, ſtarent vtique quæ ſurſum: quare & deorſum. ſi autem ſic, & quæ in medio duobus terminis ſemper inerunt finita: ſi vero hoc, planum iam demonſtrationum quòd neceſſe eſt principia eſſe, & non omnium eſſe demonſtrationem: quòd dicebamus quoſdam dicere à principio, ſi enim ſunt principia, neque omnia demonſtrabilia, neque in infinitum iri poteſt: eſſe enim vtrumuis horum nihil aliud eſt, quam eſſe nullam diſtantiam immediatam, & indidiſibilem, ſed omnes diuiſibiles. intro nanque proiiciendo terminum, ſed non aſſumendo demonſtratur, quod demonſtratur: quare ſi hoc in infinitum contingit ire, contingeret vtiq; duorum terminorum infinita in intermedio eſſe media: ſed hoc impoſſibile, ſi ſtant prædicamenta ſurſum, & deorſum. Quod autem ſtant, monſtratum fuit logice quidem prius, reſolutorie vero nunc.

CONCLVSIONES.

Omnis ſyllogiſmus eſt per tres terminos.
Non contingit ire in infinitum in prædicatis, nec aſcendendo, nec deſcendendo.

Quomodo propoſitiones mediatæ ad immediatas reducantur. Cap. 17.

MOnſtratis autem his, manifeſtum, quòd ſi aliquid idem duobus inſit, vt A, & ipſi C, & ipſi D: cum non prædicetur alterum de altero, aut nullo modo, aut non de omni, ꝙ non ſemper ſm commune aliquid inerit. vt æquicruri, & gradato hoc, quod eſt duobus rectis æquales habere ſm cõmune aliquod ineſt. ſm ꝙ enim figura quædam ineſt, & non ſm ꝙ alterum. hoc autem non ſemper ita ſe habet: ſit enim B, ſm ꝙ A ipſi C D ineſt, planum igitur, ꝙ & B ipſi C & D. ſecundum aliud commune. & illud ſm alterum: quare inter duos terminos infiniti vtiq; inciderent termini: ſed impoſſibile. ſecundum igitur commune aliquid ineſſe non neceſſarium ſemper idem pluribus, ſiquidem erunt * immediata interualla. In eodem tamen genere & ex eiſdem indiuiduis neceſſe eſt terminos eſſe: ſiquidem ipſum commune erit ex iis quæ per ſe inſunt non enim erat ex alio genere in aliud tranſcendere quæ monſtrantur. Manifeſtum autem, & quòd quando A inſit B: ſiquidem eſt aliquid medium, eſt monſtrare quòd A ineſt B, & elementa huius ſunt hec, & tot, quot media ſunt. immediatæ nanque propoſitiones elemẽta ſunt, aut omnes, aut vniuerſales: ſi autem non eſt aliquod medium, non amplius eſt demonſtratio: ſed hæc eſt uia, quæ in principia. Conſimiliter autem & ſi A ipſi B non ineſt. ſiquid eſt aut medium, aut prius, cui non ineſt, eſt demonſtratio: ſi autem non, non eſt: ſed principia

Tex. 37.

* al. le. mediata alias infinita.

Tex. 38.

principia & elementa tot ſunt, quot termini. Horum nanque propoſitiones principia demonſtrationis ſunt: & quemadmodum nonnulla principia ſunt indemonſtrabilia, quòd eſt iſtud hoc, & ineſt iſtud huic, ita & quòd non eſt iſtud hoc, neque ineſt iſtud huic: quare hæc quidem eſſe aliquid, illa autem non eſſe aliquid, erunt principia. Quando autem opus ſit monſtrare, accipiendum eſt, quod de B prædicatur primo, ſit C, & de hoc conſimiliter A, & ita ſemper procedenti nunquam extra ipſum propoſitio, neque exiſtens accipitur ipſius A in demonſtrando, ſed ſemper medium condenſatur: quouſque indiuiſibilia fiant & vnum: eſt autem vnum, quando immediatum factum fuerit, & una propoſitio ſimpliciter, quæ immediata. Et quemadmodum in aliis principium ſimplex, hoc autem non idem vbique: ſed in pondere quidem mina, in cantu vero * dieſis: illud autem in alio: conſimiliter in ſyllogiſmis ipſum vnum eſt propoſitio immediata: in demonſtratione vero ac ſcientia intellectus. In monſtratiuis igitur ſyllogiſmis ipſius inexiſtentis, nihil extra cadit: in priuatiuis vero, vbi quidem quod oportet ineſſe, nihil extra hoc cadit: ut, ſi A ipſi B, per C, non ineſt: ſi enim omni quidem B C, * A vero ipſum C nulli. rurſus ſi opus fuerit, quòd A C nulli ineſt, medium accipiendum ipſius A & C, & ita ſemper progredietur. Si autem oportuerit monſtrare, quòd D ipſi E non ineſt, eo quòd C D quidem omni ineſt: E vero nulli, aut non omni, nunquam cadet extra E: hoc autem eſt, cui non oportet, ineſſe, in tertio autem modo, neque A quo oportet, neq; quod oportet priuare nunquã extra ibit.

* dieſis, i. primus ſenſibilis ſonus.

* a.l. A uero nulli ipſum C.

CONCLVSIO.

Non ſunt infinita media ad concluſionem mediatam probandam, ſed determinata in ſurſum, uel in deorſum.

Quod

Quod demonſtratio vniuerſalis præſtantior ſit particulari. Cap. 18.

CVm uero ſit demonſtratio hæc quidem vniuerſaliter,illa uero ſecundum partem, & hæc quidem prædicatiua, illa uero priuatiua , dubitatur vtra ſit melior: conſimiliter autem & de ea, quæ demonſtrare dicitur, & de ea, quæ ad impoſſibile ducit,demonſtratione. Primum igitur conſideremus de vniuerſali, & quæ ſecundum partem: hoc autem cum declarauerimus, & de ea, quæ monſtrare dicitur, & de ea,quæ ad impoſſibile, dicemus. Videretur igitur fortaſſe aliquibus ita conſiderantibus, eam, quæ ſecũdum partem, eſſe meliorem:ſi enim ſecundum quam magis ſcimus demonſtrationem, melior eſt demonſtratio, (hæc enim eſt virtus demonſtrationis). magis autem ſcimus vnumquodque, cum ipſum ſciamus ſecundum ſe, quam quando ſecundum aliud, vt muſicum Coriſcum, quando quòd Coriſcus muſicus, quàm quando quòd homo muſicus. ſimiliter autem & in aliis. Vniuerſalis autem,quòd aliud non, quòd ipſum contingit, monſtrat: vt quòd æquicrus, non quòd æquicrus, ſed ꝙ triangulus:quæ vero ſecũdum partem, quòd ipſum mõſtrat. ſi igitur melior quidem, quæ ſecundum ipſum:talis autem quæ ſecundum partem: vniuerſali magis, & melior vtique, quæ ſecundum partem, demonſtratio erit. Amplius,ſi uniuerſale quidem non eſt aliquid præter ſingularia:demonſtratio vero opinionem facit eſſe aliquid hoc, ſecundum quod demonſtrat, & quandam naturam eſſe in entibus talẽ:vt trianguli præter quoſdam & figuræ præter quaſdam, & numeri præter quoſdam numeros: melior autem, quæ eſt de ente, quàm quæ de non ente,& propter quàm nõ decipietur, quam propter quam decipietur: vniuerſalis autem eſt talis (procedentes enim monſtrant,) quemadmodum de proportionato. ut quod utique ſit aliquid tale, erit proportionatum, quod neque linea, neque numerus, Tex. 39.

neque

neque ſolidum,neque planum,ſed præter hæc aliquid: ſi igitur vniuerſalis quidem magis hęc, de ente autem minus, quàm quę ſecundum partem, & facit opinionẽ falſam:peior vtique eſſet vniuerſalis,quam quę ſecundum partem.& primum quidem nihil magis in vniuerſali,quàm quę ſecundum partem, altera ratio eſt: ſi.n. quod duobus rectis ineſt,non inquantum ęquicrus, ſed inquantum triangulus,qui nouit,quid ęquicrus, minus nouit inquantum ipſum,quam qui nouit, quòd triangulus:& omnino ſiquidem non exiſteute ſit triangulus,poſtea monſtrat,non eſſet utique demonſtratio:ſinautem exiſtente, qui nouit unumquodque inquantum unumquodque ineſt. magis nouit: ſi itaque triãgulus in plus eſt,& eadem ratio, & non ſecundum ęquiuocationem triangulus,& ineſt omni triangulo hoc, quod eſt duos: non triangulus inquantum ęquicrus, ſed ęquicrus inquantum triangulus habet tales angulos: quare qui vniuerſaliter ſcit,magis nouit: ſecundum quòd ineſt, quã qui ſecuudum partem. Melior itaque vniuerſalis, quã quę ſecundum partem. Amplius ſiquidem eſſet aliqua ratio * & non ęquiuocatio, vniuerſale vtique nihil minus eſſet quibuſdam,quę ſecundum partem: ſed & magis. quanto incorruptibilia in illis ſunt, quę vero ſecundum partem corruptibilia magis. Præterea nulla neceſſitas ſuſpicari aliquid eſſe hoc preter hæc quod unum ſignificant niſi magis, quam in alijs, quæcunque non aliquid ſignificant, ſed aut quale, aut ad aliquid, aut facere: ſi vero eſt, non demonſtratio cauſa, ſed qui audit. Amplius ſi demonſtratio quidem eſt ſyllogiſmus monſtratiuus cauſæ, & eius, quod eſt propter quid,vniuerſale autem magis eſt cauſa: cui enim per ſe ineſt aliquid, hoc ipſum ipſi cauſa, vniuerſale autem primum, cauſa igitur uniuerſale, quare & demonſtratio melior: magis enim cauſæ & eius quod eſt propter quid eſt. Preterea uſque ad hoc querimus propter quid,& tunc opinamur ſcire, quando non ſit,quod aliquid aliud hoc aut factum, aut exiſtens: finis enim & terminus ipſum extremum iam ſic eſt. ut cuius gratia

* a. Lratio una.

tia

tia uenit? ut accipiat argentum: hoc autem?ut reddat, cui debet: hoc autem? ne iniuſtitiam committat & ita præcedentes, quando non amplius propter aliud, neque alius cauſa, propter hoc, ut finem dicimus veniſſe,& eſſe, & fieri, & tunc cognoſcere maxime propter quid venit,ſic itaque ſi̅r ſe habet in oĩbus cauſis, & ijs, quæ ſunt propter quid: in ijs uero,quæcunque ſunt cauſæ ſic,ut cuius cauſa, ſic nouimus maxime: & in alijs igitur tunc maxime ſcimus, quando non amplius inſit hoc, quoniam aliud. quando igitur cognoſcimus,quòd quatuor, qui extra ſunt æquales, quoniam æquicrus: adhuc deficit propter quid æquicrus? quoniam triangulus: & hoc, quoniam figura rectilinea ſi autem hoc, non amplius propter aliquid erunt, maxime ſcimus, & vniuerſale eſt tunc. uniuerſalis igitur melior. Amplius quęcunque magis utique ſecundum partem,ſunt, in infinita incidunt, uniuerſalis uero in ſimplex & terminum: ſunt autem inquantum infinita quidem non ſcibilia,inquantum autem finiuntur ſcibilia: inquantum igitur uniuerſalia magis ſcibilia, quàm inquantũ ſecundum partem. demonſtrabilia igitur magis quæ vniuerſalia,demõſtrabilium uero magis,magis eſt demonſtratio,ſimul enim magis,quæ ad aliquid exiſtũt: melior itaque eſt uniuerſalis,quoniam & magis eſt demonſtratio. Amplius ſi eligibilior, ſit illa, ſecundum quàm hoc & aliud; quàm ſi illa. ſecundum quam hoc ſolum nouit:qui uero uniuerſalẽ habet, nouit: & quod ſecundum partem:hic autem uniuerſale non nouit:quare & ſic vtique eligibilior erit. Amplius autem ſic:uniuerſale enim magis ſcire eſt eo, quod monſtratur per medium, quod eſt proximum principio, ualde autem proximum eſt immediatum: hoc uero principium. Si igitur quæ ex principio eſt ea, quæ non ex principio, aut magis ex principio ea, quæ minus, certior eſt demonſtratio:eſt autem talis, quæ uniuerſalior, melior utique eſſet uniuerſalis ueluti,ſi oporteret demõſtrare A de D,per media,in quibus B C, ſuperius itaq; B,quare quæ per hoc uniuerſalior. Sed ex ijs, quæ dicta ſunt,

nonnulla logica ſunt: maxime autem manifeſtum, q̃ vniuerſalis eſt potior: quoniam propoſitionum pri- rem quidem habentes, nouimus quodammodo, & poſteriorem, & habemus potentia, vt ſiquis nouit quod omnis triangulus duobus rectis, nouit quodammodo & æquicrurem quòd duobus rectis eſt potentia: & ſi nõ nouit æquicrurem quod triangulus, qui vero hanc habet propoſitionem, vniuerſale nullo modo nouit neque potentia, neque actu. Et vniuerſalis quidem intelligibilis: quæ vero ſecundum partem, in ſenſum deſinit. Quod igitur uniuerſalis melior ea, quæ ſecundum partem, tot nobis dicta ſunt.

CONCLVSIO.

Demonſtratio univerſalis, cum ſit cauſa ſcientiæ, potior eſt particulari.

Vniuerſale nihil eſt præter particulari, ſed uel nihil eſt, aut poſterius eſt.

Scimus maxime tunc cum ob ultimam cauſam ſcimus.

Vniuerſalia ſubiciuntur intellectui, particularia uero ſenſibus.

Quod demonſtratio affirmatiua præſtantior ſit negatiua, Cap. 19.

QVod autem monſtratiua priuatiua, hinc manifeſtũ; ſit enim hæc demonſtratio melior (alijs eiſdem exiſtẽtibus) quæ eſt ex paucioribus petitionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitionibus. ſi enim notæ ſimiliter ſunt, celerius cognoſcere per has inerit: hoc autem eligibilius eſt. Ratio autem propoſitionis, quòd melior, quæ ex minoribus, vniuerſaliter hæc eſt: ſi enim cõſimiliter eſſet hoc, quod eſt, nota eſſe media, priora notiora eſſent. Sit demonſtratio quidem per

per media B C D, quòd A ipſi E ineſt: quæ vero per F G, quòd A ipſi D. Conſimiliter itaque ſe habet, quòd A ipſi D ineſt, & A ipſi E, quòd autem A ipſi D, prius & notius, quàm quòd A ipſi E. per hoc enim illud demonſtratur. credibilius aũt quod eſt per quod, & quæ per pauciora. igitur demonſtratio melior aliis eiſdem exiſtentibus: ambæ igitur & per terminos tres & propoſitiones duas monſtrant, ſed hæc quidem eſſe aliquid accipit, illa vero & eſſe & non eſſe aliquid. per plura igitur: quare & peior eſt. Præterea quoniam monſtratum fuit, quòd im poſſibile eſt ut utriſque exiſtentibus priuatiuis propoſitionibus, fiat ſyllogiſmus, ſed hanc quidem oporteat talem eſſe, illã uero, quòd ineſt. Amplius ad hoc oportet hoc accipere, prædicatiuas enim (aucta demonſtratione) neceſſarium eſt fieri plures, priuatiuas vero impoſſibile eſt plures eſſe vna in omni ſyllogiſmo. Sit .n. nulli inexiſtens ipſum A, in quot ipſum B, C vero omni inexiſtens ipſum B, ſi uero oporteat rurſus augere utraſque propoſitiones, medium inijciendum, ipſius quidem A B, ſit D, ipſius uero B C E. è quidem igitur manifeſtum quòd eſt prædicatiuum, D uero de B quidem prædicatiuum, ad A uero vt priuatiuum ponitur. D enim de omni B: A autem nulli oportet eorum, quæ D ineſſe. fit igitur una priuatiua propoſitio, quæ eſt A D, idem uero modus & in alijs ſyllogiſmis. ſemper enim medium prædicatiuorum terminorum, prædicatiuum ad utraque: priuatiui autem in altera priuatiuum neceſſarium eſt eſſe: quare hæc una talis ſit propoſitio, aliæ uero prædicatiuæ. Si igitur notius, per quod monſtratur & credibilius: monſtratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam: hoc autem per illa non monſtratur prior & notior exiſtẽs & credibilior melior utique erit. Amplius, ſi principium ſyllogiſmi vniuerſalis propoſitio immediata: eſt autem in monſtratiua quidem affirmatiua, in priuatiua uero negatiua uniuerſalis propoſitio, affirmatiua autem negatiua prior & notior, propter nanque affirmationem negatio nota. Et prior affirmatio quemadmodum & eſſe ipſo non eſſe: quare melius

principium mõſtratiue quam priuatiue. Quæ vero me
lioribus principijs utitur melior. Amplius principa-
lior, ſine enim monſtrante non eſt priuatiua.

CONCLVSIONES.

Sicut eſſe, ſimpliciter præcedit non eſſe, ita affirmatio præcedit negationem.
Demonſtratio affirmatiua potior eſt negatiua.

Demonſtrationem oſtenſiuam potiorem eſſe ea quæ ducit ad incommodum. Cap. 20.

Tex. 41. QVoniam uero prædicatiua melior eſt planum quòd ad impoſſibile ducente. Oportet autem ſcire quæ eſt differentia ipſarum. ſit itaq; inexiſtens nulli B, ipſi uero C B omni, neceſſe utique eorũ, quæ C, nulli ineſſe ipſum A. ſic igitur acceptis oſtenſiua vtiq; priuatiua eſſet demonſtratio, quòd A ipſi C nõ ineſt: quę uero ad impoſſibile ita ſe habet, ſi oporteat mõſtrare, quòd A, ipſi A non ineſt, accipiendum ineſſe, & B ipſi C. Quare cõtingit A ipſi C ineſſe: hoc autem ſit notum & confeſſum, quòd impoſſibile, nõ igitur poteſt A ipſi B ineſſe. ſi igitur B, ipſi C, confeſſum eſt ineſſe A, ipſi B, impoſſibile eſt ineſſe: termini igitur cõſimiliter ordinantur. differt autem vtra ſit notior propoſitio priuatiua, vtrum quòd ipſi B non ineſt, an quòd A ipſi C. quãdo igitur ſit concluſio notior, quòd non eſt quæ ad impoſſibile, ſit demõſtratio: quando autem in ſyllogiſmo ſit, demonſtratiua natura autem prior, quòd A ipſi B, quàm quòd A ipſi C. prius enim ſunt cõcluſione, ex quibus eſt concluſio. eſt autem A ipſi C non ineſſe, concluſio, A vero ipſi B, ex quo concluſio. Non enim ſi contingit ablatum eſſe aliquid, hoc eſt concluſio, illa vero ex quibus ſunt, ſed hoc quidem, eſt ex quo ſyllogiſmus eſt, quòd vtiq; ſic ſe hẽt, vt aut totius ad partem, aut partis ad totũ habeat rõnem: ſed A C, & A B propoſitiones nõ ſe ha-

ſe habẽt ita inter ſe. ſi igitur quæ ex notioribus & prioribus melior: ſunt autem ambæ ex eo, quòd non ſit aliquid, credibiles, ſed hæc quidem ex priori, illa uero ex poſteriori. melior ſimpliciter utique erit priuatiua demonſtratio ea, quę ad impoſſibile, quare & quę hac melior prædicatiua, manifeſtum, quòd & ea quæ ad impoſſibile eſt melior.

CONCLVSIONES.

Demonſtratio oſtenſiua potior eſt ducente ad impoſſibile.

Quę ſcientia certior altera, & eiuſdem plures eſſe poſſe demonſtrationes. Cap. 21.

CErtior autem eſt ſcientia, ſcientia & prior, quæ ipſius quod & propter quid eſt eadem, ſed non quę ſeorſum ipſius quod ab ea, quæ propter q̃d, & quæ non de ſubiecto ea, quæ de ſubiecto. vt Arithmetica Harmonica: & quæ ex paucioribus ea, quæ eſt ex appoſitione ut Arithmetica Geometria. dico autẽ ex appoſitione, ut unitas eſt ſubſtantia ſine poſitione, pũctus uero ſubſtantia cum poſitione, hos autem ex appoſitione. Vna autem ſcientia eſt quæ eſt unius generis, quæcunque ex primis componuntur, & partes ſunt, aut paſſiones horum per ſe. Altera uero ſcientia eſt ab altera, quoruncunque principia neque ex iiſdem neque altera ex alteris. huius autem ſignum, quando ad indemonſtrabilia uenerit. oportet enim ipſa in eodem genere eſſe cum demonſtratis: ſignum autem & huius, quando quę monſtrantur per ipſa in eodem genere ſint, & cognata. Plures autem demonſtrationes eſſe eiuſdem euenit, non ſolum ex eadem coordinatione accipienti non continuum medium, ut eorum, quæ ab C & D, & E, ſed & ex altera, vt ſit A permutari, in quo aũt D moueri, ipſum uero B delectari, & rurſus G,

Tex. 42.

Tex. 43.

quieſcere: verum eſt igitur & D de B, & A de D prædicari. nam quod delectatur mouetur: & quod mouetur permutatur: rurſus A, de G, & G de B, verum prædicari: omnis enim qui delectatur quieſcit, & qui quieſcit permutatur: quare per altera media, & non ex eadem coordinatione ſyllogiſmus: non tamen, ut neutrum de neutro dicatur mediorum, neceſſe eſt enim eidē alicui ambo ineſſe. Conſiderare eſt autem & per alias figuras, quot modis contingit eiuſdem fieri ſyllogiſmum.

CONCLVSIO.

Certior eſt ſciētia, quæ eſt ex paucioribus, quàm quæ eſt ex appoſitione.

Vna eſt ſcientia, quæ eſt unius generis ſubiecti quæcunque ex primis componitur & partes & paſſiones harum ſunt per ſe.

Fortuitorum non eſſe ſcientiam, neque in ſe ſuam functionem. Cap. 22.

EIus uero, quod à fortuna non eſt ſcientia per demonſtrationē: neq; enim ut neceſſarium, neq; tāquam vt plurimum eſt, quòd eſt à fortuna, ſed quod præter hæc fit. Demonſtratio autem alterius horum: omnis enim ſyllogiſmus, aut per neceſſarias, aut per eas, quæ vt plurimum propoſitiones: & ſi propoſitiones quidem neceſſariæ, & concluſio neceſſaria, ſi vero ut plurimum, & concluſio talis. Quare, ſi quod A fortuna neque ut plurimum, neque neceſſarium, non eſſet utique ipſius demonſtratio. Neq; per ſenſum eſt ſcire. ſi enim & eſt ſenſus huius, & non huius cuiuſdam, ſed & ſentire neceſſarium eſt hoc aliquid, & alicubi & nūc uniuerſale vero quod eſt in omnibus, impoſſibile eſt ſentire: non enim eſt hoc, neq; nunc. neque enim eſſet utique uniuerſale: quod enim ſemper & ubique uniuerſale eſſe dicimus. Quoniam igitur demonſtrationes quidem

quidem uniuerſales ſunt, hæc autem non eſt ſentire, manifeſtum eſt, quòd neque ſcire per ſenſum eſt. Sed planum quòd & ſi eſſet ſentire triangulum, quòd duobus rectis æquales habet angulos, quæreremus utique demonſtrationem,& nõ quemadmodum dicunt nõnulli,ſciremus:ſentire quidem enim neceſſe eſt ſingulare, ſcientia vero eſt in cognoſcendo uniuerſale. Quare & ſi ſupra lunam exiſtentes uideremus obiectam terram, nõ utique ſciremus cauſam defectus, ſentiremus enim nunc quòd deficit,& non propter quid omnino,nõ enim erat ſenſus ipſius uniuerſalis,ſed ex eo, quód ſpeculamur hoc plerunq; contingere, uniuerſale utiq; uenari demonſtrationem habemus:ex ſingularibus enim pluribus uniuerſale manifeſtum. Vniuerſale autem honoratorum eſt,quoniam ſignificat cauſam, quare de talibus uniuerſalis honoratior eſt ſenſibus & intellectione quorumq; altera eſt cauſa: de primis autem alia ratio. Manifeſtum igitur eſt, quod impoſſibile eſt ſentiendo aliquid ſciri demonſtratiuorum, niſi quiſpiam ſentire hoc dicat,ſcientiam habere per demonſtrationem. atqui ſunt nonnulla, quæ referuntur in ſenſus defectum in problematibus: quædam enim, ſi uideremus, non utiq; quæreremus, ſed non tanquam ſcientes, eo quòd uidemus,ſed ut habentes uniuerſale ex eo quod uidemus. quemadmodum ſi uitrum perforatum uideremus, & lumen permeans, planum utique eſſet & propterquid * comburit,propter uidere quidem ſeorſum in unoquoque, intelligere autem ſimul,quòd in omnibus ſic eſt. *a. l. illuminat.

CONCLVSIONES.

Eorum quæ à Fortuna contingunt impoſſibile eſt demonſtrationem eſſe, cum neceſſaria non ſint, neq; ut in maiori parte contingentia.

Scire non eſt per ſenſum.

Vniuerſale ubique & ſemper eſt.

Non omnium ſyllogiſmorum eadem eſſe principia poſſe. Cap. 23.

EAdem vero principia omnium eſſe ſyllogiſmorum impoſſibile, primum quidem logice conſiderãtibus:hi quidem enim veri ſunt ſyllogiſmorum,illi aũt falſi,eſt etenim uerum ex falſis ſyllogizare, ſed ſemel hoc fit. ueluti ſi A de C verum, medium autem B falſum:neque enim A ipſi B ineſt, neque B ipſi C: ſed ſi harum media accepta fuerint propoſitionum, falſę erunt,quę ſumuntur,eo quòd omnis concluſio falſa ex falſis eſt, vera autem ex ueris, altera autem ſunt falſa & uera. Poſtea neque falſa ex eiſdem ſibiјpſis: ſunt enim falſa adinuicem & contraria & impoſſibilia ſimul eſſe, ueluti iuſtitiam eſſe iniuſtitiam, aut timorem, & hominem, equum, aut bouem, & ęquale, aut maius, aut minus. Expoſitis uero ſic, neque enim uerorum eadem principia omnium, altera enim multorum genere ſunt principia, & neque conuenientia, quemadmodum unitates punctis non conueniunt, illę enim non habent poſitionem, hęc autem habent. Neceſſe autem eſt in media conuenire, aut ſurſum, aut deorſum,aut hos quidem intro habere,illos autem extra terminos. Sed neque communium principiorum poſſunt eſſe aliqua, ex quibus omnia monſtrabuntur (dico autem communia, ueluti omne affirmare aut negare) genera enim entium altera ſunt: & hæc quidem quantis, illa uero qualibus inſunt ſolis, cum quibus monſtrantur per communia. Amplius principia non multo pauciora ſunt concluſionibus: principia enim propoſitiones ſunt: propoſitiones uero aut aſſumpti termini, aut iniecti ſunt. Amplius concluſiones ſunt infinitæ, termini uero finiti. Amplius principia hæc quidem ex neceſſitate, illa uero contingentia. Sic igitur conſiderantibus impoſſibile eadem eſſe, aut finita, infinitis exiſtentibus concluſionibus. Si uero aliter quodammodo dicat aliquis, ut

quòd

q hæc quidem geometriç, illa vero * ratiociniorum, illa autē medicinæ:quid vtiq; eſſet,quod dicitur aliud, præterquam q ſunt principia ſcientiarum?dicere autē eadem eſſe ridiculum:quoniam hæc ſibi ipſis eſſent eadem:ſic enim omnia fiunt eadem. Sed neque ex oībus monſtrari quodlibet idem eſt quærere omniū eſſe eadem principia,valde enim fatuum:neq; enim in manifeſtis doctrinis hoc fit,neq; in reſolutione eſt poſſibile: immediate nanque propoſitiones principia,altera autem concluſio aſſumpta fit propoſitione immediata. Si uero quiſpiam diceret primas immediatas propoſitiones eadem eſſe principia vna in vnoquoque genere eſt, ſi vero neque ex omnibus,tanquam oporteat monſtrari quodcunque, neque ita altero tanquam ſit unaquæque ſcientia altera, derelinquitur, quòd cognata ſint principia omnium, ſed ex his quidem hæc, ex his autem illa.Manifeſtum autem & hoc eſt,quod non contingit,monſtratum nanque fuit,quòd alia principia genere ſunt differentium genere.Principia nanque dupliciá ſunt & ex quibus, communia, quæ autē circa quod propria:vt nûmerus magnitudine. *

* a.le.numerorum.

* a. le. magnitudo.

CONCLVSIONES.

Non omnium ſyllogiſmorum poſſibile eſt eadē principia eſſe.

Principia ex quibus communia ſunt, circa quæ propria.

Scientiam & ſcibile ab opinatione & opinabili differre,& quid ſolertia ſit. Cap. 24.

SCibile autem & ſcientia differunt ab opinabili & opinione: quoniam ſcientia quidem vniuerſalis & per neceſſaria: (neceſſarium vero non contingit aliter ſe habere) ſunt autem non nulla vera quidem, & quæ contingunt aliter ſe habere. Planum igitur,q circa Tex. 44.

ca hæc quidem ſcientia non eſt,eſſent enim impoſſibilia aliter ſe habere, poſſibilia aliter ſe habere.Verum enimuero neque intellectus. (dico enim intellectum principium ſcientiæ)neque ſcientia indemonſtrabilis: hoc autẽ eſt acceptio immediatæ propoſitionis. verus autem eſt intellectus,& ſcientia,& opinio, & quod per hæc dicitur, quare derelinquitur opinionem eſſe circa verum quidem,aut falſum, contingens autem & aliter ſe habere,hoc autem eſt acceptio immediatæ propoſitionis, & non neceſſariæ. Et confeſſum autem ſic apparentibus, nanque & opinio incertum,& naturalis. Ad hæc autem nemo putat opinari, quando exiſtimet impoſſibile aliter ſe habere,ſed ſcire, ſed quando eſſe quidem ſic,ſed tamen & aliter,nihil prohibet tunc opinari,tanquam q; talis opinio ſit.Neceſſarij vero ſcientia: * quomodo igitur,eſt idem opinari & ſcire? & propter quid non erit opinio ſcientia,ſi quis ponet,omne quod nouit,contingere opinari? conſequenter enim hic quidem ſciens. ille vero opinans per media, quouſque ad immediata venerit. quare, ſi quidem ille nouit, & qui opinatur nouit, quemadmodum enim & quod opinari eſt & propter quid, hoc autem ipſum medium. Aut ſi quidem ita ſuſpicabitur, non contingentia aliter ſe habere, quemadmodum ſe habent definitiones, per quas ſunt demonſtrationes,non opinabitur,ſed ſciet. ſi autẽ vera quidem eſſe,non tamen hæc vtique ipſis ineſſe ſecundum ſubſtantiam, & ſecũdum formam, opinabitur & non ſciet vere ipſum quod,& ipſum propter quid, ſiquidem per immediata opinabitur:ſi autem nõ per immediata,ipſum quod ſolum opinabitur. Eiuſdem vero opinio & ſcientia non omnino eſt, ſed quemadmodum & falſa & vera eiuſdem quodammodo,ita & ſcientia & opinio eiuſdem. & enim opinionem veram & falſam, vt nonnulli quidem dicuntur,eiuſdem eſſe, abſurda cõtingit erigi,& alia,& non opinari quod opinatur falſo. Quoniam vero idem pluribus modis dicitur, eſt quidẽ vt contingit:eſt autem vt non: commẽſurabilem nanq; eſſe diametrum vere opinari abſurdum, ſed quod diameter,

* al.le.quõ igitur,non eſt.

meter, circa quàm opiniones, idem ita eiuſdem, quòd quia aũt erat eſſe vtique ſm rationem non idem, conſimiliter autem & ſcia & opinio eiuſdem, hæc quidẽ.n. ſic de aĩali, vt non contingat non eſſe aĩal, illa vero vt contingat, veluti ſi hæc quidem quod hoĩs eſt, illa vero hoĩs quidem, non quod aũt hominis: idem.n. quoniam homo, ſic autem non idem. Manifeſtum autem ex his, ꝙ neq; opinari ſimul idem & ſcire contingit, ſimul.n. habere poſſet ſuſpitionem aliter ſe habendi & non aliter idem, quod non contingit, in alio quidem.n. vtrunque eſſe contingit eiuſdem, vt dictum eſt, in eodem aũt neq; ſic poſe eſt, habebit.n. ſuſpitionem ſimul, vt ꝙ homo quod animal, hoc.n. erat non contingere eſſe nõ animal, & non quod aĩal, hoc.n. ſic contingere. Reliqua vero qũo oporteat diſtribuere & in diſcurſu & intellectu, & ſcĩa, & arte, & prudentia, & ſapientia, illa quidem naturalis, hæc autem moralis ſpeculationis magis ſunt. Solertia vero eſt bona quædam coniectatio in nõ perſpecto tempore medij: veluti ſi quiſpiam videns, quod luna ſplendorem ſemper habet ad Solem, celeriter excogitauit propter quid hoc, quoniam propter id quod ſplendeſcit a ſole, aut diſputantem cum diuite, nouit, quoniam fœneratur, aut propter quid amici? quoniam inimici eiuſdem. omnes.n. cauſas medias uidens, ſummas cognouit. Splendidum eſſe ad ſolem, in quo A ſplẽdere à ſole in quo B: luna C. ineſt itaq;, lunæ quidem ipſi C, ipſum B, ſplendere à ſole, ipſi autem B, ipſum A, ad hoc eſſe ſplendidum, à quo ſplendet, quare & ipſi C, ipſum A per B.

De ſolertia c.27.

CONCLVSIONES.

Opinio eſt ſcientia differunt, quòd ſcientia eſt eorum, quæ non poſſunt aliter ſe habere, opinio uero eorum quæ poſſibile eſt aliter ſe habere.

Solertia eſt quædam ſubtilitas in non proſpecto tempore medij inueniendi.

Finis primi libri Poſteriorum.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

Analyticorum, Siue reſolutoriorum Poſteriorum. Lib. II.

SVMMA LIBRI.

De quatuor ipſius medij quæſtionibus. Quomodo quid eſt monſtretur, & quomodo ſe habeat ad demonſtrationem. Omnem definitionem eſſe per cauſam. De cauſarum partitione, & quomodo concurrant, & quo pacto poſſint demonſtrari. De partium diffinitionis compoſitione, & quo pacto ignote cognoſcantur. De notitia demum, & diſcrimine principiorum indemonſtrabilium.

Quot nam in diſciplinis quæri ſoleant: & quæſtiones omnes medij eſſe, & quæ ſit huius libri intentio. Caput primum.

QVAE quæruntur ſunt æqualia numero ijs, quæcunque ſcimus. quærimus autẽ quatuor, quod, propter quid, ſi eſt, quid eſt. quando enim vtrũ hoc, aut hoc inſit quærimus in numerum ponentes: velut vtrum deficit Sol, aut non, ipſum quod querimus. Signum autem huius. cũ enim inuenimus quod deficit, ceſſauimus, & ſi à principio ſciremus, quòd deficit, non quæreremus vtrum: cum autem

tem

tem ſcimus ipſum quod,tunc ipſum propter quid quærimus. vt ſcientes,quod deficit,& quòd mouetur terra, propter quid deficit, aut propter quid mouetur, quærimus iſta ſic. Nonnulla vero alio modo quærimus, vt ſi eſt, aut non eſt centaurus,aut deus. Si autem eſt aut non, ſimpliciter dico, ſed non ſi albus, aut non. Cum vero cognouerimus, q eſt, quid eſt quærimus, vt quid igitur eſt deus, aut quid eſt homo? quæ itaque quærimus, & quę cum inuenimus ſcimus, hæc & tot ſunt. Quærimus autem, cum quærimus quod, aut ſi eſt ſimpliciter, an eſt medium ipſius,aut non eſt? quando autem cognoſcentes, aut quod, aut ſi eſt, aut quod in parte, aut ſimpliciter, rurſus ipſum propter quid quærimus, aut quid eſt, tunc quærimus quid eſt medium. Dico autem quod, aut ſi eſt in parte, & ſimpliciter, in parte quidem, an deficit Luna, aut augetur? ſi enim eſt aliquid,aut nō eſt aliquid in talibus quęrimus,ſimpliciter vero ſi eſt aut non, Luna aut nox. Contingit itaque in omnibus quæſtionibus quærere,aut ſi eſt medium, aut quid eſt medium, cauſa enim eſt medium: in omnibus nanque hoc quæritur, an ne deficit? an ne eſt aliqua cauſa,aut non?poſt hæc cum cognouerimus, quòd eſt aliqua,quid igitur eſt hæc quærimus.Cauſam enim quod ſit non hoc, aut illud, ſed ſimpliciter ſubſtantia, aut non ſimpliciter: ſed aliquid eorū, quæ per ſe,aut ſecūdum accidens ſunt medium eſt. dico autem ſimpliciter quidem ſubiectum, vt Lunam aut terram, aut Solem,aut triangulum,ipſum vero quid defectum, æqualitatem, inæqualitatem, ſi in medio, aut non: in omnibus nanque his manifeſtum eſt,quòd idē eſt quid eſt,& propter quid eſt.Quid eſt defectus? priuatio luminis à luna propter terræ obſtructionem: propter quid eſt defectus?aut ꝓp quid deficit luna?eo,quòd deficit lumen terra obſtructa. Quid eſt conſonantia? ratio numerorum in acuto & graui. propter quid conſonat acutum graui? eo quòd rationē habēt numerorum acutum & graue. nunquid eſt conſonare acutum & graue? nunquid eſt in numeris ratio ipſorum? cum autem

acce-

acceperimus, quod eſt, quæ igitur eſt ratio quærimus. Quod autem eſt medij quæſtio. ſignificant quorumcunque medium eſt ſenſibile, quærimus enim cum non ſenſimus, veluti de eclipſi ſi eſt, aut non: ſi vero eſſemus ſupra Lunam, non vtique quæreremus, neque ſi ſit, neque propter quid, ſed ſimul vtique manifeſtum fuiſſet: ex eo enim quòd ſentitur: & vniuerſale nobis factũ eſt ſcire: ſenſus nanque eſt, quod nunc obſtruitur; manifeſtum enim quòd nunc deficit; ex hoc autem factum vtique fuit vniuerſale. Quemadmodum igitur dicimus, quid eſt ſcire idem eſt, & propter quid eſt, hoc vero ſimpliciter, & non inexiſtentium alicui, aut inexiſtẽtium, vt quod duo recti ſunt, aut quod maius, aut minus eſt. Quod igitur omnia, quæ quæruntur, eſt medij quæſtio, planum. Quomodo autem quòd quid eſt monſtratur: & quis modus reductionis, & quid eſt definitio, & quorum, dicamus cum dubitauerimus primo de ipſis.

CONCLVSIONES.

Quæſtiones ſunt æquales numero his quæcunque uere ſcimus.

Quæſtiones ſunt quatuor; ſi eſt, Quid eſt, Quia eſt, & Propter quid eſt.

Cauſa & medium idem ſunt.

Omnis quæſtio eſt quæſtio medij.

Deſceptatio, quod definitio & demonſtratio non ſint eiuſdem. Cap. 2.

Tex. 2. PRincipium vero ſit futurorum, quod eſt conueniẽtiſſimum habitis ſermonibus. Dubitare enim quiſpiam poſſet, an ne eſt idem & ſecũdum idem definitione ſcire & demonſtratione? Aut impoſſibile: definitio nanque ipſius quid eſt eſſe uidetur, quid eſt autem omne, vniuerſale & prædicatiuum; ſyllogiſmi uero

vero ſunt, hi quidem priuatiui, illi autem non vniuerſales: veluti qui quidem in ſecunda figura, priuatiui omnes, qui uero in tertia, non uniuerſales. Poſtea neq; prædicatiuorum omnium, qui ſunt in prima figura, eſt definitio, vt quod omnes triãgulus duobus rectis æquales habet. Huius autem ratio, quoniam ſcire, eſt demonſtratiue demonſtrationem habere: quare, ſi in talibus eſt demonſtratio, planum, quòd non eſſet vtique ipſorum & definitio: ſcire enim poſſet aliquis & ſecundum definitionem non habens demõſtrationem: nihil enim prohibet non ſimul habere. Sufficiens autem eſt fides & ex inductione: nihil enim vnquam definientes nouimus. neque eorum quæ per ſe inſunt, neque accidentium. Amplius ſi definitio, ſubſtantiæ quædam cognitio eſt: talia manifeſtum quòd non ſunt ſubſtantiæ. Quod igitur non eſt definitio omnis, cuius & demonſtratio, planum. Quid autem, cuius eſt definitio, an ne omnis eſt demonſtratio, aut non? Vna quidem ratio. & de hoc eadem: vnius enim inquantum vnum, vna eſt ſcientia: quare ſiquidem ſcire demonſtratiuum eſt demonſtrationem habere, continget aliquid impoſſibile: definitionem nanque habens ſine demõſtratione ſciet. Amplius principia demonſtrationum ſunt definitiones, quorum non eſſe demonſtrationes, monſtratum eſt prius, aut erunt principia demonſtrabilia, & principiorum principia, & hoc in infinitum prodibit, aut primæ definitiones erunt indemonſtrabiles. Sed an ne non omnis eiuſdem, ſed alicuius eiuſdem eſt definitio & demonſtratio: aut impoſſibile? non enim eſt demonſtratio cuius eſt definitio, definitio nanque ipſius quid eſt & ſubſtantiæ, definitiones vero apparent omnes ſupponentes & accipientes ipſum quid eſt, vt Mathematicæ, quid vnitas & impar, & aliæ conſimiliter. Amplius omnis demonſtratio aliquid de aliquo monſtrat, vt quod eſt, aut non eſt, in definitione vero nihil alterum de altero prædicatur. quemadmodum, neque animal de bipede, neque hoc de animali, neque vtique de plano figura: ... enim eſt planum figura neque figura planum.

Amplius

Amplius alterum eſt quid eſt & quod eſt monſtrare. Definitio nanque quid eſt ſignificat, demonſtratio autem quod, aut eſt hoc de hoc, aut non eſt. Alterius vero altera demõſtratio, niſi tanquam pars ſit aliqua totius (hoc autem dico, quoniam monſtratum eſt æquicrus duobus rectis æquales habere, ſi omnis triangulus monſtratum fuit) pars enim hoc, illud vero totum eſt: hæc autem ad ſeinuicem non habent ſic ipſum quod eſt. & quid eſt, non enim eſt alterius alterum pars. Manifeſtũ igitur, quòd neque cuius definitio huius omnis demonſtratio neque cuius demonſtratio, huius omnis definitio: quare omnino eiuſdem nullius contingit ambo habere. Quare planum, quòd neq; definitio & demonſtratio, neque idem eſſe poſſunt, neque alterum in altero, ſubiecta etenim conſimiliter vtique ſe haberent. Hæc itaque hucuſque dubitata ſint.

CONCLVSIONES.

Vnius inquantum unum una eſt ſcientia.

Non omnium quorum eſt demonſtratio, horum omnium eſt definitio.

Definitio non dicit eſſe vel non eſſe.

Syllogiſmo duplicante, & per diuiſionem facto, non demonſtrari quid eſt de eo cuius eſt. Cap. 3.

Tex. 3. IPſius vero quid eſt utrum eſt ſyllogiſmus & demõſtratio, aut non eſt, quemadmodum nunc ratio ſup poſuit? ſyllogiſmus enim aliquid de aliquo monſtrat per medium, ipſum vero quid eſt, & propriũ eſt, & in eo quod eſt quid prædicatur: hæc autem neceſſe eſt conuerti. ſi enim A, ipſi C proprium eſt. planum q; & ipſi B, & hoc ipſi C, quare omnia inuicem verũ enimuero & ſi A, in eo quod eſt quid in eſt omni B, & vniuerſaliter B de omni C in eo, quod eſt quid dicitur, neceſſe

& A

& A in eo quod eſt quid de C dici. ſi vero non ſic aliquis accipiet duplicans, non neceſſe erit A de C prædicari in eo quòd eſt quid: ſed ſi A quidem de B in eo, quod eſt quid, ipſum uero B non de quibuſcunque, in eo, quod eſt quid, ipſum autem quid eſt ambo eadem habebunt. erit igitur & B de C quòd quid eſt, ſi itaque ipſum quid eſt & ipſum quid erat eſſe ambo habent, in medio termino erit prius ipſum quid erat eſſe. Et omnino ſi eſt monſtrare, quid eſt homo, ſit C homo, A vero quid eſt, ſiue animal bipes, ſiue aliud quid: ſi itaque ſyllogizabitur, neceſſe eſt A de B omni prædicari, huius autem erit alia ratio media, quare & hoc erit, quid eſt homo: accipit igitur quod oportet monſtrare, nanq; & B eſt quid eſt homo. Oportet autem in duabus propoſitionibus & primis & immediatis conſiderare, maxime enim manifeſtum, quod dicitur, ſit: qui igitur monſtrant per id, ꝙ cõuertitur, quid eſt anima, aut quid eſt homo, aut aliud quodcũque entium, quod ex principio eſt petunt. quemadmodum, ſi aliquis exiſtimaret animam eſſe idem ſibijpſi cauſam uiuendi; hoc autem numerum ipſum ſeipſum mouentem, neceſſe eſt enim petere animam, quod numerum eſſe ipſum ſeipſum mouentem ſic, vt idem exiſtens. Non enim ſi A ſequitur B, & hoc C; erit A quod quid erat eſſe ipſius C, ſed verum erat dicere, erit ſolum, neque ſi eſt A quod quid & de B prædicatur omni, hoc enim quòd eſt animali eſſe, prædicatur de eo, quod eſt homini eſſe, verũ enim omne homini eſſe animali eſſe, quemadmodùm & omnem hominem animal eſſe, ſed non ſic ut unũ ſit. Si igitur non ſic acceperit, non ſyllogizabitur, quòd A eſt ipſi C quod quid erat eſſe, & ſubſtantia· ſi vero ita acceperit, prius erit acceptum C quod quid erat eſſe ipſius B, quare non demonſtratum fuit, hoc enim in principio accepit. Verum enimuero neque quæ per diuiſiones uia ſyllogizat, quemadmodum in reſolutione circa figuras dictum eſt: nuſquam enim neceſſarium ſit rem illam eſſe cum hæc ſint, ſed quemadmodum neque inducens demonſtrat, non enim oportet Tex. 4.

concluſionem interrogare, neque in eo quòd datur eſſe, ſed neceſſe eſt eſſe illis exiſtentibus: etenim dixerit reſpondens, an ne homo animal, aut inanimatum? poſtea accipiat animal, non ſyllogizatum fuit. Rurſus omne animal aut pedeſtre, aut aquaticum, accipiat pedeſtre, & hominem eſſe totum animal pedeſtre: non neceſſe eſſe ex dictis, ſed accipit & hoc: differt autem nihil in multis aut paucis ita facere, idem enim eſt. Non ſyllogiſticus igitur vſus fit ita progredientibus, & eorum quæ contingit ſyllogizari: quid enim prohibet hoc verum quidem eſſe, omne de homine, non tamen quid eſt, neque quòd quid erat eſſe ſignificans? Amplius quid prohibet, aut addere aliquid, aut auferre, aut ſupergredi ſubſtantias? hæc igitur prætermittãtur quidem. Contingit autem ſoluere ſiquis accipiat ea, quæ ſunt in ipſo quid eſt, omnia & conſequens diuiſione faciet petens primum, & nihil derelinquat. hoc autem neceſſarium, ſi omne in diuiſionem cadit, & nihil deficit, hoc autem neceſſarium, indiuiduum enim iam oportet eſſe. Sed ſyllogiſmus tamen non eſt, ſed ſiquidem alio modo cognoſcere facit, hoc quidem nihil abſurdum fuit, neque enim inducens forte demonſtrat, ſed tamen oſtendit aliquid. ſyllogiſmum vero non dicit ex diuiſione dicens definitionem, quemadmodum enim in concluſionibus, quæ ſunt ſine medijs, ſi quis dicat, quòd his exiſtentibus neceſſe eſt hoc eſſe, contingit interrogare propter quid, ita & in diuiſiuis definitionibus, quid eſt homo? animal mortale, habens pedes, bipes, ſine pennis, propter quid iuxta vnamquamque appoſitionem? dicet enim & monſtrabit diuiſione, ut puta, quòd omne aut mortale, aut immortale: talis autẽ oratio tota nõ eſt definitio, quare & ſi demonſtraretur diuiſione, ſed hæc definitio non ſyllogiſmus fit.*

a*.l. non ſyllogiſmo.

CONCLVSIO.

Non eſt demõſtrare definitionem per diuiſionis uiã.

Non

Non monſtrari definitionem ſumendo definitionis definitionem, neq; definitione contrarij. Ca. 4.

SEd an ne eſt demonſtrare ipſum quid eſt ſecundũ ſubſtantiam? ex ſuppoſitione autem accipientem ipſum quidem quòd quid erat eſſe, hoc, quod eſt ex proprijs in eo quòd quid eſt, hæc autem in eo quòd quid eſt ſola,& proprium omne: hoc enim eſt eſſe illi. Aut rurſus accepit quòd quid erat eſſe, & in hoc? neceſſe enim eſt per medium monſtrare. Amplius quemadmodum neque in ſyllogiſmo accipitur, quid eſt ipſum ſyllogizare, ſemper enim tota aut pars propoſitio,ex quibus ſyllogiſmus, ita neque ipſum quòd quid erat eſſe oportet ineſſe in ſyllogiſmo, ſed ſeorſum hoc a poſitis eſſe,& ad dubitantem,ſi ſyllogizatum eſt, aut non hoc, occurrendum eſt: quòd, hoc enim erat ſyllogiſmus,& ad illum quod,non ipſum quid erat eſſe ſyllogizatum eſt, quod certe. hoc enim poſitum fuit nobis ipſum quòd quid erat eſſe:quare neceſſe eſt & ſine quid eſt ſyllogiſmus,aut ipſius quòd quid erat eſſe ſyllogizatum fuiſſe aliquid. Et ſi ex ſuppoſitione monſtret,veluti ſi malo eſt diuiſibile eſſe, contrario autem hoc,quod eſt contrarium ineſſe quibuſcunque eſt aliquid contrarium: bonum autem malo eſt contrarium:& indiuiſibile diuiſibili: eſt igitur bono eſſe, indiuiſibili eſſe. Hic etenim accipiens ipſum quid erat eſſe, monſtrat: accipit autem ad monſtrandum ipſum quòd quid erat eſſe, alterum tamen ſit:in demonſtrationibus nanque quod eſt hoc de hoc,ſed non ipſum, neque cuius eadem eſt ratio,& conuertitur. Ad utroſque uero,& ad monſtrantem ſecundum diuiſionem,& ad ſic *ſyllogiſmum, eadẽ eſt dubitatio,propter quid homo eſt animal bipes, pedeſtre, ſed non animal & pedeſtre: ex ijs enim, quæ accipiuntur,nulla neceſſitas eſt unum fieri quod prædicatur,ſed quemadmodum homo idem eſſet & muſicus & grammaticus. Quomodo igitur definiens monſtrabit ſubſtantiam, aut ipſum quid eſt? neque enim ut de

Tex. 6.

* fortaſſe rectius legeretur ſyllogizantem.

monſtrans ex confeſſis eſſe manifeſtum faciet, quòd neceſſe eſt, illis exiſtentibus, alterum quid eſſe, demonſtratio enim hoc eſt. neque ut inducens per ſingularia cum manifeſta ſint, quòd omne ſic eſt eo quòd nihil aliter eſt,non enim quid eſt monſtrat: ſed quod aut eſt, aut non eſt.quis igitur alius modus reliquus? non enim
Tex. 7. monſtrabit utique ſenſu aut digito. Amplius quomodo monſtrabit, quòd quid eſt homo: neceſſe eſt enim ſcientem quòd quid eſt homo, aut aliud quodcunque, ſcire & quòd eſt, non ens enim nullus nouit, quod eſt, ſed quid quidem ſignificat oratio, aut nomen,cum dixero hircoceruus,quidem autem ex hircoceruus impoſſibile eſt ſcire.Verumenimuero ſi monſtrabit quid eſt & quod eſt,& quomodo eadem ratione monſtrabit: definitio enim vnum quid ſignificat,& demõſtratio: quid autem eſt homo, & eſſe hominem, aliud eſt. Poſtea & per demonſtrationem dicimus neceſſarium eſſe mõſtrari omne,quod eſt,niſi ſubſtantia ſit,ipſum uero eſſe nulli eſt ſubſtantia, non enim genus eſt ipſum ens: demonſtratio igitur erit quod eſt,quod & nunc faciunt ſcientiæ.Quid enim ſignificat triangulus,accepit Geometra,quod autem eſt,monſtrat:quid igitur monſtrabit definiens quid eſt,aut triangulus: ſciens igitur aliquis definitione quid eſt,ſi eſt non ſciet. ſed impoſſibile eſt. Manifeſtum autem & ſecundum modos definitionum,qui nunc ſunt, quòd non monſtrant definientes,quod eſt: ſi enim & eſt ex medio æquale, ſed propter quid eſt ipſum definitum, & propter quid hoc eſt circulus,eſſet enim & definitionem orichalci dicere eſſe ipſum,neque enim quod poſſibile eſſe quod dicitur, aſſignant definitiones,neque quòd illud eſt dicunt eſſe definitionem,ſed ſemper licet dicere propter quid. Si igitur definiens monſtrat aut quid eſt, aut quid ſignificat nomen (ſi non eſt nullo modo ipſius quid eſt) eſſet utique definitio oratio idem quod nomen ſignificans: ſed abſurdum.Primum quidem enim & eſſet non ſubſtantiarum utique & non entium: ſignificare enim eſt & non entia. Amplius, omnes orationes definitiones
vtique

vtique eſſent: eſſet enim nomen ponere cuicunque orationi: quare definitiones utique diſputaremus omnes, & illius definitio utique eſſet. Amplius nulla ſcientia demonſtraret utique, quod hoc nomen quid ſignificat, neque definitiones igitur hoc aſſignant. Ex his igitur neque definitio & ſyllogiſmus uidetur idem ens, neque eiuſdem ſyllogiſmus & definitio. Ad hæc autem, quod definitio nihil demonſtrat, neque monſtrat, neque ipſum quid eſt, neque definitione, neq; demonſtratione eſt cognoſcere.

CONCLVSIO.

Non demonſtratur definitio ſuſcipiendo definitionis definitionē, nec ſumendo definitionem contrarij.

Scientia quid eſt alicuius, impoſſibile eſt non ſcire quòd ſit.

Definitio quid rei eſt ſolius entis, definitio nominis eſt etiam non entium.

Soluitur propoſita diſceptatio, quia unum quid eſt per aliud quid eſt monſtratur. quomodo item ipſius quid eſt ſit demonſtratio ac definitio. Cap. 5.

ITerum autem conſiderandum, quid horum dicitur bene, & quid non bene, & quid eſt definitio, & ipſius quid eſt nunquid quodammodo eſt demonſtratio & definitio, aut nullo modo. Quoniam autem eſt, ut diximus, idem ſcire quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt. Ratio autem huius, quod eſt aliqua cauſa, & hæc aut eadem, aut alia, & ſi ſit alia, aut demonſtrabilis, aut indemonſtrabilis: ſi igitur eſt alia & contingit demonſtrare, neceſſe eſt medium eſſe cauſam, & in prima figura monſtrari: uniuerſale nanque eſt & prædicatiuum quod monſtratur: unus igitur mo

dus eſſet vtique, qui nunc exquiſitus eſt per aliud ipſum quid eſt monſtrari, ipſorum nanque quid eſt neceſſe eſt medium eſſe quid eſt, & propriorum propriū: quare hoc quidem monſtrabit, illud uero non monſtrabit ipſorū quid erat eſſe eidem rei. Hic igitur modus, quod non ſit utique demonſtratio, dictum eſt prius: ſed eſt logicus ſyllogiſmus ipſius quid eſt. Quo autem modo contingit. dicamus aggredientes rurſus à principio. Quemadmodum enim propter quid quærimus habentes quod, nonnunquàm vero & ſimul manifeſta fiunt, ſed non prius utique propter quid poſſibile eſt cognoſcere. quàm quod, manifeſtum, quod conſimiliter & ipſum quid erat eſſe, nō ſine ipſo quod eſt. impoſſibile eſt enim ſcire quid eſt ignorantes ſi eſt: ipſum vero ſi eſt, aliquando quidem ſecundum accidens habemus, aliquando autem habentes aliquid ipſius rei, ut tonitruū, quod ſonus eſt quidam nubium & defectum, quod priuatio quædam luminis, & hominē, quod animal quoddam eſt, & animam, quod ipſum ſeipſum mouens: quæcunque igitur ſecundum accidens nouimus quod ſunt, neceſſarium eſt nullo modo ſe habere ad ipſum quid eſt: neque enim quod eſt ſcimus: quærere autem quid eſt, non habentes quod eſt, nihil quærere eſt. De quibuſcunque autem habemus aliquid, facilius: quare ut habemus quod eſt, ita nos habemus & ad ipſum quid eſt: quorum habemus aliquid ipſius quid eſt. ſit primū quidem ſic, defectus in quo A. luna in quo C: obſtructio terræ, in quo B. vtrum igitur deficit aut non? quærere eſt, an B ſit, aut non: hoc autem nihil differt quærere, quam ſi eſt ratio ipſius, & ſi ſit hoc, & illud dicimus eſſe. Aut utrius contractionis eſt ratio, vtrum habendi duos rectos, aut non habendi? quando autem inueneri mus ſimul ipſum quod, & ipſum propter quid nouimus ſi per media ſit: ſi autem non, ipſum quòd nouimus, propter quid uero non, ſit igitur Luna C: defectus A: in plenilunio vmbram non poſſe facere, nullo inter nos exiſtente manifeſto, in quo B. ſi igitur ipſi C ineſt B quod eſt, non poſſe umbram facere nullo inter nos exiſtente:

te:huic autem ipſum A, quod eſt defeciſſe, quod quidē deficit, planum, propter quid autem nondum. & quòd quidem defectus eſt nouimus, quid vero eſt, non nouimus: cum autem planum fuerit, quòd A ipſi C ineſt, ſed propter quid ineſt, quærere ipſum B, quid eſt, vtrum ob ſtructio, aut conuerſio Lunæ, aut extrinſeco, hoc autē eſt ratio alterius extremi, ut in his ipſius A: eſt enim defectus * obſtructio à terra, quid eſt tonitrus? ignis extinctio in nube, propter quid tonat? eo quòd extinguitur ignis in nube. ſit nubes C tonitrus A extinctio ignis B, ipſi utiq; C, nubi ineſt B, extinguitur enim in ipſa ignis: huic autem A ſonus, & eſt B vtique ratio ipſius A primi extremi: ſi vero rurſus huius aliud medium ſit, ex reliquis erit rationibus. Qualiter igitur accipitur ipſum quid eſt, & fit notum, dictum eſt. quare ſyllogiſmus, quidem ipſius quid eſt non fit, neque demonſtratio, planū tamen eſt per ſyllogiſmum & per demonſtrationem: quare neque ſine demōſtratione eſt cognoſcere ipſum quid eſt, cuius eſt cauſa alia, neque eſt demonſtratio ipſius, quemadmodum & in dubitationibus diximus. Eſt autem horum quidem altera quædam cauſa, illorum uero non eſt, quare planum, quòd & ipſorum quid eſt alia quidem immediata & principia ſunt, quæ & eſſe & quid eſt ſupponi oportet, aut alio modo manifeſta facere, quod arithmeticus facit, etenim quid eſt unitas ſupponit, & quod eſt. Habentium autem medium & quorum eſt aliqua altera cauſa ſubſtantiæ, eſt per demonſtrationem, quemadmodum diximus, oſtendere non ipſum quid eſt demonſtrantes. Definitio autem, quoniā eſt oratio ipſius quid eſt, manifeſtum eſt quòd aliqua quidem erit oratio quid ſignificat nomen, aut oratio altera nominalis, vt quid ſignificat quid eſt triangulus, cuius habētes quòd eſt, quærimus propter quid eſt, difficile eſt autē ita accipere, quæ nō nouimus quòd ſunt, cauſa uero dicta eſt prius difficultatis, quoniam neque ſi ſunt, aut non, nouimus niſi ſecundum accidens. Oratio autem vna eſt dupliciter, hæc quidem coniunctione, ut Illias, illa uero unum de uno ſignificans non ſecū

*a. Lobſtructio luminis.

Tex. 9.

dum accidens. Vna quidem definitio eſt definitionis, quæ dicta fuit, Alia autem eſt definitio oratio ſignificãs ꝓpter quid ẽ, quare prior quidẽ ſignificat quid eſt, monſtrat autem non, poſterior vero, manifeſtum, quòd erit tãquam demonſtratio ipſius quid eſt, poſitione differens à demonſtratione, differt enim dicere, propter quid tonat? & quid eſt tonitrus? dicet enim hic quidẽ, quoniam extinguitur ignis in nubibus, quid autem eſt tonitrus? ſonus ignis, qui extinguitur in nubibus, quare eadem oratio alio modo dicitur, & ſic quidem demonſtratio continua, ſic autem definitio. Amplius definitio tonitrus eſt ſonus in nubibus, hoc autem eſt ipſius quid eſt demonſtrationis concluſio, immediatorum autem definitio, poſitio eſt ipſius quid eſt indemonſtrabilis. Eſt igitur definitio, una quidem oratio ipſius quid eſt indemonſtrabilis, vna uero ſyllogiſmus ipſius quid eſt caſu differens à demonſtratione, tertia autem demonſtrationis ipſius quid eſt concluſio. Manifeſtum igitur ex dictis, & quomodo eſt ipſius quid eſt demonſtratio, & quomodo non eſt, & quorum eſt, & quorum non eſt. Amplius autem definitio quot modis dicitur, & quomodo ipſum quid eſt monſtrat, & quomodo non & quorum eſt, & quorum non. Amplius autem ad demonſtrationem quomodo ſe habet, & quomodo contingit eiuſdem eſſe & quomodo non contingit.

CONCLVSIONES.

Scire quid eſt, & ſcire cauſam idem ſunt.
Impoſſibile eſt ſcire quid eſt ignorantes quòd ſit.
Tonitruus eſt extinctio ignis in nubibus.
Definitio duplex eſt: altera quod quid eſt res oſtendens, altera quid ſignificet nomen.
Definitio differt à demonſtratione ſola poſitione.

De

De cauſarum diſtinctione & concurſu, & quomodo earum poſſit eſſe demonſtratio. Cap. 6.

Voniam autem ſcire putamus, quando ſciamus cauſam, cauſæ vero quatuor ſunt, una quidem, quòd quid erat eſſe, una autem, quibus exiſtentibus neceſſe eſt hoc eſſe, altera vero quæ aliquid primum mouit, quarta autem, cuius cauſa: omnes iſtę per medium monſtrantur, quo enim exiſtente hoc neceſſe eſt eſſe, una quidem propoſitione accepta non eſt, duabus autem ad minimum, hoc uero eſt, quando unum medium habeant: hoc igitur uno accepto, concluſionem neceſſe eſt eſſe. Manifeſtum autem & ſic, propter quid eſt rectus, in ſemicirculo? aut quo exiſtente rectus eſt? ſit utique rectus, in quo A: dimidium duorum rectorum, in quo B: qui in ſemicirculo in quo C: quòd igitur A rectus inſit ipſi C ei, qui eſt in ſemicirculo, cauſa eſt ipſum B: hic enim ipſi A æqualis: hic autem C ipſi B: duorum nanque rectorum dimidiũ. cum igitur B ſit dimidium duorum rectorum, A ipſi C ineſt: hoc autem erat in ſemicirculo rectum eſſe: hoc uero idẽ ipſi quid erat eſſe, eo ꝙ hoc ſignificat oratio, uerum enim uero & ipſius quid erat eſſe, cauſa monſtrata eſt media. Propter quid autem Medorum bellũ factum eſt athenienſibus? quæ cauſa bellum inferendi Athenienſibus, quoniam in Sardes cum Eretrienſibus irruerunt, hoc enim primo mouit. bellum in quo A: priores irruiſſe B: Athenienſes C ineſt itaque B ipſi C, quod eſt prius irruiſſe Athenienſes: A vero ipſi B bellum, inferunt enim ijs, qui prius iniuria affecere, ineſt igitur ipſi quidem B A, quod eſt bellum inferre ijs, qui prius incæpere, hoc autem ipſi C, Athenienſibus, prius enim cæpere. medium igitur & hic cauſa, quæ primo mouit. Quorumcunque autem cauſa, ipſum gratia cuius, ut propter quid ambulat? ut ſanus fiat. propter quid domus eſt? ut conſeruetur ſuppellex. illud quidem gratia conualeſcendi, hoc autem gratia conſeruandi. Tex. 11

ſeruandi. propter quid a prandio oportet deambulare, & gratia cuius nihil differt. deambulatio a prandio c: non ſupernatare cibaria, in quo B:ſanari in quo A. inſit igitur A prandio deambulare ei, quod eſt facere non ſupernatare cibaria ad os ventris, & hoc ſalubre:videtur enim ineſſe ipſi deambulare, quod eſt c, ipſum B, quod eſt non ſupernatare cibaria: huic autem ineſt ipſum A ſalubre. quæ igitur eſt cauſa ipſi c, quòd ipſum A inſit ipſum cuius gratia B, quod eſt, non ſupernatare, hoc autem eſt veluti illius ratio, A enim ita aſſignabitur. propter autẽ B ipſi C eſt. quoniam hoc eſt ſanari, ita ſe habere. Oportet autem tranſumere orationes, & ita magis ſingula apparebunt. Generationes vero econuerſo hic, & in cauſis ſecundum motum ibi, n. medium oportet fieri primum, hic aũt ipſum c extremum, vltimum vero ipſum cuius gratia.

Tex. 12. Contingit autem idem & cuius gratia eſſe & ex neceſſitate, vt per lucernam ægredi lumen; ex neceſſitate etenim progreditur, quod minores habet partes, per maiores poros, ſiquidem lumẽ fit eo ꝙ pertranſit, & gratia cuius, vt non offendamus. An ne ergo ſi eſſe contingit, & fieri contingit? quemadmodum ſi tonat, cum extinguitur ignis neceſſe eſt ſtridere & ſtrepere (vt Pythagorei dicũt) minarum gratia iis, qui ſunt in tartaro, vt timeant. plurima vero talia ſunt, & maxime in ijs, quæ ſm naturam conſtituuntur & conſiſtunt; hæc quidem. n. alicuius gratia facit ipſa natura, illa uero ex neceſſitate, neceſſitas autẽ duplex, hæc quidẽ. n. ſecundum naturam & appetitum, illa autem vi, quæ præter appetitum eſt, queadmodum lapis ex neceſſitate, & ſurſum & deorſum fertur, ſed non propter eandem neceſſitatem. In ijs vero quæ a diſcurſu, nonnulla quidem nunquam a caſu ſunt, vt domus, aut ſtatua, neque ex neceſſitate, ſed alicuius gratia, quædã uero & à fortuna, vt ſanitas & ſalus: maxime autem in quibuſcunque contingit & ſic, & aliter quando non a fortuna generatio fit. quare finis, quod eſt bonum, gratia alicuius fit, & aut natura, aut arte: a fortuna vero nihil gratia alicuius fit.

CON-

CONCLVSIONES.

Cauſæ quatuor ſunt, altera, quæ exiſtente, neceſſe eſt hoc eſſe, materialis uidelicet: Quæ primo mouit, ſcilicet efficiens, cuius gratia, i. finis, quod quid erat eſſe, ſcilicet formalis.

Finis bonus, cuius gratia aliquid fit a natura, uel ab arte fit, a fortuna uero nihil propter finem fit.

Formalis definitio non habetur medium, per quod demonſtretur, materialis autem ſic.

Quomodo propter quid differat in his quæ fiunt ſimul, vel non ſimul, per circulum, vel non per circulum, ſemper, vel frequenter Cap. 7.

EAdem autem cauſa eſt ijs, quæ fiunt, & factis, & futuris, quæ eſt, & his, quæ ſunt, mediũ enim eſt cauſa, præterquam quòd entibus quidem ens, iis uero, quæ fiunt, quæ fit, factis autem facta, & futuris futura, vt propter quid factus fuit defectus, quoniam facta fuit terra in medio, fit autem, quoniam fit, erit vero, quoniam erit in medio, & eſt autem, quoniam eſt. Quid eſt cryſtallus? accipiatur vtique, quod eſt aqua congelata. aqua in quo C: congelatum in quo A: cauſa media in quo B, defectus calidi omnino: ineſt ita que B ipſi C. huic autẽ congelatum eſſe, quod eſt in quo A, fit autem cryſtallus, cum fit B, factum eſt autem facto, erit autem futuro. ſic igitur eſt cauſa, & cuius cauſa ſimul fiunt, quando fiunt, & ſunt, quando ſunt, & in eo, quod factum fuit, & futurum eſſe conſimiliter. In iis uero, quæ nón ſimul ſunt, an ne ſunt in continuo tempore? quemadmodũ videtur nobis alias aliorum cauſas eſſe ipſius facti, factum alterum & quòd fit futurum, alterum futurum, & ipſius fieri, ſi quid prius factum fuit.

Tex. 13. De fieri & facto eſſe. cap. 1.

Eſt vtique poſterius facto ſyllogiſmus, principium autem & horum ipſa facta, quare & in ijs, quæ fiunt conſimiliter: à priori vero non eſt, ut quoniam hoc factum fuit, quia hoc poſterius factum fuit, & in futurum eſſe conſimiliter: neque enim indefiniti, neque definiti erit temporis. quare quoniam hoc verum eſt dicere factum fuiſſe, quod autem eſt verum dicere factum fuiſſe, poſterius; in intermedio nanque, falſum erit dicere, hoc iam altero facto. Eadem autem ratio & in futuro: neque quoniam hoc factum fuit, hoc erit: medium enim congenitum oportet eſſe, factorum factum & futurorum futurum, eorum quæ fiunt quod fit, entium ens, id vero, quod fuit, & id quod erit non contingit eſſe congenitum. Amplius neque indefinitum contingit eſſe tempus intermedium, neque definitum, falſum enim erit dicere in intermedio. Conſiderandum autem quid eſt ipſum continens. ut poſt ipſum factum eſſe, ipſum fieri ſit in rebus, an manifeſtũ eſt quòd non eſt contiguum facto, quod fit, neque enim factum facto, fines nanque & indiuidua. quemadmodum igitur neque puncta ſunt ſibijnuicem contigua, neque facta, ambo enim indiuidua ſunt, neque utique quod fit facto propter idem, nam quod fit, diuiſibile eſt, factum autem indiuiſibile: quemadmodum igitur linea ad punctum ſe habet, ita quod fit ad factum, inſunt enim infinita facta in eo, quòd fit: magis autem manifeſte ĩ uniuerſalibus de motu oportet dici de his. De eo igitur quod eſt, quomodo, cum generatio conſequenter ſit, ſe habeat medium, quod eſt cauſa, in tantum acceptum ſit: neceſſe eſt enim & in his medium, & primum, immediata eſſe: ut A factum fuit, quoniam C factum fuit, poſterius autem C, factum fuit: prius autem A, principium autẽ C, eo, quòd proximius ipſius nunc eſt quod eſt principium temporis: C uero factum eſt, ſi D factum eſt: cum igitur D fit, neceſſe eſt A, factum eſſe, cauſa autem eſt C, cum enim D, factum eſt, neceſſe eſt C, factum eſſe, C autem facto neceſſe eſt prius A, factum fuiſſe. Ita vero accipienti medium, ſtabitur alicubi

Tex. 14.

De phyſico auditu.

cubi in immediatum, aut ſemper intercidet propter infinitum, non enim eſt contiguum factum facto, quemadmodum dictum fuit, ſed incipere tamen neceſſe eſt à medio & à nunc primo. Similiter autem & in ipſo erit. ſi enim uerum eſt dicere, quod erit D, neceſſe prius uerum dicere, quod A erit: huius autem cauſa ipſum C. ſi enim D erit, prius ipſum C erit, ſi vero C erit. prius ipſum A erit. ſimiliter autem infinita eſt ſectio & in his: non enim ſunt futura contigua inter ſe, principium vero & in his immediatum accipiẽdum. Se habet autem ſic in operibus, ſi facta eſt domus, neceſſe eſt inciſos fuiſſe lapides, & factos fuiſſe hoc propter quid?* quoniam neceſſe eſt fundamentum factum fuiſſe, ſiquidem & domum factam fuiſſe, ſi vero fundamentum, prius lapides factos fuiſſe neceſſe eſt. Rurſus, ſi erit domus. cõſimiliter prius erunt lapides, monſtratur autem per medium ſimiliter, erit enim fundamentum prius. Quoniam autem uidemus in ijs, quæ fiunt, circulo generationem quandam eſſe, contingit hoc eſſe, ſiquidem ſequantur ſeinuicem medium & extrema: in his enim ipſum conuertere eſt: monſtratum uero eſt hoc in primis quòd conuertuntur concluſiones, quod autem circulo hoc eſt, in operibus autem apparet ſic madefacta terra neceſſe eſt naporem fieri, hoc autem facto, nubem, hoc autem facto, aquam. hoc autem facto, neceſſe eſt madefactam eſſe terram, hoc autem erat quod à principio quare circulo circuiuit: uno enim ipſorum quocunque exiſtente, alterum eſt, & illo, aliud, & hoc primum. Sunt autem nonnulla quidem quæ fiunt uniuerſaliter nãq; & ſemper & in omni, aut ſic ſe habent, aut fiunt, alia uero ſemper quidem, non vt plurimum autem, vt non omnis homo maſculus barbam emittit, ſed ut plurimum. Talium itaque neceſſe eſt & medium vt plurimum eſſe. ſi enim A de B uniuerſaliter prædicatur, & hoc de C uniuerſaliter, neceſſe eſt A de C ſemper & in omni prædicari, hoc enim eſt uniuerſale & in omni & ſemper, ſed ſupponebatur ut plurimum: neceſſe eſt igitur & medium ut plurimum eſſe, quod eſt, in quo B:

*a.l. non habet (hoc propter quid.)

Tex. 15.

Tex. 16.

erunt igitur & eorum,quæ ut plurimum, principia immediata,quæcunq; ut plurimum ita ſunt,aut fiunt.

CONCLVSIONES.

Differt propter quid in his quæ fiunt ſimul uel non ſimul, per circulum, uel non per circulum, uel ſemper, uel frequenter.

Quo pacto definitio ex ſuis partibus componatur, & quando immanifeſte ſunt, quomodo inueſtigentur. Cap. 8.

Tex. 17. QVomodo igitur ipſum quid eſt in definitione aſſignatur,& quomodo demonſtratio,aut definitio eſt ipſius,aut non eſt, dictum eſt prius. Quomodo autem oportet uenari quæ in eo quod quid eſt prædicantur, nunc dicamus. Eorum igitur,quæ inſunt ſemper unicuique,nonnulla extenduntur in plus, non tamen extra genus. dico autem in plus ineſſe,quæcunque inſunt quidem vnicuique uniuerſaliter,at uero & alij.ueluti eſt impar, quod omni ineſt trinitati, ſed & non trinitati,quemadmodum ens ineſt trinitati, ſed & nõ* numero: ſed & impar ineſt omni trinitati, & in plus ineſt,nanque & quinario ineſt,ſed nõ extra genus: quinarius enim eſt numerus, nihil autem extra numerum & impar. Talia itaque accipienda ſunt uſq; ad hoc, quouſque tot accepta fuerint primum, quorum unumquod quidem in plus inerit, omnia uero non in plus ſunt:hanc enim neceſſe eſt eſſe ſubſtantiam rei. vt trinitati ineſt omni numerus, impar, primus utroque modo, & vt non menſuretur numero, & vt non componatur ex numeris: hoc igitur iam eſt trinitas, numerus impar,primus,& ita primus, horum enim unumquodq; alia quidem imparibus omnibus inſint, ultimum vero & dualitati: omnia autem nulli.* Quoniam uero declaratum eſt nobis in ſuperioribus, quòd neceſſaria quidé ſunt,

*a.l. trinitati.

*a.l.nulli niſi tria.

ſunt, quæ in eo, quod eſt quid prædicantur, uniuerſalia vero neceſſaria, trinitati autem, & in quo alia ſic accipiuntur in eo quod eſt quid, quæ accipiuntur ſic, ex neceſſitate quidem eſſent utique trinitas hæc. quòd autē ſubſtantia ſit, ex his planum eſt, neceſſe enim ſi nō hoc eſſet trinitati eſſe, vt genus aliquid eſſe hoc, aut nominatum, aut innominatum. erit igitur in plus, quàm trinitati inexiſtens. ſupponatur enim tale eſſe genus, ut inſit ſecundum potentiam in plus. ſi igitur nulli ineſt alij, quàm in indiuiduis trinitatibus, hoc utique eſſe, trinitati eſſe. ſupponatur enim & hoc ſubſtantia uniuſcuiuſque eſſe, quę indiuiduis ultima talis predicatio, quare conſimiliter & alij cuicunque ita monſtratorum eidem eſſe erit. Oportet autem, quando totum aliquid negotietur quiſpiam, diuidere genus in indiuidua ſpecie prima, ut numerum in trinitatem & dualitatem: poſtea ſic illorum definitiones tentare accipere, ut rectæ lineæ & circuli, & recti anguli. poſt hæc autem accipiētem quid eſt genus, ueluti utrum quantorum, aut qualium proprias paſſiones ſpeculari per communia prima, accidentia nanque ijs, quæ componuntur ex indiuiduis, ex diffinitionibus erunt plana eo, quòd principiū eſt omnium* definitionum ipſum ſimplex. & ſimplicibus ſolis per ſe inſunt accidentia, aliis uero ſecundum illa. Diuiſiones autem quæ ſunt ſecundum differētias, vtiles ſunt ad ita pertranſeundum, ut tamen monſtrāt, dictum eſt in præcedentibus: utiles uero eſſent ita ſolum ad ſyllogizandum ipſum quid eſt. Atqui uideretur vtique, nihil, ſed ſtatim accipere omnia, ac ſi quiſpiam à principio acciperet abſq; diuiſione. Differt autem aliquid primum & poſterius eorum, quæ prædicantur prædicari, ut dicere, animal manſuetum bipes, aut bipes animal manſuetum: ſi enim omne ex duobus eſt, & unum quiddam eſt animal manſuetum, & rurſus ex hoc & differentia, homo, aut quódcunque eſt, quod unū ſit, neceſſarium eſt diuidentem petere. Amplius ut nihil derelinquatur in eo, quod eſt quid, ita ſolum contingit, quando enim primum acceptum ſit genus, ſi inferiorum

Tex. 18.

*a.l. definitio & ipſum ſimplex.

Tex. 19.

feriorum quidem aliquam diuiſionum accipiat, non incidet omne in hoc: ut non omne animal aut integris, aut ſciſſis pennis eſt, ſed pennatum animal omne, huius enim differentia hæc, prima uero differentia eſt animalis, in quàm omne animal incidit: ſimiliter autẽ & aliorum uniuſcuiuſque, & extrinſecorum generum. & eorum, quæ ſub ipſo, ut auis, in quàm omnis auis, & piſcis, in qua omnis piſcis: ita igitur procedenti eſt ſcire, quoniam nihil derelictum fuit, aliter autem & derelinquere neceſſarium eſt & non ſcire. Nihil autem oportet definientem & diuidentem omnia ſcire entia, quamuis impoſſibile dicunt aliqui eſſe differentias ſcire, quæ ſunt ad unumquodque, non ſcientem unumquodque, ſine autem differentijs non eſſe unumquodq; ſcire: à quo enim non differt idem eſſe huic, à quo autẽ differt, alterum ab hoc. Primum quidem igitur hoc falſum eſt. non enim ſecundum omnem differentiam alterum eſt, multæ enim differentiæ inſunt eiſdem ſpecie, ſed non ſecundum ſubſtantiam, neque per ſe. Poſtea, quando acceperit oppoſita & differentiam, & quòd omne incidit hinc, aut inde, & acceperit in altero, quod quæritur eſſe, & hoc cognoſcat, nihil differt ſcire, aut non ſcire, in quibuſcunque prædicantur alijs differentiæ: manifeſtum enim eſt, quoniam ſi ita procedens uenerit in hæc, quorum non amplius eſt differentia, habebit rationem ſubſtantiæ, omne autem incidere in diuiſionem, ſi ſint oppoſita, quorum non eſt medium, non eſt petitio. neceſſe eſt enim omne in altero ipſorum eſſe, ſiquidem illius differentia erit. Ad conſtruendam uero definitionem, per diuiſiones, tria oportet coniectare, ut accipiantur quæ prædicantur in eo, quod quid eſt & hæc ordinare quod primum, aut quid ſecundum eſt, & quod hæc omnia ſint. Eſt autem horum unum primũ per id, quòd poſſumus, quemadmodum ad accidẽs ſyllogizare, quod ineſt, & per genus conſtruere: ordinare autem, ut oportet, erit, ſi primum acceperit, hoc autem erit, cum acceptum fuerit, quod omnibus ſequitur, illi autem non omnia, neceſſe eſt enim eſſe aliquid tale:

(margin: Tex. 20. beside "relinquere neceſſarium eſt"; Tex. 21. beside "ſe, ſiquidem illius")

hoc

hoc autem accepto, iam in inferioribus idē modus eſt, ſm nanque aliorum primum, erit & tertium cōſequentium, ablato enim ſuperiori, q̃ cōſequitur, aliorum primum erit: conſimiliter uero & in aliis. Quod autem omnia hæc ſint, manifeſtum ex eo, q̃ accepit & primū ſm diuiſionem, quoniā omne aut hoc, aut hoc animal, ineſt autem hoc: & rurſus huius totius differentiam, ultimi uero non amplius eſſe differentiā, aut & ſtatim cum ultima differentia à toto non differre ſpecie hoc, manifeſtum enim q̃ neque plus adiacet: omnia enim in eo quod eſt quid accepta ſunt horum, neque deficit ullum: aut enim genus, aut differentia utique eſſet, genus quidem igitur, & primū, & hoc, quod cum differentiis aſſumitur: differentiæ uero omnes habentur. non enim amplius ſunt poſteriora ſpecie, nanque differret utique ipſum ultimum, hoc autem dictum eſt non differre. Quærere uero oportet inſpicientem ad ſimilia, & indifferentia: primum quid omne idem habent poſtea rurſus in alteris, quæ in eodem quidem genere ſunt cum illis: ſunt autem ipſis quidem eadem ſpecie, ab illis autem altera: quando autem in his acceptum fuerit aliquid * omnia idem, & in aliis conſimiliter in acceptis omnino conſiderare, ſi idem, quouſque ad unam deuenerit rationem, hæc enim erit rei definitio, ſi uero non proceſſerit in unam, ſed in duas aut plures, planum quòd non eſſet utique unum aliquid quod quæritur, ſed plura. Vt dico, ſi quid eſt magnanimitas quæreremus, conſiderandum in quibuſdam magnanimis. quos ſcimus, quid habent unum omnes inquantum tales, ut ſi Alcibiadès magnanimus, aut Achilles, & Aiax, quid unum omnes habent, non tolerare iniuria affecti, ille enim bellauit, iſte autem iratus eſt, hic uero interemit ſeipſum. Rurſus in alteris, ut Lyſandro, aut Socrate, ſi utique indifferentes ſunt, & bona & mala fortuna affecti: hæc duo capiens conſidero, quid idem habent, & nō impaſſibilitas circa fortunas, & non tolerantias cum illis infertur iniurias: ſi uero nihil, duæ utique ſpecies eſſent magnanimitatis. Sem

Tex.22.

* a.l.oīno.

Hh per

per autem eſt omnis definitio vniuerſalis: non enim alicui oculo dicit ſalubre Medicus, ſed aut omni, aut ſpecie determinans: Faciliuſque eſt ſingulare definire, quàm vniuerſale. quapropter oportet à ſingularibus ad uniuerſalia tranſire: ęquiuocationes etenim latent magis in vniuerſalibus, quàm in indifferentibus. Quemadmodum autem in demonſtrationibus oportet eſſe ipſum ſyllogizatum fuiſſe, ita & in definitionibus ipſum manifeſtū eſt: hoc autem erit, ſi per ea, quæ ſingulariter dicuntur, ſit in vnoquoque genere, definire ſeorſum, vt ſimile non omne, ſed quod in coloribus & figuris & acutum, quod in uoce, & ita in commune progredi obſeruantem, ne æquiuocatio incidat. Si uero neque diſputare oportet tranſlationibus, planum quòd neque definire, neque tranſlationibus, neque quæcunq; dicuntur tranſlationibus, diſputare enim neceſſe erit in tranſlationibus.

CONCLVSIO.

Ternarius eſt numerus impar primus vtroque modo.
Abſque differentijs impoſſibile eſt aliquid ſcire.
Definitio ſemper eſt rei vniuerſalis.
Facilius eſt definire ſingulare quam vniuerſale.
Aequiuocationes magis latent in uniuerſalibus, quàm in differentibus.
Ex tranſlationibus definitiones minime aſsignantur.

Quo pacto inueniantur problemata tum diuiſione, tum etiam analogia. Cap. 9.

AD HOC autem, ꝙ habeamus problemata, eligere oportet & deciſiones & diuiſiones, ita vero eligere ſupponentem genus commune omnium, vt ſi animalia eſſent, quæ ſpeculata ſunt, qualia omni

omni animali inſunt: his autem acceptis, rurſus reliquorum primo, qualia omnem ſequantur: vt ſi hoc eſt auis, qualia omnem ſequantur autem: & ita ſemper proxima: planum enim q habebimus iam dicere, propter quid inſunt conſequentia iis, quæ ſunt ſub communi. vt propter quid homini, aut equo inſunt. ſit autem animal, in quo A: B vero conſequentia omne animal: in quibus autem C D E aliqua animalia, planum igitur propter quid B ineſt ipſi D. nanque per A. conſimiliter autem & alijs. Et ſemper in aliis eadem eſt ratio, nunc quidem igitur ſecundũ tradita communia nomina dicimus. Oportet autem non ſolum in his conſiderare, ſed & ſi aliud quid uiſum fuerit inexiſtens commune, excipiẽtem, poſtea quæ hoc ſequitur, & qualia hoc ſequuntur, ut cornua habentia, habere erinacium, non utrique dentata eſſe. Rurſus cornua habere, quæ ſequitur, planum enim propter quid illis inerit, quod dictum eſt: propter.n.cornua habere inerit. Amplius autem alius modus eſt ẽm proportionale eligere: unum.n.accipere non eſt idem, quod oportet uocare ſepium, & ſpinam, & os, erunt autem conſequentia & his tanquã una quadã natura tali exiſtẽte. Eadem uero problemata ſunt, hæc quidem eo q idem medium habent, ut quoniã omnia * contra reſiſtentia. horum autem quædam genere eadem quæcunq; habent differẽtias eo quod aliorum, aut aliter eſſe, ut propter quid reſonat, aut ꝑpter quid apparet, & ꝑpter quid iris: oĩa.n. hæc idem problema ſunt genere, oĩa.n.* refractio, ſed ſpecie altera. Aliqua uero eo q mediũ ſub altero medio eſt, differunt problemata. ut pp quid Nilus decreſcente menſe magis fluit, qm̃ q hybernior decreſcẽs eſt, & pp quid hybernior decreſcens? qm̃ luna deficit, hæc.n. ita ſe habent inter ſe.

Tex. 23.

Tex. 24.

* ρισα ἀντιπτωσις.

* ἀντανάκλασις.

* a.l. repercuſſio.

CONCLVSIONES.

Fluuius magis fluit in fine menſis, quia tunc luna magis deficit.

De cauſis & effectis, & an vnius plures ſint cauſæ. Cap. 10.

Tex.25. DE cauſa vero,& cuius cauſa dubitaret vtiq; aliquis,an quando eſt cauſatum & cauſa eſt, quem admodum ſi fluũt folia,aut deficit, & cauſa fluẽdi folia,aut deficiendi erit,veluti,ſi huius eſt lata folia habere, ipſius vero deficere, eſt terram in medio eſſe, ſi.n.nõn eſt,alia quędam erit cauſa ipſorum,ſiue cauſa eſt ſimul & cauſatum, vt ſi in medio terra eſt deficit, aut ſi latifolium,fluunt folia. Si vero ſic, ſimul vtique eſſent, & monſtrarentur per ſeinuicem. ſit enim folio fluere, in quo A: latifolium vero in quo B: uitis autem in quo C. ſi itaq; ipſi B ineſt A:omne.n. latifolium fluit folio,ipſi vero C ineſt B,omnis enim uitis eſt latifolia, ipſi C ineſt A,& omnis uitis fluit folio, cauſa uero B medium. ſed & quoniam latifolia eſt uitis, eſt per folio fluere demonſtrare. ſit enim D quidem latifolium:E vero folio fluere: vitis autem in quo F, ipſi itaque F ineſt E,folio fluit enim omnis uitis: ipſi autem E D,omne.n. folio fluens eſt latifolium:omnis igitur uitis latifoliũ. cauſa autem eſt folio fluere. Si vero non contingit cauſas eſſe ſibijnuicem, cauſa enim prior eſt eo cuius eſt cauſa: & deficiendi quidem cauſa eſt in medio terram eſſe:quòd autem in medio terra ſit,non eſt cauſa ipſum deficere:ſi igitur per cauſam quidem demonſtratio eſt propter quid,quæ vero non per cauſam ipſius quod: qđ quidem in medio nouit,propter quid autem non: quòd autem deficere nõ eſt cauſa,quòd ſit in medio: ſed hoc ipſius deficere,manifeſtum:in ratione nanque ipſius deficere,ineſt eſſe in medio:quare planum, quòd per hoc illud cognoſcitur,ſed non hoc per illud. Aut contingit vnius plures eſſe cauſas? ſi enim eſt idem de pluribus primum prædicari:ſit A ipſi B primo inexiſtens, & ipſi C alij primo,& hæc ipſis D E, inerit igitur A ipſis D E, cauſa vero eſt ipſi quidem D B,ipſi vero E C: quare cauſa quidem exiſtente neceſſe eſt rem eſſe: re autem exiſtente,

ſtente,non neceſſe eſt omne,quodcunque ſit cauſa, ſed cauſa quidem,non tamen omnis.Aut ſi ſemper uniuerſale problema eſt,& cauſa totũ quiddam, & cuius cauſa uniuerſale.vt folio fluere toto aliquo determinato, licet ſpecies ipſius ſint,& his vniuerſaliter aut plantis, aut his plantis:quare & medium ęquale oportet eſſe in his & cuius cauſa & conuerti. vt propter quid arbores folio fluunt:ſi itaque propter congelationem humidi, & ſi folio fluit arbor, oportet eſſe congelationem, & ſi congelatio ineſt nõ cuicunque,ſed arbori,eſt folio fluere.Vtrum autem contingit non eandem cauſam eſſe eiuſdem omnibus,ſed alteram,aut non?an ſiquidem per ſe demonſtretur,& non per ſignum, aut accidens?nõ poteſt fieri:nanque ratio extremi medium eſt,ſi vero non ita,contingit.Eſt autem & cuius cauſa, & cui conſiderare ſecundum accidens,non tamen uidentur problemata eſſe. ſi vero non ſimiliter habebunt medium, ſiquidem æquiuoca,æquiuocarum medium eſt: ſi uero ut in genere,ſimiliter habebunt,vt propter quid & permutatim proportionale? Alia enim cauſa eſt in lineis,& numeris,& eadem utique,inquantum quidem lineæ,alia: inquantum vero habens augmentum tale, eadem, ita & in omnibus: huius autem ſimiliter eſſe colorem colori,& figuram figuræ,aliam alij: æquiuocum enim eſt ſimile in his: hic quidem fortaſſe proportionabiliter habere latera, & æquales angulos, in coloribus vero ſenſum unum eſſe, aut aliud aliquid tale: quæ vero ſęcundum analogiam,eadem,& medium habebunt ſęcũdum analogiam. Se habet autem ſic, conſequi cauſam ſibijnuicem,& cuius cauſa, & cui cauſa, ſingulum quidem accipienti cuius cauſa in plus eſt, vt extrinſecos æquales eſſe quatuor in plus eſt,quàm triangulum, aut quadrangulum omnibus vero æqualiter: quæcunque enim quatuor rectis æquales eſſe extrinſecos, & medium ſimiliter:eſt autem medium ratio primi extremi quocirca omnes ſcientiæ per definitionem fiunt: vt folio fluere ſimul ſequitur uitem & excedit, & ficum & excedit,ſed non oẽs,ſed æquale eſt: ſi igitur acceperis

primum medium,ratio folio fluendi eſt: erit enim primum quidem in altera medium,quoniam talia omnia poſtea huius medium,quoniam ſuccus congelatur, aut aliud aliquid tale. quid autem eſt folio fluere, congelari ſuccum in contactu ſeminis. In figuris vero ita aſſignabit,quærentibus aſſecutionem cauſæ & cuius cauſa. ſit A inexiſtens B omni: B vero vnicuique eorum quæ D: in plus autem: B utique vniuerſale eſſet ijs,quæ ſunt D. hoc enim dico vniuerſale,cum quo nõ conuertitur: primum uero uniuerſale,cum quo unumquodque quidem non conuertitur,omnia autem conuertuntur & non excedunt,ipſis itaq; D cauſa eſt ipſius A,ipſum B,oportet, igitur A,in plus quàm B extendi: ſi uero non,quid magis cauſa erit hoc illius? ſi itaque omnibus ineſt, ipſum A, erunt aliquid illa vnum omnia aliud A B: ſi enim non, quomodo erit dicere, quòd cui ineſt E, ipſum A omni: cui vero A,non omni ipſum E? Propter quid enim non erit aliqua cauſa vt ineſt omnibus D,* ſed nunquid & ipſa E,erunt aliquid unum. Conſiderare oportet hoc, & ſit C: contingit itaque eiuſdem plures cauſas eſſe, ſed non ijſdem ſpecie. vt quòd longæua ſint, quadrupeda quidem, eo quia non habent bilem, uolatilia uero eo quòd ſicca ſunt,aut alterum quid. Si vero ad indiuiduum non ſtatim ueniunt, nõ ſolum vnum eſt medium ſed & plura, & cauſæ plures, vtrum vero cauſa mediorum,quod ad vniuerſale primum,aut ad ſingulare, ſingularibus? planum itaq; ea eſſe, quæ proxima ſunt unicuique,cui ſunt cauſa,primum enim ſub uniuerſali eſſe,hæc eſt cauſa,vt ipſi D ipſum C,quòd ipſum A,* inſit cauſa,ipſi igitur D, ipſum C cauſa ipſius eſt A,ipſi vero C,ipſum B, huic autem idem. De ſyllogiſmo igitur ac demonſtratione, & quid vtrunque eſt, & quomodo fit, manifeſtum. ſimul vero & de ſcientia demonſtratiua. idem enim eſt.

*al.l. ſed nũ quid & ipſis E, ſiquidem erunt aliq̃d vnum.

*al. le. B

Tex. 26.

CONCLVSIONES.

Quæuis arbor lata folia habens, folia fluit.

Qu-mo-

Quomodo principia cognoſcuntur & quis principiorum ſit habitus. Cap. 11.

DE principiis vero & quõ fiunt nota, & quis cognoſcens habitus, hinc eſt planum addubitãtibus primũ: ꝙ quidẽ igitur non contingit ſcire per demonſtrationem non cognoſcẽti prima principia immediata dictũ eſt prius. Immediatorum vero cognitio, vtrũ eadẽ ſit aut non eadẽ, dubitare poſſet aliquis: & vtrum ſciẽtia vtriuſq; aut non, aut huius quidẽ ſcientia, illius vero alterũ quid genus: & vtrum non inexiſtẽtes habitus innaſcantur, aut inexiſtentes latere. Si itaque habemus ipſos, abſurdum: cõtingit.n. certiores habentes cognitiones demonſtratione latere: ſi vero accipimus non habentes prius, quõ vtique cognoſceremus, & diſceremus ex non præexiſtente cognitione? impoſſibile nanque, quemadmodum & in demonſtratione dicebamus. Manifeſtum igitur, qm̃ neque habere poſſibile eſt, neque ignorantibus, & nullum habentibus habitum innaſci. Neceſſe igitur habere quidem aliquã potẽtiã, non talem autem habere, quæ eſt his honorabilior ſm certitudinem. Apparet autem hoc vtique oĩbus inexiſtens aĩalibus: habent.n. congenitam potentiam iudicatiuã, quam vocant ſenſum: inexiſtente autem ſenſu, in aliis quidem animalium fit permanſio ſenſati, in aliis vero non fit, in quotcunque igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ nõ fit, non his cognitio extra ipſum ſentire, in quibus vero ineſt ſentientibus, habere vnum quiddam in anima, cum multa talia fiant, iam differentia quædam fit, vt his quidem fiat ratio ex talium permanſione, his vero non. Ex ſenſu quidem igitur fit memoria, quemadmodum dicimus, ex memoria vero, quæ plerunque eiuſdem fit experientia, multæ nanque memoriæ numero experientia vna eſt, experiẽntia autem ex omni quieſcente vniuerſali in anima, aut vno præter multa, quod vtique in oĩbus vnum ſit illis idem, artis eſt principiũ & ſcientiæ: ſi circa generationem quidem artis, ſi vero circa ens, ſcientiæ. Neque itaque in- Tex. 27.

ſunt determinati habitus,neque ab aliis habitibus fiūt notioribus, ſed à ſenſu, vt in pugna verſione facta vno ſtante,alter ſtetit, poſtea alter, quouſque ad principiū venit,anima vero eſt talis,vt poſſit pati hoc.Quod autem dictum quidem fuit pridem,non manifeſte uero dictum fuit, rurſus dicamus. Cum enim ſteterit indifferentium vnum, primum quidem in anima vniuerſale, ſentit etenim ſingulare, ſenſus vero ipſius vniuerſalis eſt,vt hominis, ſed non Calliæ hominis. Rurſus in his ſtatur, quouſque ad impartibilia ſteterint & vniuerſalia,vt tale hoc animal,quouſque aīal,& in hoc conſiſt: planum itaq; ꝙ nobis prima inductione cognoſcere neceſſarium, ſenſus etenim ſic vſe facit. Qm̄ vero habituum,qui circa * intelligentiā,quibus verificamus, aliqui ſemper veri ſunt, alij vero ſuſcipiunt falſum vt opinio & * ratiocinatio,vera autem ſemper ſunt, ſcientia & intellectus,& nullū ſcientiæ genus aliud certius,quā intellectus, principia vero demonſtrationum notiora, ſcientia autem omnis cum ratione eſt,principiorū quidem ſcientia vtique non fuerit, qm̄ vero nihil contingit eſſe verius ſcientia,quā intellectus, intellectus vtique fuerit principiorum, & ex his conſiderantibus, & quoniam demonſtrationis principium non eſt demonſtratio: quare neque ſcientiæ eſt ſcientia: ſi igitur nullum aliud præter ſcientiam genus habemus verum, intellectus vtique fuerit ſcientiæ principium & principium quidem principij utique fuerit, * quæ autem omnis conſimiliter ſe habet ad omnem rem.

*διανοιαν

*λογισμός.

*al.le. ſi.

CONCLVSIONES.

Ex ſenſu fit memoria, ex multis memorijs fit experimentum, ab experimento autem accipitur uniuerſale, quod artis & ſcientiæ principium eſt.

Intellectus eſt habitus primorum principiorum.

Sentire eſt ipſius ſingularis, ſenſus autē uniuerſalis.

Finiunt Poſteriora Analytica Ariſto.

Ariſto.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

Peripateticorum principis Topicorum. Lib. I.

Ioachimo Perionio Cormœriaceno Interprete.

SVMMA LIBRI.

De ſpeciebus ratiocinandi & eius partibus, ac inſtrumentis.

Quod nam eius propoſitum, & quæ raciocinandi ſpecies. Caput primum.

HOc nobis loco propoſitum eſt, uiam atque rationem inuenire, qua & de omni quæſtione propoſita, probabili argumentatione poterimus diſſerere, & nihil repugnans, ſi quid in diſputationibus defẽdamus, afferemus. Ac primum quidem, quid ſit ratiocinatio dicendum eſt, quæque eius genera, vt ratiocinatio dialectica, quoniam hoc ſermone eam inueſtigamus, quid ſit intelligatur. Eſt igitur ratiocinatio, oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quiddam, quam quæ poſita ſunt, ex iis ipſis quæ poſita ſunt, efficitur neceſſario. Demonſtratio autem eſt, cum ex veris & perſpicuis concluſio eſt, aut certe ex eiuſmodi, quæ à quibuſdam perſpicuis & veris cauſam cognitionis ſumunt. Dialectica vero ratiocinati oeſt,

tio eſt, quæ ex probabilibus concluditur. Vera quidem ſunt, & perſpicua ea, quæ nón ab alijs, ſed à ſeipſis fidem habent. neque enim initiorum ac principiorum, quæ ſcientiam gignunt, quærendi ratio eſt, eaque omnia per ſe ipſa perſpicua eſſe debent. Probabilia autem ſunt, quæ probantur aut omnibus, aut plurimis, aut certe ſapientibus, atque ijs, vel omnibus, vel plurimis, vel ijs, quorum ſpectata eſt & perſpecta ſapientia. Fallax autem & certandi ſtudio comparata ratiocinatio eſt, quæ ex ijs progreditur, quæ probabilia videntur, nec ſunt, aut quæ ex probabilibus, vel quæ probabilia videntur exiſtit. Non enim omne quod probabile videtur, etiam probabile eſt, quandoquidē nihil eorum quæ habentur probabilia, extrinſecus & quaſi ſpecie prima, tale exiſtit omnino, id quod initijs concluſionum fallaciam ſolet contingere. Celeriter enim ac ſæpe ijs etiam qui parua cernere poſſunt, his in rebus falſi natura ſe offert & oſtendit. Prior igitur ratiocinationum earum, quas fallaces & ſtudio certandi comparatas eſſe diximus, etiam ratiocinatio vocetur. Altera fallax ratiocinatio non omnino ratiocinatio dicatur, quoniam concludere uidetur neque concludit. Sunt etiam, præter eas ratiocinationes, quas expoſuimus, fallaces concluſiones, quæ ex proprijs initijs nonnullarum artium efficiuntur, & conſtant, quod fit in Geometria, alijſq;, quæ huic finitimæ ſunt. Nam inter genus hoc & ſuperiora aliquid intereſt. neque enim ex veris & primis, neque ex probabilibus progreditur is, qui falſa deſcriptione utitur. Non enim in definitionem incurrit, quoniam nec ſumit, quæ probantur omnibus, nec quę plurimis, nec quę ſapientibus, atque his nec ea quę omnibus, nec quę pluribus; nec quę probatis, ſed ex proprijs ſcientię ſumptionibus non ueris, quod uult efficit. Nam quia ſemicirculos deſcribit non quemadmodum deſcribendi ſunt, aut lineas ducit non quomodo ſunt ducendę, eo falſam concluſionem efficit. Ac ratiocinationum quidem genera hęc ſunt à nobis plane ac pingui quadam Minerua expoſita.

poſita. Nam & de ijs, quę iam diximus, & de ijs, de quibus deinceps dicturi ſumus, ſummatim quidem hęc hactenus. Si quidem dę ijs non eſt huius inſtituti ſubtiliter & accurato diſputare, ſed plane quantumque ſatis eſſe duximus, ad ſimplicem eorum cognitionem, quam à nobis hęc poſtulat diſputatio.

CONCLVSIONES.

Ratiocinatio eſt oratio, in qua quibuſdã poſitis aliud quiddã quàm quæ poſita ſunt ex ijs ipſis, quæ poſita ſunt, efficitur neceſſario.

Demonſtratio eſt cum ex ueris & perſpicuis concluſio eſt, uel certe ex talibus, quæ à quibuſdam perſpicuis & ueris cauſam notitiæ, ſumunt.

Dialectica ratiocinatio eſt, quæ ex probabilibus concluditur.

Vera ſunt & perſpicua, quæ non ex alijs, ſed à ſeipſis fidem habent.

Quodlibet primorum principiorum, eſt ſibijpſi fides.

Ratiocinatio litigioſa eſt, quæ ex his, quæ uidentur probabilia & non ſunt, collecta eſt.

Probabilia ſunt, quæ omnibus aut pluribus uidentur, aut ſapientibus: & his, uel omnibus, uel pluribus, uel maxime notis & præcipuis.

At quot nam ſit vtile Dialecticæ diſſerendiq; diſciplinæ ſtudium. Cap. 2.

SEquitur vt deinceps ad quot, quaſque res inſtituti noſtri ratio conducat diſſeramus. Tria autem ſunt, quorum primum exercitatio eſt, alterum congreſſus: tertium philoſophiæ ſcientia. Atque ad exercitationem quidem magnum eam adferre adiumentũ hinc perſpici licet, quod ſi uia & ratione iuſtructi ve-

niemus ad diſputandum,facilius de re propoſita diſſerere poterimus. Ad congreſſus autē & colloquia,quod multorum enumeratis expoſitisque ſententijs, non ex alienis & longe petitis, ſed proprijs, aptisq; locis ſermonem depromemus,quem cum ipſis conferamus. Ita ſi quid minus præclare nobis uidebuntur dicere, id facile refellemus. Ad philoſophiæ autem rationē, quòd facultate in utranque partem de re quaque diſputandi inſtructi facilius in quaque re quid uerum ſit, quid falſum perſpiciemus. Atque etiam ad prima initia omnium artium cognoſcenda,in hac arte uis maxima eſt. Nam quoniam principijs,quæ propria artis cuius ſunt de qua agiť adhibitis, de ijs ipſis nihil dici poteſt, nec concludi (ſunt enim ſua cuiuſque artis prima & perſpicua principia)certe ijs,omnibus,quæ in quaque probabilia ſunt, utamur neceſſe eſt, ſi quid de his exponere uelimus,quòd Dialecticæ proprium eſt uel maxime. Cum enim hęc ratio ſit quædam indagatrix,ad omnia omnium rerum,quæ uia & ratione progrediuntur principia,uiam aperit. Sed huius rei tum demum perfecta in nobis erit ratio,cum id accidet nobis,quod ijs qui arte rethorica, medicina,cæteriſq; artibus ſunt præditi i.cum ex ijs, quæ in noſtra erunt poteſtate, efficiemus quæ uolumus. Neque enim uel orator omnibus modis perſuadere ſolet, uel medicus curationem adhibere, ſed ſi nihil prætermittat eorum, quæ adhibere poſſit, tum denique & peritum eum,& artificem iudicamus.

CONCLVSIO.

Dialectica eſt utilis ad tria : ad exercitationem, ad. obuiationem,& diſciplinas philoſophicas.

Dialectica ad omnium methodorum principia uiam habet.

Non omne quod uidetur probabile eſt probabile.

Ex quot & quibuſnam conſtet diſceptatio Dialectica. Cap. 3.

PRimum igitur ex quibus hæc conſtet ratio videamus. Quod ſi expoſuerimus, quot quibuſque de rebus omnis inſtituatur diſputatio, ac ex quibus conficiatur, & quemadmodum ea omnia nobis ſuppetent, facile quod uolumus conſequemur. Sunt autem numero paria, & ea, ex quibus ſermones conſtant, & ea in quibus ratiocinationes uerſantur: quippe ſermones cũ propoſitionibus conficiantur, & ratiocinationes ducantur à quæſtionibus. Omnis autem propoſitio, omniſq; quæſtio aut genus declarat, aut proprium, aut accidens nam dfferentia, quia generi, attribuitur, in eodem in quo genus, numero reponenda eſt. Qm̃q; propriũ aliud eſt, quod rei naturã explanat, aliud quod nõ explanat, diuiſum ſit proprium & diſtributum in partes has duas appellaturq; vnum id quod rei uim & naturam declarat definitio. alterum communi nomine, quod habuit, vocetur proprium. Ex quo perſpicuum eſt, quatuor omnia fieri, vt diuiſimus, vel proprium, uel diffinitionem uel genus, vel accidens. Neque uero dictum uelim hęc omnia per ſe, aut propoſitionem efficere, aut quæſtionem, ſed hoc dico, ex his omnibus & quæſtiones conſtare, & propoſitiones. Differt autem ratione quadã, propoſitio a quæſtione: Nam ſi quæratur hoc modo, An ſit animal gradiens, bipes, definitio hominis, aut ſit ne animal hominis genus? propoſitio eſt. Sin hoc modo, Sit ne animal gradiens bipes definitio hominis, nec ne? quæſtio eſt quòd idem in cæteris contingit. Pari igitur numero inter ſe reſpondent, & propoſitiones & quæſtiones, præſertim cum ex omni propoſitione, ſi rationem dicendi mutes, quæſtionem facere poſſis.

CON-

CONCLVSIO.

Quatuor ſunt prædicabilia, ex quibus omnis conficitur propoſitio: genus cum differentia conuertibile, diffinitio, proprium, & accidens.

De definitione proprio, genere & accidente. Cap. 4.

NVnc dicēdum eſt, quid ſit definitio, quid genus, quid proprium, quid accidens. Definitio eſt oratio, quę id quod definitur explicat quid ſit. adhibetur aūt aut oratio pro nomine, aut pro oratione oratio. Poſſunt enim quedā etiam orationi ſubiecta, quæ quid declarant & ſignificant, definiendo aperiri. Qui autem quoduis nomen ad rem definiendam adhibent, ij profecto rei definitionem non explicant, quandoquidem omnis definito oratio eſt. attamen hoc referendū eſt ad diffinitionem, vt honeſtum eſt quod decet. Itemque hoc, vtrum idem ſit ſenſus & ſcięntia, an aliud definitioni attributum eſt. In definitionibus enim idē ne ſit, an alterum, multus vſus eſt. Ad definitionēq; pertinent ea omnia, quæ ſubiecta ſunt eidem diſciplinæ, cū definitionibus. Atque hæc omnia talia eſſe ex hoc intelligi poteſt, quòd ſi poſſumus quid idē ſit, quid aliud differere, magna nobis de definitionibus diſputādi ſuppetet copia Nam ſi non idem eſſe oſtendemus, definitionem infirmabimus. quanquam non id retro cōmeat. Non enim ſatis eſt ad conſtruendam definitionem, idē eſſe docere, ad euertendam autem ſatis eſt: non eſſe idē oſtendere. Proprium autem eſt, quod quid ſit res nō explicat, in ſoloque ineſt, & uiciſſim de re dicitur. velut hominis proprium eſt, natum eſſe ad percipiendā grāmaticam. Si.n. homo ſit uim habet ad percipiendam grammaticam. & ſi quid ſit quod uim ad percipiendam grammaticam habeat, homo. Neque enim quiſquam id

id proprium eſſe dicat, quod in aliam rem trãſferri poteſt. vt dormire hominis proprium non eſt, etiam ſi ad quoddam tempus in ſolum hominẽ cadat. Sed ſi quid tale proprium dicatur, non omnino, ſed ad quoddam tempus, aut ad aliquid collatum, propriũ appellabitur. Nam à dextra eſſe proprium eſt interdum, & bipedem eſſe, proprium eſt, quod cum aliquo confertur. ut hominis proprium eſt ad equum & canem. Atque nihil eorum, quæ in alio ineſſe poſſunt, uiciſſim dici, hinc perſpici licet, quòd non eſt neceſſe ſi quid aliud dormiat, id eſſe hominem. Genus autem id eſt, quod de pluribus ſpecie autem differentibus dicitur in quæſtione, qua quid ſit res quæritur. In quæſtione autem qua quid quicq; ſit quæritur, ea dicuntur omnia, quibus accommodate & apte reſpondent qui rogantur quid ſit id, de quo agitur. Vt ſi quis rogetur quid ſit homo, apte reſpondebit animal. Generi etiam illud attributum eſt. ſit ne aliquid in eodem genere, in quo aliud, an in alio. hoc.n. ad eundem locum, ad quem genus referendũ eſt. Nam ſi animal, genus hominis eſſe demonſtrauerimus bouis etiam certe oſtenderimus, quoniam in eodẽ ſunt genere. & ſi alterius eſſe genus docuerimus, alterius nõ eſſe, ea non ad idem genus docuerimus pertinere. Accidens eſt, quod nihil horum eſt, nec genus, nec definitio, nec proprium, rei autem conuenit, & quod cadere poteſt in rem unam aliquam, & in eandem non cadere, uelut ſedere & conuenire eidem & non conuenire poteſt. Itemq; id quod album eſt, quoniam nihil prohibet eundem alias album eſſe, alias non album. Harum autem accidentis definitionum uerior eſt & aptior ſecunda. Siquidem priore propoſita & conſtituta, ſiquis eam ſit intellecturus, his ante quid definitio ſit, quid genus, qd proprium ſciat neceſſe eſt. at poſterior ſatis ipſa per ſe plena & perfecta eſt, ut quid ſit accidens per ſe intelligatur. Accidenti attributæ ſunt rerum omnium inter ſe comparationes, quæ ab accidente ducuntur, ut utrũ expetendum magis quod honeſtum eſt, an quod utile, & utra uita ſuauior, ea ne quæ virtute, an quæ uolu-

ptate

ptate dirigitur,& ſi quid aliud eodem modo dicitur.In ijs enim omnibus, vtri id de quo agitur magis, conueniat,quæritur.Ex quo perſpicuum eſt accidẽs ad quoddam tempus,& cum aliquo collatum proprij nomẽ obtinere poſſe. ueluti ſedere, quod eſt accidens, ſi quis ſolus ſedeat, tum ad tempus proprium erit, & ſi ſolus quis ſedeat,etiam erit proprium ad eos qui non ſedẽt. Ita nihil prohibet accidens ad quoddam tempus & cũ aliquo collatum uim proprij ac nomen obtinere, cum interim omnino non ſit futurum proprium.

CONCLVSIONES.

Diffinitio eſt oratio quod quid eſt res explicans & explanans.

Genus eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid.

Proprium eſt,quod non indicat quid eſt eſſe rei, ſoli autem ineſt & conuerſim prædicatur.

Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe.

Quæcunque prædicata,aliquid continere eorum, quæ à definitione continentur. Cap. 5.

ILlud autem ignorare non debemus,ea omnia, quæ ad proprium, quæ ad genus, quæ ad accidens referuntur, attribui etiam definitionibus poſſe. Nam ſi demonſtrauerimus,nõ ſoli ei conuenire quod ſubeſt definitioni, ut in proprio: aut non eſſe in definitione genus id,quod datum eſt,aut nõ ineſſe vlli eorum, quæ in definitione continentur, quod etiam in accidente dici poteſt, certe definitionem euerterimus. Ita quemadmodum iam dixi,quæ enumerauimus, quodammodo ſub definitionem cadunt omnia. Nec vero ob eam cauſam in his omnibus uia & ratio una generalis quærenda

renda eſt. Non enim hoc inuentu facile eſt, & ſi inuentum ſit, tamẽ incertum erit omnino, nec magnum adiumentum ad id, quod quærimus adferet. at ſi propria eorum ſigillatim uia tradatur, facilior ex ijs, quæ ſingulorum propria ſunt, de re propoſita erit explicatio. Itaq; ſummatim & plane, ut ante dixi, facienda partitio eſt. tum ſua cuique & aſſignanda & tribuenda, quæ eadem generi & definitioni attributa dicimus. Quanquam fere quæ expoſita ſunt, apta ſunt ſingulis.

CONCLVSIONES.

Quæcunque ad proprium, ad genus, ad accidens referuntur, definitionibus etiam applicari poſſunt.

Quot modis idem dicatur. Cap. 6.

PRimum autem omnium de eodem diſſerendum eſt, quot modis dicatur. tripartito autem, ut planius dicam, diſtributum eſt. Aut enim numero, aut ſpecie, aut genere idem ſoliti ſumus dicere. Ac numero quidem eadem ſunt, quorum & nomina plura, & res vna eſt, vt veſtimentum & ueſtis. Speciei autem eiuſdem ſunt ea quæ multa ſunt, neque ſpecie differũt. vt duo homines, vt duo equi. Ea enim eiuſdem ſpeciei dicuntur, quæ eidem ſpeciei ſubiecta ſunt. Itemq; eiuſdem generis ſunt ea quæ eidem generi ſubijciuntur, ut homo & equus. Aqua autem quæ ab eodem fonte manat, eadem dici alio modo atque ſuperiora uidebitur. ſed tamen in eodem genere numeranda eſt, in quo ea quæ unius ſpeciei quoquo modo habentur, præſertim cum cognatione quadam & ſimilitudine hæc inter ſe coniuncta ſint omnia. Siquidem aquæ omnes quòd ſimilitudinem quandam inter ſe habeant, eiuſdem ſpeciei ſunt, & aquæ ab eodem fonte fluentes quæ eædem dicuntur, non alia ratione differunt, niſi quòd excellentior ſit & maior ſimilitudo. Itaq; non ab ijs hoc genus

ſeiungimus,quæ eadem quoquo modo ſpecie continen tur. Conſtat autem inter omnes,id quod eſt unum numero,idem appellari veriſſime. Idque ſolet in multas partes diſtribui,quarum prima eſt, & maxime propria ea,qua aliqua eodem nomine uel definitione explicau bitur, vt ueſtimentum & tunica, ut animal gradiens bipes,& homo. Secundo loco ea, quæ eiuſdem ſunt proprietatis,cuius generis eſt hoc totum, quod vim habet ad cognitionem percipiendam,& homo,& quod ſublime natura fertur,& ignis eadem ſunt proprietate. Tertio loco, cum id ab accidentibus naſcitur, vt quod ſedet, quodque muſica præditum eſt, idem eſt quod Socrates. Vnum enim numero hæc declarare omnia, ex ijs qui nominum mutationem faciunt, intelligi poteſt. Sæpe enim ſi quem euocari iubemus nominatim, neq; is intelligit cui iubemus,alio tum nomine utimur,quaſi facilius ex re aduentitia ſit intellecturus, ideoq; vel ſedentem,vel diſputantem ad nos accerſiri iubemus. Ex quo perſpicuum eſt,idem exiſtimare nos accidente declarari, quod nomine. Idem igitur tribus modis, vt expoſitum eſt,dicitur.

CONCLVSIONES.

Eadem dicuntur tribus modis: eadem genere, eadē ſpecie, eadem numero.

Eadem numero ſunt quorum ſunt plura nomina, res autem una.

Eadem ſpecie ſunt, quæ non differunt ſpecie: ut duo equi.

Eadem genere ſunt quæcunque ſub eodem genere cō tinentur.

Quæuis aqua omni aquæ eadem ſpecie.

Eadem uere ſunt, quæ ſunt eadem numero.

Quan-

Quancunque Dialecticam diſputationem ex definitione, de proprio, genere, & accidente conſtare. Cap. 7.

OMnem autem diſputationem de ijs omnibus haberi & tractari, primũ ex ac inductione perſpici licet. Si quis enim vnamquanque propoſitionem & quæſtionem perſpiciat & conſideret, is certe uel ex definitione, vel ex proprio, vel ex genere, vel ex accidente eam conſtare animaduertet. deinde id ratiocinatione hac concludi poteſt. Quicquid enim de aliquo dicitur id neceſſe eſt conuerſim prædicari, vel non: Si conuerſi prædicatur, definitio erit, vel propriũ. Nam ſi naturam rei explicet, definitio, ſi non explicet, proprium erit: præſertim cum proprium id eſſe definierimus, quod uiciſſim diceretur, neque rei uim naturamque explicaret. Sin minus ipſum & res non conuertantur, aut in ijs eſt quæ in definitionem incluſa de ſubiecto dicuntur, aut non. Si in ijs, quæ in definitione comprehenſa de ſubiecto dicuntur, aut genus, aut differentia ſit neceſſe eſt. quandoquidem è genere ac differentijs omnis diffinitio eſt. Si non eſt in ijs, quæ in definitione continentur, profecto accidens ſit neceſſe eſt. ſiquidem accidens id eſſe definiuimus, quod nec definitio eſt: nec genus, nec proprium, rei autem accidit. Deinceps genera prædicamentorũ exponenda ſunt, ad quæ ex quatuor rerum, quas diximus, diſtinctiones differentiæque referuntur. Sunt autem numero decem, ſubſtantia, quantitas, qualitas: ea quæ cũ aliquo conferuntur, vbi, quando, ſitum eſſe, habere, facere, pati. Semper enim ad unam harum decem accidens, genus, proprium, & definitio pertinent: vt neceſſe ſit, omnes, quæ ex his conſtabunt propoſitiones, & quæſtiones, aut ſubſtantiam, aut qualitatem, aut quantitatem, aut aliquam aliam categoriam indicare. Id autẽ quod ſubſtantiam declarat, interdum ſubſtantiam ſignificare, interdum qualitatem, interdum aliud prædi

camentum,ex hoc perſpici poteſt,quod cum propoſito homine aliquis dicit id,quod propoſitum ſit,eſſe hominem aut animal,is & naturam dicit,& ſubſtantiam explicat,cumque propoſito & conſtituto colore albo, dicit id de quo agitur colorem album eſſe, naturam & ſubſtantiam declarat, explicatque qualitatem. Itemque ſi propoſita magnitudine vnius cubiti,id cõfirmet, de quo agatur,magnitudinem eſſe vnius cubiti,ſubſtantiam dicit, & quantitatem indicat. Quod idem in cæteris contingit. Siue enim idem de ſe dicatur, ſiue genus de eodem, naturam ſubſtantiamque declarat. Sin de alio non naturam iam ſed uel qualitatem, uel quantitatem, uel aliquod aliud prædicamentum indicat. Quare hæc tot ſunt, de quibus omnis inſtituitur diſputatio. Sequitur, vt quemadmodum propoſitiones eligamus,quibuſque rebus hæc nobis facultas ſuppeditabitur, doceamus.

CONCLVSIO.

Dicibilia omnia reducuntur ad quatuor Diffinitionem, Genus, Proprium, & Accidens: Quæ autem dicuntur ad decem prædicamenta: Subſtantiam, Quantitatem ad Aliquid, Qualitatem, Alio paſſio, Quando, Vbi, Poſitio, & Habitus.

De Dialectica Propoſitione. Cap. 8.

PRimum igitur exponendum eſt quid ſit propoſitio dialectica,quid quęſtio dialectica.Neq; enim propoſitio quæſtioque omnis dialectica putanda eſt, præſertim cum nemo qui quidem mentis ſuæ ſit, proponat diſputandum, quod uideatur nemini, neque id quærat,quod perſpicuum ſit omnibus, aut plurimis: quandoquidem quæ nullam dubitationem habẽt, de illis

illis diſputare nemo velit. Eſt autem propoſitio, interrogatio probabilis, quæ non ſit contra opinionem, vel omnium, vel complurium, vel ſapientum: ac ſapiẽtum aut omnium. aut permultorum, aut eorum, quorum maxime perſpecta eſt & ſpectata ſapientia. Ponere enim licet quod ſapientibus probetur, dummodo maximę partis ſententijs minime repugnet. Pertinent etiã ad propoſitiones huius generis ea omnia, & quæ ad probabilium ſimilitudinem accedunt, & quæ contraria ac diſperata ijs ſunt, quæ probabilia videntur, omneſque ſententiæ, quæ ijs artibus, quæ inuentæ ſunt, congruunt & conſentiunt. Nam ſi hoc probabile eſt, eandem in cõtrarijs artem verſari, etiam illud, eidem ſenſui ſubiecta eſſe contraria probabile videatur. Et, ſi vnam numero grammaticam eſſe, tibiarum etiam artem unam eſſe probabile erit. Sin plures grammaticæ, plures etiam artes eſſe tibiarum. Hæc enim ſimilia & cognata ſunt omnia. Itemque ea, quæ probabilibus contraria ſunt, modo diſperatorum, ſi proponantur, probabilia videbũtur. Si etiã hoc probabile ſit, Afficiendos eſſe beneficijs amicos, illud enim probabile erit. De amicis non eſſe male merendum. Atqui cõtrarium eſt, male merẽdum eſſe de amicis. diſperatum vero, non eſſe male merendum. Similiter, ſi de amicis bene merendum ſit, de hoſtibus non eſt bene merendum, quod in numero eorum contrariorum eſt, quæ diſperata dicuntur. Contrarium enim eſt, Bene merendum eſſe de hoſtibus. Eadem eſt ratio cæterorum. Ex ſimilitudine etiam probabile exiſtet, contrarium de contrario. Si enim de amicis bene merendum eſt, de inimicis etiam male, quorum illud, Bene de amicis merendum eſt contrarium eſt huius. De inimicis male merendum eſt. Vtrum autem id vere dicatur, necne, deinceps cum de contrarijs diſſeremus, docebimus. Hoc autem perſpicuum eſt, ſententias omnes, quæ artibus conſentiunt, propoſitionibus ijs, quæ dialecticæ ſint, attribui oportere. Licet enim ea proponere omnia, quæ probantur ijs, qui in illis artibus verſati ſunt, veluti ea, quæ medicina tractat. vt medici:

ea etiam quæ geometria continentur, vt geometræ of ficio fungamur. Quod de alijs iudicandum eſt eodem modo.

CONCLVSIONES.

Propoſitio dialectica eſt probabilis interrogatio, quæ non fit contra opinionem, uel omnium, uel complurium, uel ſapientum eorum, quorum maxime perſpecta & ſpectata ſapientia eſt.

De quæſtione & propoſito dialectico. Cap. 9.

QVæſtio autem dialectica eſt, quæſtio aut ad expetendum & fugiendum, aut ad veritatem cognitionemq; pertinens, uel per ſe vel adiumentum afferens ad aliquid aliud eius generis, de qua aut neutram in partem, aut contra plerique ac ſapientes ſentiunt, aut ſapientes contra ac plerique, aut vtrique ipſi ſecum diſcordant. Sunt enim quæſtiones quædam ad perſequendum quid & declinandum, cuius generis hæc eſt, Vtrum voluptas bonum eſt, necne. Aliæ ſunt ſolum cognitionis & ſcientiæ. vt ſi quæratur, Sit, necne mundus, ſempiternus. Quædam ipſe per ſe ad neutrum horum valent, habent tamen vim ad id efficiendũ, Multa.n. ſunt, quæ per ſe ad cognoſcendum nos non mouẽt, niſi aliorũ cauſa, vt per ea alia diſcamus. Sunt etiã quæſtiones, ex quibus ratiocinationes contrariæ conficiuntur. Vtrum enim ſic, an ne ſecus ſit, quæſtio eſt, propterea quòd in vtranque partem rationes probabiles ſuppetant, & de quibus quia magna & ardua ſunt, diſſerere non poſſumus, rati difficilem eſſe cauſę explicationem. quo ex genere hæc eſt, vtrum mundus æternus eſt, necne. id enim incidere poteſt in diſputationem, Ac propoſitio quidẽ & queſtio expoſitæ ſunt. Propoſitum aũt ſententia eſt admirabilis, contraq; opinionem omniũ, alicuius eorum, quorum in philoſophia illuſtris eſt &

peruа-

peruagata fama. veluti non poſſe contradici, vt placet Antiſtheni, vel moueri omnia, Heracliti ſententia. vel vnum eſſe omnia, quemadmodum ait Meliſſus. (nam cu rare quæ quiſque contra opinionem & ſententiam om nium afferat, amentia eſt.) aut ea, de quibus cum ſint cõ tra opiniones, diſputamus: quale illud eſt, Non omne quod ẽ, aut factũ eſt, aut ſempiternum, vt Sophiſtis pla cet. Eum.n. qui muſicus ſit, eſſe grãmaticum, cum neque natus ſit, neque ſempiternus. Id enim & ſi uni alicui non probatur, tamẽ probabile videtur, quòd ratio & ar gumentatiò probabilis in promptu ſit. Ac propoſitum quidem etiam quæſtio eſt, non omnis quæſtio propoſi- tum, quandoquidem nonnullæ quæſtiones ſunt eiuſmo di. de quibus neutram in partem ſunt ſententiæ. Propo ſitũ autem eſſe quæſtionem, hinc perſpici poteſt, quòd neceſſe eſt, vt dixi, aut multos de propoſito à ſapienti- bus, aut quoquomodo à ſe ipſos diſſentire, quippe cũ propoſitum ſit ſententia contra opinionem omnium. Quanquam autem omnes fere dialecticæ quæſtiones hodie propoſita uocãtur, tamen nihil referet quocunq; nomine vtamur. Neque.n. hęc ita diſtinximus, quaſi no mina cõſtruere velimus, ſed vt ne ignoraremus quæ ſit eorum diſtinctio. Nec vero omne propoſitum omnéve quęſtionem nobis ad diſputãdum proponere debemus, ſed de qua quærat aliquis eorum qui rationem deſide- rent, non pena digni ſint, aut ſenſu carent. Nam & qui quærunt, Sint, necne Dij colendi, & amandi parentes, ſupplicio coercendi ſunt. & qui, ſit ne alba nix necne, ſenſu carent. Nec de ijs etiam quęſtionibus & propoſi tis diſputare debemus, quorum fides vicina eſt, & faci- lis explicatio, aut nimium remota & difficilis, quoniã illa nullam dubitationem afferant, hęc maiorem, quã vt eam ferre poſſit exercendi conſuetudo.

CONCLVSIO.

Quolibet proferente contraria opinionibus ſapien- tum ſollicitum eſſe, ſtultum eſt.

Qui dubitant utrum oporteat Deos uenerari, & parentes honorare, an non indigent pœna.
Qui dubitat utrum nix ſit alba indiget ſenſu.

De differendi dialecticeque augumentationis ſpeciebus. Cap. 10.

HIs autem expoſitis, deinceps quot ſint genera argumentationum dialecticarum, dicendum eſt. Eſt autem vna, quæ inductio, altera, quæ Ratiocinatio nominatur. Ac ratiocinatio quid ſit iam diximus, Inductio autem eſt, ex rebus ſingulis ad vniuerſas progreſſio: vt ſi gubernator is demum ſit optimus, qui peritus & doctus, itemq; auriga, in quaque etiam re qui ſit peritus & exercitatus omnino ſit optimus & præſtãtiſſimus. Inductio quidem plus ualet ad faciendam fidem, aptiorque eſt, ſenſuumque iudicio familiarior & notior, ac ſæpius in populi ore uerſatur. Ratiocinatio autem magis urget, ad eoſque qui contradicunt, refellẽdos potentior eſt. Ac genera quidem è quibus argumẽtationes dicuntur, ea ſunt, quæ diximus.

De rationibus, quibus magnam argumentorum copiam nobis ad diſputandum comparamus. Cap. 11.

RAtiones autem, quibus magnam ratiocinationum argumentorumque copiã comparabimus, ſunt quatuor. quarum vna eſt in propoſitionibus eligendis, altera in diſtinguendo, quot modis quicque dicatur, tertia in differentijs inueniendis: quarta in ſimilitudinis cognitione & ſcientia. Sunt etiam quodammodo eorum trium propoſitiones. Licet enim ex vnoquoque eorum propoſitionem ducere, vt expetendum eſſe, vel quod honeſtum eſt, vel quod iucundũ eſt, vel quod utile: & hoc inter ſenſum & ſcientiam intereſſe, quod ſi ſcientia amiſſa ſit, rurſum comparari poteſt,

teſt, ſenſus ſemel erutus & amiſſus, non poteſt recipi, Et quam rõnem habet id quod efficit bonam valetudinem ad bonam valetudinem, eandem habere id quod firmam conſtitutionem facit ad firmam conſtitutionẽ. Atqui prima propoſitio eſt ex ijs, quæ multis modis dicuntur, ſecunda è differentia, tertia ex ſimilitudine.

CONCLVSIO.

Duplex eſt argumentationis dialecticæ ſpecies, Ratiocinatio, & inductio.

Inductio plus ualet ad faciendam fidem, Ratiocinatio autem magis urget.

De propoſitionum acceptione. Cap. 12.

PRopoſitiones igitur eligẽdæ ſunt, quot modis de propoſitione diximus, vt vel omnium ſententias ſeligamus, vel plurimorum, vel ſapientum: atque eorum vel omnium, vel plurimorum, vel eorum, in quibus valet opinio ſapientiæ. vel eas etiam, quæ cõtrariæ ſint ijs, quæ ex diſperatis fiunt, vt ante diximus. Hoc etiam vtile, in ijs eligendis non ſolum probabiles ſumere, ſed eas etiam, quæ ad earum ſimilitudinem accedunt. vt eundem ſenſum in contrarijs verſari, quoniam etiam ars & ſcientia verſatur, itemque nos cernere aliqua re in aſpectum intromiſſa & recepta non inde eiecta & emiſſa: quoniam eodem modo audimus, guſtamus, & olfacimus. Quod idem fit in cæteris. Iam ea pro initio & propoſito aſſumenda ſunt, quæ in omnibus, vel certe in plurimis rebus intelligantur. Dant enim, qui non ſatis acute inſpiciunt, in aliqua re non ita reperiri. Delectus etiam ex ijs argumentationibus habendus eſt, quæ ſcriptæ ſunt, ſed deſcriptiones ita faciendæ ſunt de quoque genere, vt ſeparatim proponamus, veluti de bono, aut de animantibus, ac de omni genere bonorum, initio facto à quæſtione naturæ. Notandæ

tandæ etiam ſunt omnium ſententie, vt placet Empedocli, quatuor eſſe corporum initia & elementa. Dictũ etiam clari hominis proponamus licet. Propoſitiones autem & quæſtiones in partes tres diſtributæ ſunt: partim enim ad uitam & mores, partim ad naturæ obſcuritatem, partim ad differendi rationem pertinent. Ad uitam & mores, quales hę ſunt, Sitne parentibus potius parendum, an legibus, ſi diſcrepent? Ad differendi rationem hæ, Vtrum eadem ars in contrarijs verſetur? Ad naturæ obſcuritatẽ, vt, Sitne mundus ſempiternus? eadem eſt ratio quæſtionum. Quanquam autem quę ſingulę ſunt earum, quas diximus, de ijs difficile eſt certum aliquid tradere, tamen diligentia nobis adhibenda eſt, inductionis conſuetudine, vt ex forma, quam preſcripſi quę ſit, quæque intelligamus. Ac inſtituto quidem philoſophorum, ad veritatem, dialecticorum, ad opinionem & veriſimilitudinem, hæc omnis de ijs dirigi debet diſputatio. Sumendæ ſunt autem quam maxime vniuerſæ oẽs propoſitiones, & vna in multas diſtribuenda eſt. vt, eadẽ arte contraria contineri, deinde aduerſa, tũ ea, quę cũ aliquo cõferuntur. Eodẽq; modo hæ in partes diuidẽdæ ſunt, quoad diuidi poſſunt. vt bonorum & malorum eandẽ eſſe artem, alborum & nigrorũ, frigoris & caloris, itemque in cæteris faciendum eſt. Ac de propoſitione quidem ſatis multa dicta ſunt.

CONCLVSIONES.

Tres ſunt propoſitionum ſpecies, Ethicæ, Phyſicæ, & Logicæ.

Contrariorum eadem eſt diſciplina.

De diſtinctione Multiplicis. Cap. 13.

A cõtrario rum modo.

IN illo autem, quot modis quidque dicatur, non ſolum videnda ſunt, quæ alio modo dicuntur, ſed danda etiam opera eſt, vt rationes afferantur. veluti non

non ſolum explicandum eſt, bonum alio modo dici iuſtitiam & fortitudinem, quam id, quod ad firmam affectionem corporis, & id, quod ad bonam valetudinem efficiendam valet, ſed etiam illa hoc ipſo, quod affectiones quædam ſunt & qualitates: hæc ob eam cauſam, quod uim habeant efficiendi aliquid, nõ quod ipſa ſint qualitates. Quod in cæteris omnibus uidendũ erit diligenter, An autem ſpecie multis modis, vel vno modo, aliqua dicantur, ex his perſpici poteſt. Primum ex contrario cõſiderandum eſt, an multis modis dicantur, ſiue ſpecie, ſiue etiam nomine diſcrepent. Sunt enim quędam, quæ ſtatim nominibus alijs atque alijs differant. vt ei quod acutum eſt in voce, contrarium eſt graue: in magnitudine, obtuſum. Perſpicuum eſt igitur, id multis modis dici quod acuto contrariũ eſt. Quod ſi hoc, etiam hoc acutum eſt. vtriuſque enim ratione alterum erit contrarium: qm̃ nõ idem acutum obtuſo & graui contrarium futurum eſt. atqui vtrinque acutum eſt contrarium. Rurſum grauitati in uoce contrarius eſt acutus, ſonus in magnitudine, leuitas: ita grauitas multis modis dicitur: quando quidem etiam eius contrarium. Itẽque qm̃ honeſtum in animali, turpe contrarium eſt. in domo vitium, fit, vt honeſtum ſit homonymum. In quibuſdam cum nomina non ſint varia, tamẽ aperta ſpeciei diſtinctio eſt, vt in albis & nigris cõtingit. Vox enim & clara, & fuſca dicitur, itẽque color albus & niger. Non igitur nomine diſcrepant cum interim perſpicua ſpeciei aut generis declaretur differẽtia. Non enim eodem modo color fuſcus, & vox fuſca appellatur. Atque etiam in ſenſu id perſpici licet. Quę enim eiuſdem ſunt generis, eidem ſenſui ſubiecta ſunt: de eo autem, quod in uoce clarum eſt, & album in colore, non eodem ſenſu indicamus, ſed hoc aſpectu, illud auribus. Itemque eius, quod acutum eſt & obtuſum, in ſaporibus & magnitudinibus, non in eodem ſenſu iudicium eſt: ſed huius in tactu, illius in guſtu. Neque enim hæc nominibus diſcrepant, neque ipſa per ſe, neque cõtraria: quippe cum obtuſum vtrique ſit contrariũ. Præterea

terra videndum eſt, vni ne quid ſit contrarium, alteri nihil ſit omnino. vt voluptati quæ ex potione capitur, contrarius dolor eſt is, quem ſitis affert: at huic quæ ex cognoſcendo & diſcendo capitur, diametron lateri incomparabilem eſſe, nihil contrarium eſt, ita voluptas multis modis dicitur. Cumq; amare ex animo, & odiſſe contraria ſint, amare autem, ut ad actionem corporis referatur, nihil habeat, ob eam cauſam amare multis modis dicitur. Hoc etiam conſiderandum eſt in ijs inter quæ media interiecta ſunt, vtrum aliquorum ſit medium, aliorum nihil ſit: aut ſitne vtriuſque, nec tamen idem medium, vt inter album & nigrum colorem, fuſcus eſt interiectus: inter vocem claram & fuſcam, nihil niſi forte raucum interiectum eſt, ut placet quibuſdam, raucam vocem eſſe interiectam, ut ſit albus in homonymis itemq; niger. Præterea hoc etiam videndum eſt, ſintne aliquorum plura media aliorum vnum: vt inter album & nigrum colorem plura ſunt interiecta. Coloribus.n.multa ſunt interiecta: voci vnum raucedo. In diſperatis etiam videndum eſt, dicantur ne multis modis, hoc modo: Si.n.vnius multi ſunt modi, etiam cõtrarij multi modi erunt.vt, ſi non cernere multis modis dicatur, vno, priuatum eſſe oculis, altero, non fungi oculorum officio: cernere etiam multis modis dicatur neceſſe eſt. Vtrique enim non cernere aliqua ex parte opponetur. vt non habere aſpectum, & habere: & non fungi officio oculorum, ac fungi. In ijs autem contrarijs, quæ priuantia dicuntur, hoc ſpectandum eſt, Si vnum multis modis dicatur, etiam alterum.vt, ſi ſentire animo & corpore multis modis dicatur, etiam multis modis dicetur nihil ſentire nec animo, nec corpore. Ea autem priuantia eſſe hinc intelligi licet, quod animantia nata ſunt ad ſentiẽdum animo & corpore. Iam vero in coniugatis hæc ſpectanda ſunt: Si iuſtæ multis modis dicatur, eius etiã quod iniuſtum eſt multa erunt genera. Ex utraque enim iuſta re quod iuſtum eſt nominatur. Vt ſi iuſte appelletur, ex ſua ſententia iudicare & recte, eodem modo etiam, quod iniuſtum eſt appel-

labitur.

labitur. Similiterq; ſi quod ad valetudinem pertinet multis modis dicatur, etiam accommodate ad valetudinem multis modis dicetur, Vt quoniam quod ad valetudinem valet, dicitur, & quod efficiens eſt valetudinis, & quod conſeruans eſt, & quod indicans: ſic accommodate ad valetudinem, vel efficiendam, vel tuendam, vel indicandam. Itemq; in cæteris, ſi vnius multa ſint genera, caſus etiam multa erunt: & ſi caſus multa, etiam illius. Atque etiam uidendum eſt, ſin ne genera prædicamentorum, quæ ex nomine dicuntur, eadem omnibus. Si enim non eadem eſt appellatio, certe id de quo agitur, ambiguum eſt. vt bonum in cibo ideſt, quod eſt efficiens voluptatis, in medicina, quod efficiēs eſt valetudinis: in animo, affectum eſſe, vt temperatum eſſe, vel fortem, uel iuſtum. Quod idem in homine contingit. Hoc etiā aliquoties in prædicamento. Quādo reperitur, vt in tempore bonum. Bonum.n.dicitur, quod oportune fit & in tēpore. Hoc fit in prædicamēto quantitatis ſæpius, ut quod fit modice. Bona.n.eſt mediocritas: qua propter bonū multis modis dicitur. Itēq; candor in corpore color appellatur, in uoce, quod intelligi poteſt. Eodemq; modo id quod acutū eſt: neque.n. ſimiliter in oībus idē dicitur. vt vox acuta eſt ea, quæ cita: vt placet ijs qui modos & concentus in numeris cōſectantur: angulus aūt acutus is eſt, qui minor eſt recto: & machera, cuius eſt acutus angulus. Videndum eſt ēt, ſintne genera eorum, quæ eidem nomini ſubiecta ſunt varia, ne unum ab altero contineatur. vt ὄνος animal & vas. Eorum.n.varia eſt nominis definitio & ratio. Nam animal quid declarat, vas quale quid. Sin vnum genus ab alio contineatur non neceſſe eſt varias eſſe rationes. vt corui animal genus eſt, & auis. Cum igitur coruum auem eſſe dicimus, animal quoddam eſſe dicimus. ita de eo vtrunque genus dicitur. Itemque cum coruum animal pennigerum bipes nuncupamus, auem eum eſſe declaramus. Ita vtrunque genus in coruo, eorumq; ratio intelligetur. In ijs, autem generibus, quorum vnum non ab altero continetur, hoc non contingit. Neque

Locus à caſibus.

enim

enim cum uas dicimus,animal dicimus:neque vas, cum animal. Nec vero in eo ſolum de quo agitur ſpectare debemus,an ſint varia genera,quorum neutrum alterũ continebit: ſed ex contrario etiam id perſpici debet. Nam ſi contrarium multis modis dicatur, profecto id etiam quod propoſitũ eſt,dicatur multis modis neceſſe eſt.Vtile eſt etiam definitionem eius quod concretũ eſt,diligenter ponderare & exquirere.vt albi corporis & claræ vocis. Sublato enim eo, quod proprium eſt, eadem relinqui debet definitio. quod in homonymis non contingit:velut in ijs ipſis,quæ à nobis modo prolata ſunt. Superioris enim hęc erit definitio. Corpus album, corpus eſt,quod tali eſt colore affectum.Poſterioris hæc,Vox clara,eſt vox,quæ facile intelligitur.Sublato igitur corpore & uoce,non idem in vtroque relinquitur. At qui deberet,ſi quidem ſynonymum erat album,quod in vtroque idem eſſe dicebatur. Et quoniam ſæpe in definitionibus homonymũ, quod conſequẽs eſt ignoratur,iterum ſpectanda definitio eſt. Vt ſi quis efficientia ualetudinis & indicantia eſſe dicat ea, quę aptam compoſitionem quandam ualetudini adhibent, non id reſpuendum eſt,ſed exquirendum quid in vtroque aptam compoſitionem adhibere valetudini dixerit.vt ſi illa tanta eſſe dicat, ut efficiant valetudinem: hæc eiuſmodi,vt indicent qualis ſit affectio. Præterea illud etiam conſiderandum eſt, poſſint ne conferri ex maiore uel ex ſimilitudine. vt vox clara,& alba veſtis, acutus ſapor,& vox acuta. Hæc enim nec eodem modo alba & acuta dicuntur,nec alterum altero magis tale. Ex quo fit,vt id quod acutum eſt,& quod album,ſint homonyma.quippe cum ſynonyma omnia ualeant ad cõparationem. Nam aut ſimilia dicentur, aut aliud alio maius.Quoniam autem diuerſorum generum,quorum neutrum ab altero continetur, alterius generis & ſpeciei differentiæ ſunt (ut animalis & ſcientiæ,quoniam eorum ſunt diuerſæ differentiæ) videndum eſt, an ea, quę eidem nomini ſubiecta ſunt,differentię ſint diuerſorum generum,quorum vnum ab altero non contineatur,

Idem in ante prędicamentis.

tur,ut quod acutũ eſt,vocis & magnitudinis. Vox enim à voce differt,quod acuta ſit,item magnitudo à magnitudine. Ita fit, vt acuti vocabulum ſit in homonymis. Diuerſorum enim generum, quorum vnum ab altero non continetur,diuerſæ ſunt differentiæ. Iam illud etiam ſpectare debemus, eorum ne, quæ eidem nomini ſubiecta ſunt,diuerſæ ſint differentiæ. vt coloris eius qui in corpore ineſt,& eius qui in cantibus, variæ ſunt differentiæ.illius quod valet ad ſeparandum aſpectũ, & quod ad comparandum huius non eædem ſunt: quo fit vt color varijs modis dicatur. Earundem enim rerum eædem ſunt differentiæ.Poſtremo, quoniam ſpecies nullius differentia eſt, (homo enim & bos non in numero differentiarum habentur, cum ſpeciei nomen vimque obtineant,) videndum eſt diligenter, eorum ne quæ eidem nomini ſubiecta ſunt, vnum in ſpecie, alterum in differentia numeretur. veluti candoris qui accidit corpori,coloris eſt ſpecies: qui autem in voce ſpectatur,differentia. Differt enim vox à uoce: quod clara ſit & candida. Ac in ijs quæ multis modis dicuntur,hæc conſideranda ſunt omnia.

CONCLVSIONES.

Quod modis dicitur unum oppoſitorum tot modis dicitur & reliquum.

Diuerſorum generum quorum unum non continet alterum,diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ.

De differentiarum inuentione, & ſimilium conſideratione,& inſtrumentorum vtilitatibus. Ca. 14.

DIfferentias aũt ex ijs gñibus,quæ ad imum quaſi caput referuntur,perſpicere, & iudicare debemus. veluti quid inter iuſtitiam & fortitudinẽ inter ſit & inter prudẽtiam ac tẽperantiam.qm̃ hæc ex eodem genere uirtutis nata ſunt omnia. Præterea, ex

ex generibus,quæ diuerſis continentur, differentias re rum intelligemus, ea inter ſe comparando, inter quæ non eſt valde magna diſtantia. vt quid ſenſus à ſcientia differat. In iis enim quę multum inter ſe diſcrepãt, facile apparent eorum diſtinctiones & ſimilitudines. Similitudo vero in iis ſpectanda eſt: quæ in diuerſis ge neribus collocantur. vt alterum ad alterũ eſt, ſic aliud ad aliud: hoc modo. Quam rationem habet ſciẽtia ad id quod ſcientiæ ſubiectum eſt, eãdem ſenſus habet ad id quod ſub ſenſum cadit. Itemque, vt alterum in altero eſt, ſic aliud in alio: hoc modo. Quemadmodum aſpectus in oculo eſt, ſi mens in animo: & ſicut in mari tranquillitas, ita ſerenitas eſt in aere. quoniam vtrunque eſt quies vacuitasque ventorum. Earum autem rerum, quarum magnę ſunt diſſimilitudines & diſtinctio nes, vſus & exercitatio capienda eſt maxime. Sic enim facilius quæ aliarum ſunt ſimilitudines perſpicere poterimus. Atque etiam illud ſpectandũ eſt, in ea ne omnia quæ ad idem genus pertinent, aliquid idem conueniat. vt in hominem, equum, & canem. Si enim vnum & idem in eos cadat, hoc ipſo erunt ſimiles. Meditatum autem & in promptu habere quot quicque modis dicatur, magnum ad perſpicuitatem affert adiumentum. Facilius enim quid ſit id de quo agitur, ſi explanatum ſit quot modis dicatur, intelligetur. In eo etiam magna vis eſt, vt de re ipſa, non de nomine tractetur argumentatio. Nam ſi incertũ ſit, quot modis id de quo agitur, dicatur, fieri poterit, vt & is qui reſpondet, & is qui interrogat, non eodem animi ſenſum referat & intelligentiã. At ſi explicata ſit ambiguitas, & is qui rem pro ponit ad diſputandum, animi ſenſum de re ipſa exprimat, profecto ridiculus ſit is, qui rogat, niſi eodem omnem conferat conuertatque orationem. Magnam etiã vim habet, & vt ne fallaci concluſione ab aliis capiamur, & vt alios captioſo concluſionis genere fallamus. Si enim quot modis id de quo agitur ſciamus, non deci piemur, intelligemusque iis ne qui rogat, ad eandem intelligentiã omnem conferat orationem, & nos ſi po-

namus quæſtionem,eum qui reſpõdeat,ſi ignoret quot modis id de quo agitur dicatur,fallaci concluſione poterimus captare. Sed huius rei non ſemper eſt locus, ſed cum eorum quæ ambiguæ dicuntur, alia vera, alia falſa ſunt. Nec vero hic locus aptus eſt & proprius dialecticæ. Itaque ijs omnibus qui ratione & vere diſſerere volunt,hoc omnino fugiendum eſt, ne eorum in nomine verſetur diſputatio & controuerſia,niſi forte aliquis non poſsit aliter de re propoſita diſputare. Differentiarum autem inuentio & ad ratiocinationes conficiendas de eodem & alio vtilis eſt, & ad cognoſcẽdum quid quicq; ſit. Cõferre quidem ad ratiocinationẽs de eodem & alio,hinc perſpici poteſt, ꝙ ſi rerum propoſitarum diſſimilitudines diſtinctioneſque inuenerimus, facile non eſſe idem docebimus. Ad perſpiciendum autem quid quicq; ſit,ꝙ eam orationem, quæ vim & naturam cuiuſque rei exprimat,ex proprijs cuiuſque rei differentijs intelligere ſolemus. Similium vero cognitio hanc nobis commoditatem afferet,vt argumẽtationes & per inductionem & per ratiocinationes, quæ ex cauſa dicuntur,tractemus,& definiendo, vim naturamque rerum explicemus. Argumentationes quidem per inductionem tractabimus,quia rerum ſingularũ,quæ ſimiles erunt inductione, res vniuerſas concludi exiſtimamus. Neque enim facile inducere poſſunt ij, qui ignorant rerum inter ſe ſimilitudines. eas autem, quæ per ratiocinationes ex cauſa tractãtur,quod probabile eſt, vt res habet in uno eorum, quæ ſimilia ſunt, ſic in reliquis habere. Ita de quacunque re copioſe diſſerere poterimus,illud ante dicemus conuenire oportere, quemadmodum in his res ſe habet, ita in eo quod propoſitũ ſit habere. Cum autem illud docuerimus, etiam id de quo quæritur in cauſa,docuerimus. Nam cum id poſitum ſit à nobis, quemadmodum in his ſit, ita eſſe in eo de quo quæritur, neceſſaria concluſione confecta res ſit à nobis. Definiendi autem artem tenebimus, ꝙ ſi poſſimus quid in quaq; re idem ſit perſpicere,non ignorabimus ad quod genus ij qui definiunt,rem propoſitam re-

ferre debeant. Genus enim id eſt, quod ex ijs quæ cõmunia ſunt, in definiendo quid quicque ſit, latiſsime patet. Atque etiam in ijs quæ multum diſcrepant ad definitionem vtilis ſimilitudinis cognitio eſt. vt idem eſſe tranquillitatem in mari, & in aere ſerenitatem, quoniam vtrunque eſt quies. & quòd punctum in linea, id vnum in numero, quia, vtrunque principium eſt. Quapropter ſi genus commuue in rebus omnibus dederimus, non videbimur alienis verbis definiendo rem explicaſſe. Quin etiam ij qui definiunt, fere eundem modum in definiendo ſeruare ſolent. Nam & vnum principium numeri, & punctum lineæ principium eſſe definiunt. Ex quo perſpicuum eſt, eos commune vtriuſque genus dicere. Ac opportunitates quidem & habilitates, quibus ratiocinationes tractabuntur, diximus. Locos autem, ad quorum vſum hæc ipſa accommodanda ſunt, deinceps trademus.

CONCLVSIONES.

Genus in definitione aſſumendum eſt illud, quod ex his, quę communia ſunt in definiendo quid quidq; ſit latiſsime patet.

Vnum eſt principium numeri, & punctum lineę.

Primi libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE Topicorum. Lib. II.

SVMMA LIBRI.

De locis abſolutis accidentis uel ad refellendum, & deſtruendum: ſiue ad aſſerendum, & conſtruendum.

De quæſtionibus uniuerſalibus: & in quibus nam prædicatis eſſe & ineſſe conuerti contingat. Caput primum.

QVAESTIONES autem partim uniuerſales ſunt, partim ſingulares. uniuerſales ſunt hæ, Omnis uoluptas bona eſt, nulla uoluptas bona eſt, Singulares hæ, Eſt quædā uoluptas bona, quædam uoluptas non eſt bona. Vtrunque autem genus quæſtionū uniuerſis quæſtionibus, quæ ad confirmandum. & infirmandum ualent, continetur. Si.n.docuerimus aliquid in totum genus cadere, etiam in partem aliquā cadere oſtēderimus. Itemq; ſi in nullam rem cadere oſtendemus, non in totum genus docebimus conuenire. Primum igitur de uniuerſalibus, quę ad refellendum ualent dicendum eſt, quod ad generales & eas quæ tanquam partes ſubiectæ ſunt generi, pertinent, & quòd propoſita ſæpius afferunt ad diſputādum quæ aiunt, quam quæ negant. ij autem qui contra diſputant, ſolent ferè refellere. Sed difficillime ea quæ ab accidente propria trahitur, reciprocatur argumentatio.

A cōuerſione.

A diffinitione.

mentatio. Aliqua enim ex parte, non totum, in ſolis accidentibus poteſt. Nam & à proprio & à definitione & à genere, viciſsim etiam retro commeet argumentum neceſſe eſt. vt ſi cui inſitum ſit, vt ſit animal gradiens, bipes, viciſsim id animal gradiens, bipes eſſe vere, dicetur. Similis eſt generis ratio. Si cui enim conuenit eſſe animal, id animal eſt. Quod idem contingit in proprio, Si cui enim id tributum ſit, ut aptum animum habeat ad percipiendam grammaticam, id aptum animũ habebit ad percipiendam grammaticam. Nihil.n.horum poteſt aliqua ex parte conuenire, aut non conuenire, ſed omnino vel conuenire, vel non conuenire. At accidens, ut candorem, & iuſtitiam, nihil prohibet quadã ex parte ineſſe. Quo circa non ſatis eſt candorem & iuſtitiam docere ineſſe, ſi docere velimus aliquem album eſſe vel iuſtum. Habet enim dubitationem propterea ꝙ quadam ex parte albus eſt vel iuſtus. Non igitur in accidentibus viciſsim hæc retro commeant neceſſario. In quæſtiones autem duo peccata incidunt, quæ exponẽda ſunt. peccatur enim aut mentiendo, aut diſcedendo à verbis, quæ impoſita ſunt rebus. Nam ab ijs peccatur, qui quod non cadit in aliquem, cadere cõfirmant, & ab ijs qui res minus vſitatis & tritis nominibus appellant, vt qui hominem platanum appellant, nominum impoſitorum fines tranſeunt propoſitæ inſtitutæq; rationis.

A genere.

CONCLVSIONES.

Propoſitionum aliæ uniuerſales, aliæ particulares. Diffinitio, Genus, & proprium prædicata conuertibilia ſunt, non autem accidens.

Loci quæſtionum quòd aliquid inſit, vel non inſit. Cap. 2.

PRimum videndum eſt, an id quod alio modo dicitur, pro accidente explicarit, quod peccatum in genere verſatur maxime. vt ſi quis cãdori accidere dixe-

re dixerit,vt ſit color: nō enim accidit candori vt ſit color,cum eius ſit genus color. Atque id quidem fieri poteſt,vt nomine is,qui rem propoſuit, explicet,veluti accidere iuſtitiæ,vt ſit virtus. Sæpiſsime autem etiam,ſi non exprimat, tamen facile intelligitur genus pro accidente dictum eſſe.vt ſi quis candorem colore perſuſum eſſe dixerit,aut inceſſum moueri. Nullo enim ex genere denominatiue prædicatio de ſpecie dicitur ſed omnia vniuoce genera de ſpeciebus prædicantur. Species enim & nomen generis ſibi vendicant & definitionem. Qui igitur candorem colore tinctum dixit,nec pro genere vſus eſt colore,quia denominatiue dixit, neq; pro proprio aut definitione, quia proprium & definitio ad nullam rem aliam transferri poſſunt. At colore perfuſa ſunt etiam permulta,vt lignum, lapis, homo,equus. Ex quo perſpicuum eſt,id expreſſum eſſe, tanquam accidens eſſet. Alius locus eſt,ſi videas id ne quod dictum eſt,in totum genus cadat, an in partem nullam. Quod in formis nō in infinitis videndum eſt. Sic enim via, & ratione tradetur in paucioribusque conſiſtet tractatio. Initium autem à primis faciendum eſt, deinde vſq; ad indiuidua progrediendum deinceps. vt ſi in contrarijs verſari ſcientiam dixerit,uidendum,an in ijs,quæ cum aliquo conferuntur,& in ijs, quæ aduerſa appellantur, & in priuantibus & in negantibus eadem ſpectetur ſciētia. Quod ſi ne tum quidem id perſpici poterit,rurſum hæc in partes vſque ad indiuidua tribuenda ſunt, vt in iuſtis ne & iniuſtis rebus, aut in duplo & ſimplo, aut in cæcitate & aſpectu, aut in affirmantibus & negantibus. Si enim in eorum aliquo oſtenſum ſit non eſſe eandem, ſublata & infirmata erit à nobis quæſtio. Quod idem iudicandum eſt,ſi in nullo eorum id reperiatur. Hic autem locus & ad confirmandum, & ad infirmandum valet. Si enim diuiſione adhibita,vel in omnibus intelligatur,vel in pleriſque,poſcendum eſt,vt aut vniuerſum detur, aut certe occurratur nobis non ita in quodam reperiri, Nam ſi neutrum horum faciat, ineptus videbitur qui non concedat. Alius locus ducitur ex definitio-

Secundus locus.

Locus eſt conſtructiuus & deſtructiuus.

Tertius locus.

ne accidentis,& rei,cui id accidit, vel vtriuſque vel alterius. In quo id conſiderandum eſt,nunquid in definitionibus non verum pro vero ſumptum ſit. veluti, ſi quæratur, Deus ne iniuriam faciat, conſtituendum eſt,quid ſit iniuriam facere. Nam ſi ſit ſponte nocere, profecto Deus non facit iniuriam, quoniam Deus nocere non poteſt. Si etiam ponatur inuidus ſapiens,ſtatuendum eſt quis ſit inuidus, & quid inuidia. Cum enim inuidia ægritudo ſit ex rebus ſecundis alicuius boni viri,certe ſapiens non inuidet: eſſet enim improbus. Itemque ſi ponatur, an qui indignatur inuidus ſit definiendo aperiendum eſt,qui ſit vterque. Sic enim verum ne ſit, an falſum quod dictum eſt intelligetur. veluti,ſi is inuidere dicitur, qui bonorum dolet rebus ſecundis,& indignari is, qui dolet improborum ſecundis rebus,perſpicuum eſt, non inuidere eum, qui indignetur. In quo adhibendæ ſunt definitiones pro ijs nominibus,quæ in definitionibus continentur,nec ab hoc deſiſtendum, quod ad res intelligatur. ſæpe enim tradita tota definitione, non intelligimus quod queritur, at definitione adhibita pro aliquo nomine eorum,quæ in definitione ſita ſunt,intelligimus. Præterea, ſiquis ex quæſtione ſibi propoſitionem conficiat, occurrendum erit. Si enim occurramus, hoc ipſo propoſitum confirmare videbimur. Quanquam autem hic fere locus idem valet,quod is,quem iam expoſuimus, videndum eſt, vtrum in toto genere,an in nullo reperiretur quod pro accidente dictum eſſet,tamen modo quodam & ratione differunt. Tam vero exponendum eſt, quæ appellanda ſint,ut plerique ſolent,quæque non ſint appellanda. Qui locus & ad confirmandum & refutandum valet plurimum. vt res nominibus ijs, quæ trita ſunt,uulgo & vſitata,appellandas eſſe, at vero in conſtituendo quæ res tales vel non tales ſint,non audiendam eſſe multitudinem.veluti ſalubria ea eſſe, quæ valetudinis efficientia ſint, ſtatuenda ſunt illa quidem vulgi opinione,ſed utrum id, de quo agitur efficiēs ſit nec ne ualetudinis,de eo non iam uulgi, ſed medicorum iudicium

cium expectare debemus. Preterea ſi multis modis quid dicatur, propoſitum autem ſit, conuenire, vel non conuenire alterum eorum, quæ multis modis dicuntur, exponendum eſt ſi vtrunque non poſsit. Hoc autem obſeruandum eſt in ijs, quę obſcura ſunt, non aperta. Nam ſi incertum non ſit quot modis dicatur, occurret ſtatim, non eſſe id explicatum, quod quæreret ac dubitaret, ſed alterum. Hic autem locus & ad probandũ & ad reprehendendum valet. Nam ſi confirmare volemus, alterum accidere docebimus, ſi vtrunque, non poterimus. Refellentes autem ſi vtrunque non poſsimus, alterum certe non dici & reperiri oſtendemus. Sed hoc intereſt, quod is, qui reprehendit & refutat, nihil debet ex ijs, quæ conceſſa ſunt & conueniunt diſputare, nec ſi in toto genere, nec ſi in nulla parte expoſitum ſit quid reperiri. Nam ſi cuiuis non accidere docebimus, in toto genere reperiri aliquid reprehendemus. Itemque, ſi in vno aliquo reperiri demonſtrabimus, nulla ex parte reperiri confutauimus. At is, qui probat, ante debet profiteri, ſi in parte aliqua intelligatur, in toto genere intelligi, ſi modo pronunciatum veriſimile habeatur. Neque enim ſatis eſt ad probandum aliquid in totum genus cadere, in aliquam partem cadere, docere, veluti ſi hominis animus immortalis ſit, omnem etiam animum eſſe immortalem. Quapropter ante conuenire oportet, ſi quæuis anima ſit immortalis, omnem etiam immortalem eſſe: quanquam hoc non ſemper obſeruandum eſt, ſed tum denique, cum de toto genere communem & vniuerſam orationem non poterimus exponere. quemadmodum Geometra, triangulum tres angulos habere duobus rectis pares. Quod ſi non ſit incertum, quod multis modis dicitur, cum explicatum erit quot eius ſint genera & modi, tum id & confirmandum erit, & refellendum. vt ſi id, quod deceat, vtile ſit, aut honeſtum, oẽm diligentiã adhibere oportebit: vt utrunq; probemus, uel refutemus, in eo, de quo agatͬ, vt eſſe honeſtum & utile, aut neque honeſtum, neque utile. Sin utrunque non poteſt, alterum docẽdum erit, hac ſigni-

Sextus loc⁹ à multiplici, conſtructiuus & deſtructiuus.

Locus septimus à multiplicis diuiſione.

Locus octauus à fine, & his quæ ſunt ad finem.

ficatione intelligi, hoc illud non intelligi. Eadem ratio eſt, ſi plures ſint partes in quas id, quod propoſitum ſit tribuatur. Præterea exponenda ea ſunt quæ non ambigue multis modis dicuntur, ſed alio modo, vt artē vnā eſſe multarum rerum, aut quia ad eas tanquam ad finē referatur, aut quia earum ſit rerum que ipſæ ad finem pertinent, atque referuntur. veluti medicina eſt valetudinis, & rationis victus. aut quia eſt rerum duarum, quarum vtraque finis eſt, veluti rerum contrariarum eandem eſſe artem. neque enim ex eo, quia alterum alterius dicitur, finē eſſe finis intelligere poſſumus, aút quia vnius eſt per ſe & vi ſua, alterius temere & caſu. vt per ſe, triãgulum habēre tres angulos pares duobus rectis, temere & caſu, id quod latera habet æqualia. Nam forte temere & caſu triangulum eſſe lateribus æqualibus triangulum, ex eo ſciri poteſt, quòd duobus rectis pares habet eos, qui intrinſecus adhibentur. Si igitur eadem ars eſſe multarum rerum nullo modo poteſt, certe omnino eſſe non poteſt. aut ſi quodam modo poteſt, perſpicuum eſt id fieri poſſe. In quo ad vtilitatem cauſæ noſtræ referenda eſt diuiſio, vt ſi confirmare quid velimus, ea proferenda ſunt omnia, quæ poſſunt, eaque tribuenda ſunt in eas ſolum partes, quæ etiam ad probandum valebunt. Sin autem refellamus, in eas, quæ non poſſunt. cætera vero omittenda erunt. Hoc etiam in his obſeruandnm erit tum, cum incertum erit quot modis quicque dicatur. Atque hoc in illo verſari, aut non verſari ijſdem locis confirmandum erit. ut artem hanc in hac re cerni, aut tanquam in fine, aut tanquam in ijs, quæ ad finem referuntur, aut in ijs, quæ forte temere accidunt, aut contra non cerni aliquid vllo modo eorum, quos modo diximus. Eadem etiam ratio eſt cupiditatis, eorumque omnium, quæ ſunt multarum rerum. Eſt enim cupiditas huius, aut illius rei, vel quaſi finis, vt valetudinis, vel vt eorum, quæ ad finem pertinent, veluti remedij. vel quaſi forte temere eueniat, quemadmodum in vino affectus eſt; qui in eo dulcedinem ſequitur, non quia vinum ſit; ſed quia dulce. Dulcedinem

enim

enim per ſe expetit, vinum temere & caſu, quandoquidem ſi aceſcat, non id iam appetit. Ita fit vt vinum forte temere appetat. Huius autem loci vſus eſt plurimus in ijs, quæ, cum aliquo conferuntur; quoniam in eorum numerum veniunt omnia, quæ ſunt eius generis. Præterea, commutandum eſt verbum in id, quod magis dilucidum eſſe videatur. vt pro eo quod accuratum & exquiſitum eſt in opinione, apertum & perſpicuum dicendum eſt, & pro nimia cura rerum agendarum, ſtudium rerum agendarum. Si enim apertius & planius fiat quod dictum eſt, tum denique propoſitum facilius argumento concludi poterit. Valet autem hic locus & ad confirmandum quid, & ad refellendum. Vt autem contraria in eadem re cerni doceamus; genus ſpectare debemus, veluti ſi volumus confirmare in ſenſu verſari integritatem & deprauationem, ſi ſentire iudicare eſt, & iudicare licet recte, & non recte, certe in ſenſu integritas & prauitas verſetur neceſſe eſt. Qui locus ex genere ducitur. Iudicare enim genus eſt ſentiendi, quoniam qui ſentit, quodammodo iudicat. Ex forma etiam generis duci poteſt. Quæ enim ſpeciei accidunt, eadem etiam in genere intelliguntur omnia. vt ſi ſcientia ſit bona & mala, recta etiam ſit & praua affectio neceſſe eſt: ſiquidem affectio genus eſt ſcientiæ. Ac prior quidem locus vitioſus eſt, ſi ad confirmandum adhibeatur; alter verus & commodus. Neque enim neceſſe eſt quæcunque generi accidant, eadem ſpeciei accidere: quando quidem animal eſt pennigerum & quadrupes, homo non item. Omnia autem quæ cadunt in ſpeciem eadem neceſſe eſt cadere in genus. Si enim homo probus ſit, animal etiam probum. In refellendo contra prior locus verus eſt; alter uitioſus. Nam & quæ generi non accidunt, ſpeciei accidere non poſſunt: & quæ in ſpeciem non cadunt, ea non neceſſe eſt in genus non cõuenire. Quoniam autem neceſſe eſt, in quibus genus dicitur, in ijs etiam ſpeciem aliquam dici, quæcunque etiam genus habet, aut quæ à genere nomen duxerunt, eadem aliqua ſpecies retineat neceſſe eſt, aut nomen

Locus nonus ab euidētiori appellatione.

A genere & à ſpecie.

ab

ab aliqua ſpecie ducunt. veluti ſi de aliquo ſcientia dicatur, certe de eodem vel grammatica dicetur, vel muſica, uel aliqua ſcientia. Et ſi quis arte ſit inſtructus & præditus, aut nomen ab arte habeat, certe grammatica, uel muſica, aut aliqua alia arte inſtructus ſit, neceſſe eſt: aut nomen ab arte aliqua ducet: veluti grammaticus uel muſicus appellabitur. Si quis igitur proponat quod nomen a genere duxerit. veluti animum moueri cōſiderandum eſt, moueatur ne animus aliquo genere motionis, ut creſcat ne, an imminuatur, an intereat, an oriatur, an alio genere pulſus agitetur. Si enī nullo genere pulſus agitetur, certe non mouetur. Atq; hic locus & ad confirmandum ualet, & ad reprehendēdum. Nam ſi aliquo genere motus moueatur, mouetur: & ſi nullum genus in eum cadat, certe non mouetur.
Cui autem copia non ſuppetet argumentorum ad propoſitum confirmandum, aut infirmandum, is a definitionibus præſidium petere debebit, aut quæ rei propoſitæ propriæ ſint, aut quæ eſſe uideantur. quod ſi ab una non poſſit, a pluribus petat. Nam ijs qui rem definiendo explicarint, facilius erit argumentum ducere: quippe cum facilior ſit a definitione ducta argumentatio.
Videndum etiam eſt cui rei res propoſita adiuncta ſit, aut quid neceſſario res propoſita ſi ſit una, ſecum eſſe uelit. Ac is quidem, qui confirmare uolet, cui res propoſita adiuncta ſit, uidebit. quoniam ſi rem illam doceat cadere, rem etiam propoſitam docebit. Qui autem refellendi partes tenebit, quæ res rei propoſitæ ſit adiuncta, conſiderabit. Si enim id quod rei propoſitæ ſit conſequens, non eſſe oſtendemus, rem etiam propoſitam non eſſe docebimus, ſpectandum eſt etiam an tempus alicubi diſcrepet: ut ſi quis id dixerit, quod alitur augeſcere neceſſario. Et ſi enim animalia ſemper aluntur, tamen non ſemper augeſcunt. Itemque ſi quis ſcire dixerit memoria tenere. Nam hoc ad præteritum tempus pertinet: illud & ad inſtans, & ad futurum. Nam & ſcire dicimur præſentia & futura, vt ſolis defectionem fore: meminiſſe niſi præterita non poſſumus.

mus. Iam locus captioſus & fallax eſt,eò loci impelle- re alterum,ubi magna argumentorum copia nobis ſup petet. Quod interdum neceſſarium eſt,interdum ne- ceſſarium uidetur: interdum nec uidetur, nec neceſſa rium eſt. Neceſſario autem id faciendum eſt tum,cum is, qui contra diſputat, negat aliquid eorum, quæ ad rem propoſitam pertinent, & alter de illo diſſerit quod eiuſmodi eſt, ad quod probandum ampliſſimus locus ſuppetat. Quod idem facere licebit cum indu- ctione ad aliquid ex re propoſita adhibita, id euerte- re conabimur. Eo enim ſublato & infirmato, res etiam de qua agitur, infirmabitur. Neceſſarium autem id uidetur, cum id ad propoſitum pertinere uidebitur: ad id autem, ad quod ſumitur, non pertinebit argumen- tum: ſiue neget is, qui reſpondet, ſiue inductione pro babili ex propoſito ad illud ipſum adhibita, id ipſum infirmare conetur. Reliquum autem tum incidit, cum nec cogit, nec cogere uidetur res ea, de qua diſputa- tur. Aliter ſolet is, qui contra diſputat, reprehendi. Hoc autem extremum genus, quoniam omnino a diſ- ſerendi ratione alienum remotumque eſt, declinare debemus. Quo circa debet is etiam, qui reſpondet, nō grauate ad hunc locum confugere interdum, eaq; da- re quæ ad propoſitum non pertineant, ijs expoſitis quę minus probētur: dat autem propterea quòd ferè in ma iore animi diſtractione uerſari ſolent ij qui ponūt quæ ſtionem, ſi ijs talibus omnibus poſitis minime conclu- dant. Iam uero quoniam omnes, qui quiduis dixerint, quodam modo multa complexi ſunt, (unamquanque enim rem multa neceſſario conſequuntur: ut is qui ho minem eſſe dixit, & animal eſſe dixit, & animatū & bi pedem, & mentis ac diſciplinæ compotem) fit, ut infir mata & reprehenſa unaquaquis re, earum, quæ ſunt cō ſequentes, id etiam quod initio dictum eſt, reprehenda- tur. Sed uerendum eſt, ne ad rem difficiliorem delaba- mur. Interdum enim facilius eſt id quod rem propo- ſitam conſequitur, interdum rem ipſam propoſitam euertere. In ijs autem rebus, quibus alterum ineſt ne-

Locus. 16. a facultate copioſa argumētorū.

ceſſario,

ceſſario,aut nō ineſt,veluti in homine vel morbus ineſt,vel valetudo,ſi de altero magna nobis ad diſputandum ſuppetet copia in vtranque partem,de altero etiā ſuppetet. Quod ad vtranque partem trahi poteſt. ſi enim alterum accidere doceamus,alterum non accidere docebimus:& ſi alterum non conuenire demonſtremus,reliquum docebimus conuenire. Perſpicuum eſt igitur, ad probandum & refellendum ualere hunc locum. Atque etiam argumentum ducendum eſt a notatione verbi, quæ multo aptior ſit,quam verbum quod ſit uſitatum veluti magnanimum non fortem, vt ponitur,ſed eum,qui bene animo ſit affectus:& cōfidentem, eum qui bona expectat.itemque ingenioſum eum eſſe, cuius genius fuerit bonus. quemadmodum Xenocrates ingenioſum ait eſſe eum, cui animus bonus datus ſit: eum enim demum eſſe omnibus. Iam cum res aliæ neceſſario eueniant, aliæ plerunque, aliæ forte temere:ſiquis eam quæ neceſſario euenit,plerunque fieri ponat,aut eam,quæ plerunque fit, neceſſario fieri, aut eā contrariam ei,quæ plerunque fit,his ſemper locum ſibi ſupeditabit ad diſſerendum. Nam ſi id quod neceſſe eſt fieri,plerunque fieri ponat. profecto non in toto genere ineſſe dixerit,quod toti conuenit. Ita aberrauit,ſiue id,quod plerunque accidit, neceſſario fieri dixerit, quoniam de toto genere dixit, quod toti non accidit. Quod idem fit,ſi id dixit, quod rei contrarium eſt,quę plerunque eueniunt,eueniret neceſſario. Semper enim in paucioribus dicitur, quod rei, quæ plerunque fit,contrarium eſt,veluti ſi fere mali ſint homines, boni rarius,certe uehementius errauit ſi quis bonos dixerit eſſe neceſſario. Eodemque modo ſi id,quod temere fit,neceſſario fieri,aut plerunque dixerit. Neq; enim id quod temere & caſu fit,neceſſario fieri poteſt,neque id quod plerūque. Fieri autem poteſt, vt etiam ſi quid dixerit,neque expoſuerit,vtrum ne plerunque fieri,an ex neceſſitate affirmarit. fiat autem plerunque, tamen diſputet alter,quaſi illę ex neceſsitate fieri aſſeuerit. vt ſi malos exhæredes eſſe dixerit, neq; expoſuerit ſe ita diſpu-

Locus a pō ne unius,p altero.

diſputare, quaſi ex neceſſitate id ille conceſſerit. Illud etiam videndum eſt, an eandem rem ſibi accidere quaſi aliam poſuerit, quòd alterum eidem ſit nomen impoſitum. Quemadmodum Prodicus diuiſit uoluptatē in gaudium, delectationem, & letitiam. Eiuſdem enim nominis voluptatis hæc ſunt omnia. Si quis ergo gaudere verbo lætandi accidere dicat, is idem ſibi accidiſſe confirmabit.

CONCLVSIONES.

Iniuriam facere Deo non ineſt, cùm iniuriam facere ſit ſponte nocere.

Nullum genus prædicatur denominatiue de ſpeciebus, ſed uniuocè.

Inuidus eſt qui triſtatur de bonorum proſperitate, indignans uero qui de malorum proſperitate triſtatur.

Quæcunque generi contingunt, eadem generi aliquo pacto conuenire neceſſe eſt, non autem è conuerſo.

Scire præſentia, & futura dicimur, meminiſſe uerò præterita.

Quæcunque fiunt, aut fiunt ut in pluribus; aut frequenter, aut in minori parte.

Quæcunque caſu & temere fiunt, non in pluribus cō tingunt, & econtra.

Alij loci de eiſdem quæſtionibus terminandis.
Cap. 3.

QVoniam autem ſex modis inter ſe contraria iunguntur, & quatuor ſolum modis iuncta repugnantiam efficiunt, ſumēda ſunt cōtraria, vt com-

vt commodum erit & ei qui confirmandi, & ei qui refellendi partes tuebitur. Ac ſex modis ea componi inter ſe hinc perſpici poteſt, quòd aut utrunque contrarium vtrique comparatur, idque bifariam, ut de amicis bene mereri, & de hoſtibus male mereri: aut contra, de amicis male mereri, & de hoſtibus bene: aut utrunque vni, quod etiam duobus fit modis, vt de amicis bene mereri, & de amicis male mereri: uel de inimicis bene mereri, & de inimicis male mereri. aut unum utrīq;, quod etiam fit dupliciter, vt de amicis bene mereri, & de inimicis bene mereri: uel de amicis male mereri, & de inimicis male mereri. Ac duæ quidem primæ comparationes non ſunt pugnantes, quoniam de amicis bene mereri non eſt illi contrarium, male de hoſtibus mereri: quippe cum ſint expetenda, eundemque ſtatum deceant, nec illud de amicis male mereri, huic repugnat, bene mereri de inimicis. Sunt enim hæc fugienda, eundemq; ſtatum decent. Nec res quæ fugienda eſt ei quæ fugienda eſt aduerſatur, niſi unum ſit nimium, alterum parum, quoniam quod nimium eſt, id in rebus fugiendis ducitur, itemq; parum. At reliqua quatuor contraria ſunt inter ſe. Nam & de amicis bene mereri, illi contrarium eſt, de amicis male mereri quando quidem à contrarijs moribus proficiſcuntur. atque illud ſequendum eſt, hoc fugiendum. Eadem eſt ratio cæterorum. In coniunctionibus enim ſingulis quiddam eſt expetendum, & quiddam repellēdum, & illud boni ſtatus eſt, hoc mali. Ex quo perſpicuum eſt eidem plura data eſſe contraria. Huic enim de amicis bene mereri, illud cōtrarium eſt, de inimicis bene mereri: & illud, de amicis male mereri. Itemque ei, qui illa omnia intuebitur, duo uidebuntur contraria. Sumenda igitur ſunt ea contraria, quæ prodeſſe poterunt cauſæ noſtræ. Iam ſi quid ſit accidenti contrarium, cōſiderandum eſt, an ei accidat, cui accidens conuenire dixerit. Si enim hoc conuenit, illud nunquam conueniet: quoniam fieri non poteſt, ut ſimul eidem cōtraria conueniant. aut an tale aliquid dixerit aliqua ex parte, qđ

ſi ex-

ſi extet, neceſſe ſit contraria conuenire: ut ſi ideas in nobis eſſe dixerit. Nam & moueri eas, & ſtare concludetur, ſub ſenſum cadere, ac ratione & intelligentia contineri. Nam & quieſcere eas & immobiles eſſe, & ſub intelligentiam cadere placet ijs, qui eas ponunt. Quæ ſi in nobis ſitæ ſint, profectò nō poterunt eſſe immobiles: cum præſertim ſi ipſi moueamur, neceſſe ſit ea omnia quę in nobis ſunt, una moueri atq; etiam ſenſu eas percipi, ſi modo in nobis ſint, ex hoc intelligi poteſt, quòd ſenſu oculorum formam vniuſcuiuſq; rei cognoſcimus. Rurſus, ſi poſitum eſt accidens id, cui quid eſt contrarium, videndum eſt an uim habet ad recipiēdum contrarium: quemadmodum etiam ad accidens. Eadem enim res uim habet ad recipienda contraria. veluti ſi odium naſci ex ira dixerit, profectò odium in ea parte animi, in qua irarum exiſtit ardor, inſit neceſſe eſt. eſt enim ſedes iræ. Conſiderandum igitur, ſit ne cōtrarium in ea parte animi, in qua irarum exiſtit ardor qualis amicitia eſt. Nam ſi non inſit, in eaq; parte animi, quæ uoluptate alitur, inſit amicitia, certe non committatur iram odium. Eadem ratio eſt ſi eam partem animi, quæ uoluptate alitur, ignorare dixerit. Sedes.n. erit ſciētiæ, ſi quidem etiam ignorationis ſit. quæ pars non uidetur ſedes eſſe ſcientiæ. Atq; ex hoc loco, quēadmodū docui ei qui refellēdi partes obtinebit, depromenda erunt argumenta: eum aūt qui confirmare uolet nihil adiuuabit hic locus, quatenus accidens conuenit: quatenus vero poteſt conuenire, adiuuabit. Nam ſi nō poſſe contrarium recipere doceamus, nec conuenire accidens, nec conuenire poſſe docebimus. Ac vero non ſi contrarium conuenire, aut uim habere ad recipiendum contrarium doceamus, idcirco etiam accidens cōuenire demonſtrauerimus, ſed poſſe conuenire tantummodo confirmatum erit. Quoniamq; quatuor ſunt contrariorum genera ſpectanda erunt repugnantia, ex eo argumento, quod uiciſſim retro cōmoueat, & reciprocatur, & ei qui probabit, & ei qui refellet. Per inductionem vero argumentatio tractāda erit hoc modo: Si homo eſt

Motis nobis quæcunque ī nobis exiſtentia moueri oportet per accidens.

mo eſt animal, quod non eſt animal, id non eſt homo. Itemque in cæteris. hoc enim loco uiciſſim retro commeat argumentatio. Cum enim hominem ſequatur & commitetur animal, tamen non ſi quid non ſit homo, id continuo ſequitur non eſſe animal. ſed cõtra, ſi quid non ſit animal, ſequitur nõ eſſe hominem. In omnibus ergo id pronunciandum eſt: vt ſi quod honeſtum eſt, id iucundum ſit, etiam ſi quid non ſit iucundum, id non ſit honeſtum. Quod ſi hoc non eſt conſequẽs, ne illud quidem erit. Itemque ſi quòd iucundum eſt, id non ſit honeſtum: certe quod honeſtum eſt, etiam iucundum ſit neceſſe eſt. Perſpicuum eſt igitur, reciprocari in aiẽtibus & negantibus argumentationem, ſi retro tractetur. In his autem contrarijs, quæ aduerſa appellantur, hoc uidendum eſt, & ei qui probabit, & ei qui reprehendet, an ex contrario contrarium ſit conſequens, an ex eiuſdem argumentatio a conſequentibus uera ſit, an vero cõtra. Tractari autem argumẽtatio debet per inductionem eorum, quo ad commodum uidebitur. In eandem autem rem ualebit argumentatio a conſequẽtibus: vt quæ fortitudinem & ignauiam committantur. Illam enim uirtus, hanc uitium ſequitur; & fortitudinem ſequitur id qđ expetendum eſt, ignauiam id quod fugiendum. In his ergo ualebit de ijſdem a conſequẽtibus ductum argumentum: quoniam id quod expetendum eſt, ei quod fugiendum contrarium eſt. Quod idẽ fit in cæteris. Contra autem, conſequentia ſunt. vt firmam corporis affectionem ſequitur bona ualetudo: infirmam vero affectionem morbus non ſequitur, ſed cõtra, morbum infirma conſtitutio. Ex quo perſpicuum eſt, contra in his argumentationem a conſequentibus ualere. Raro autem illud contra in contrarijs incidit, ac fere in ijſdem reciprocatur argumentatio. Quod ſi nec in eiſdem contrarium ex contrario erit conſequẽs nec uiciſſim retro cõmeabit; profecto in ijs de quibus agitur, nunquam alterum ex altero erit conſequẽs. Sin in aduerſis ſequatur, etiam in propoſitis alterum alteri conſequẽt neceſſario. Quod item in proſperis perinde atq;

A cõtrariorum conſequentia.

de atque in aduerſis cõſiderandum eſt, niſi quòd in his non uiciſſim retro commeat argumentum ex conſequẽtibus, ſed de ijſdem neceſſario. Quemadmodum aſpectum ſenſus ſequitur, ſic cæcitatem ſenſus priuatio. Opponuntur enim ſenſus & priuatio ſenſus ut priuantia, quoniam eorum illud res eſt, hoc eius rei priuatio. Atque etiam de ijs quæ cum aliquo conferuntur, eodem modo quo de priuantibus iudicandum eſt. In ijs enim etiam valet à conſequentibus ductum ex ijſdem argumentum, vt ſi triplum multiplex ſit, etiam ſubtriplum ſubmultiplex erit. Cõfertur enim triplum cum ſubtriplo, & multiplum cum ſubmultiplici. Rurſum, ſi ſcientia opinio eſt, etiam quod ſub ſcientiam cadit, erit opinabile. Et, ſi aſpectus ſenſus ſit, id etiã quod aſpectabile eſt, ſub ſenſum cadat neceſſe eſt. Hic autẽ occurritur, non duci neceſſariam in ijs, quæ cum aliquo conferuntur argumentationem a conſequentibus, quemadmodum dixi. non enim id, quod ſenſum mouet, ſcientia contineatur, tamen ſenſus non eſt ſciẽtia. Nec vere certe quidem occurritur. Multi enim negant ea, quæ ſenſus mouentia ſunt, cadere ſub ſcientiam. Nec minus contra hoc quod dixi valet. veluti id, quod ſub ſenſum cadit, non poſſe ſcientia comprehendi, quoniam ne ſenſus quidem ſit ſcientia. Rurſum, a coniugatis & caſibus ducendum eſt argumentum, ſiue confirmemus quid, ſiue refellamus. Coniugata autem ſunt hæc, iuſta, & iuſtus, cum iuſtitia, & fortis, cum fortitudine. Itemque efficientia & conſeruantia coniugata eorum ſunt, quorum ſunt & conſeruãtia & efficientia. vt efficientia valetudinem, valetudinis, & conſeruantia firmam corporis conſtitutionem, firmæ corporis conſtitutionis. Eodemque modo de cæteris iudicandum eſt. Atque hæc quidem coniugata appellari ſolent. Caſus autem ſunt, vt iuſtæ, fortiter, ſalubriter, & apte ad firmam corporis affectionem, quæq; eodem modo dicuntur. Sunt etiam ea, quæ ex caſibus dicuntur in coniugatis, vt iuſte cum iuſtitia, & fortiter cum fortitudine coniugata ſunt. Coniugata autem dicuntur,

Locus a cõiugatis & caſibus.

tur,quæ ſunt ex verbis generis eiuſdem, vt iuſtitia,iuſtus,iuſta,iuſte. Perſpicuum eſt igitur, ſi quid probatũ ſit eorum, quæ eiuſdem ſunt generis & coniugationis eſſe in bonis, & laudabilibus, cætera probata eſſe omnia. Veluti ſi iuſtitia ſit in rebus laude dignis, etiam iuſtus in ijs ſit,& res iuſta,& quod iuſte fit,neceſſe eſt cõcludeturq; quod iuſte fit,etiã laudabiliter fieri, ex eodem caſu,quoniam a laudabili re ortum eſt, quemadmodum illud iuſte a iuſtitia. Non ſolum autem ex eo quod expoſui,ſed etiam ex contrario ſæpe cõtrarium intelligitur,vt quod bonum ſit, non neceſſario eſſe iucundum. Neque enim quod malum eſt, neceſſario moleſtum eſt,aut ſi hoc,etiam illud. Et ſi iuſtitia ſcientia ſit,iniuſtitia ignoratio erit, & ſi quod iuſte fit, id fiat ſcienter & perite,id etiam quod iniuſte, inſcite & imperite fiat neceſſe eſt. Aut ſi hæc non placent, ne illa quidem,quemadmodum ex eo quod modo commemoraui,perſpici poteſt,multo enim magis perſpici poteſt quod iniuſte fit,id perite,quàm imperite fieri. Atque hic locus expoſitus eſt tum,cum de contrarijs, quæ aduerſa dicuntur, diſputaremus. Nihil enim nunc aliud uolumus,niſi contrarium ex contrario eſſe conſequẽs. Præterea,ab ortu & interitu rerum, & ex cauſis efficiẽtibus & corrumpentibus magna copia ſuppetit ad diſputandum,ſiue cõfirmare uelimus,ſiue refellere. Quarum enim rerum ortus & origo eſt in bonis, eæ etiam in bonis ſunt, & ſi hæ in bonis ſint, origines etiam earum erunt. Si vero origo ſit in malis, eæ etiam in malis numerabuntur. A rerum interitu contraducitur argumentum è conſequentibus. Si enim interitus rerum ſit in bonis,res ipſæ erunt in malis. Et ſi interitus & euerſio rerum ſit in malis, res ipſæ ducentur in bonis. Eadem eſt etiam ratio cauſarum efficientium & euertentium. Quorum enim effectorum cauſę ſunt in bonis effecta etiam in bonis erunt. Quarum autem rerum cauſę euertentes ſunt in bonis, eæ ſunt numerandæ in malis.

CON-

CONCLVSIONES.

Impoſſibile eſt contraria eidem ſimul ineſſe, & ſi uni plura contingant contraria.

Idem eſt ſuſceptibile contrariorum.

Motis nobis q̃cunq; in nobis exiſtũt moueri oportet.

Quorum generationes bonæ ſunt, ipſa bona ſunt: & quorum ſunt malæ, ſunt malæ. Quorum uero corruptiones ſunt bonæ, ipſa ſunt mala, quorum ſunt malæ, ipſa ſunt bona.

De amicis bene mereri, & de hoſtibus male non contrariantur, ſed de amicis bene mereri & male, ſibijnuicem aduerſantur.

Ira & odium in eadem animi parte reſident.

Ex ſimilibus, appoſitione, magis & minus, ſimpliciter & ſecundum quid loci. Cap. 4.

PRoximus locus eſt a ſimili. in quo uidendum eſt, an res ſimiles eodem modo ſe habeant, vt ſi ſciẽtia una ſit multarum rerum, etiam opinio. Et ſi aſpectum habere, ſit uidere, etiam auditum habere, ſit audire. Quod idem contingit in cæteris omnibus, & quæ ſunt, & quæ uidentur. Valet autem utranq; partẽ hic locus. Si enim in aliqua re pari ualeat, in cæteris etiam paribus ualeat neceſſe eſt, & ſi in aliqua re ſimili non ualeat, nec in cæteris ualebit. Conſiderandum etiam eſt, an in una & in pluribus eodem modo res ſe habeat, quoniam interdum diſcrepat & diſſimilis eſt. vt ſi ſcire ſit animo cernere & intelligere, multa ſcire ſit etiã multa aĩo cernere, quod nõ eſt uerum. Multa.n. ſcientia comprehendi poſſunt, multa intelligi non itẽ. Qđ ſi nõ hoc, nec illud, ſcire eſſe intelligere. Sumuntur etiam ex maiore & minore argumenta. Suntq; ex ma

iore & minore quatuor loci,vnus ſi maior res ex maiore ſit conſequens,hoc modo. Si uoluptas bonum ſit,maior voluptas maius ſit bonum. Si iniuriam facere malum eſt, maiorem iniuriam facere maius malum erit. Atque in vtranque partem hic locus trahi poteſt. Si enim rei ſubiectæ progreſſionem & incrementum,accidentis ſequatur progreſſus & incrementum,vt dixi,certe concluſum eſt: ſi minus ſequatur, non concluditur. Hic autem locus per inductionem tractandus eſt. Alter locus eſt,cum una res duabus comparatur.ſi cui veriſimilius eſt conuenire, non conueniat,ne illi quidem cui minus, & ſi cui minus probabile eſt conuenire conueniat,ei etiam cui uериſimilius. Tertius eſt,cum duæ res cum una conferuntur. ſi quæ magis conuenire videtur non conueniat,nec quæ minus,& ſi quæ minus uidetur conuenire,conueniat,ea etiam, quæ magis conuenire uidebitur conueniet. Extremus locus eſt huiuſmodi,cum duæ res duabus comparantur. Si quæ alteri magis uidetur conuenire, non conueniat, ne reliqua quidem reliquæ conueniet, & ſi ea quæ minus conuenire alteri videtur,conueniat,reliqua etiam reliquæ conueniet. Sequitur locus, ex ijs quæ eodem modo conueniunt, aut videntur conuenire,atque is triplex,quemadmodum expoſui de tribus locis, quos ex maiore poſterius elici dixi. Si enim una aliqua res duabus eodẽ modo conueniat,aut conuenire uideatur, neque alteri conueniat,ne alteri quidem conueniet. Quod ſi uni, etiã alteri. Alter locus tractatur hoc modo, ſi duæ res eidem ſimiliter conueniant,& altera non cõueniat, ne altera quidem conueniet. Tertius hoc modo. Si duæ res duabus eodem modo conueniat,vnique altera non conueniat,reliqua etiam reliquæ cõueniat neceſſe eſt. Atque ex maiore & minore, ac ſimili, tot argumenta duci eliciqúe poſſunt. Alius locus ſequitur ex adiectione,hoc modo,Si una res ad alteram adiecta, eam facit bonam,aut albam,cum prius bona & alba nõ eſſet, quæ adiecta eſt,bona erit & alba,quale etiam totum reddidit. Præterea, ſi ad aliquid quod ineſt quippiam addatur,

tur,quod illud magis tale efficiat, quale inerat,id tale erit. Eadem eſt ratio cæterorum. Quanquam hic locus nō ualet in omnibus,ſed in ijs tantummodo, in quibus præſtantia magnitudinis naſcitur. Atque idem non ui ciſſim retro commeat in refellendo. Non enim ſi id quod additur,non facit,id cui adiectum eſt bonum,propterea id non bonum eſſe neceſſe eſt. Quod enim bonum eſt,ſi ad id quod malum ſit addatur, totum non efficit bonum neceſſario, nec rem nigram candor albam facit,nec dulcedo rem amaram dulcē neceſſario,ſi addatur efficit. Iam vero ſi quid maius aut minus dicitur, omnino enim conuenit. Nam quod bonum non eſt,nec album,id nec maius bonum neque minus dicitur, neq; albius neq; minus album, quippe cum id quod malum eſt,nulla re maius bonum ſit,aut minus bonum. ſed maius malum, aut minus dicitur. Nec vero hic locus in refellendum viciſſim retro commeat. Multa enim eorum quæ illud magis reſpuunt, omnino dicuntur. Homo enim etſi magis aūt minus, quam alius homo,non dicitur non tamen propterea homo eſſe deſinit. Eodemq; modo uidēdum eſt, quid quadam ex parte quid aliquando,& alicubi eſſe dicatur. Si quid enim quadā ex parte poſſit eſſe,aut aliquando, aut aliquo in loco, id certe omnino eſſe poteſt. Quod enim omnino fieri non poteſt,id nec aliqua ex parte,nec interdum, nec alicubi fieri poteſt. Quanquam huic loco occurritur, quod quadam ex parte homines natura boni ſunt,ut liberales,vt temperati,cum interim beni non ſint omnino natura. ſiquidem nemo prudens natura dicitur. Itēque fieri poteſt interdum.vt aliquid eorum quæ interire poſſunt,non intereat & occidat, cum fieri non poſſit omnino,quin occidat. Eodemque modo alicubi hanc uel illam uictus rationem ſeruare,vt in locis peſtilentibus & inſalubribus prodeſt,omnino non prodeſt. Aliquo etiam in loco fieri poteſt vt vnus modo accidat, & temen vnus modo eſſe non poſſit omnino. Itaque alicubi etiam immolare patrem laudi ductū eſt, vt apud Tribalos,omnino autem,non datur laudi & gloriæ. Ni

ſi forte hoc non aliquo in loco fieri declarat, ſed apud aliquos, quoniã nihil refert ubi ſint. vbique enim apud Tribalos id gloriæ ducitur. Rurſum, medicamentorũ vſus interdum, veluti cum ſis in morbo adiuuat. nec adiuuat omnino. Niſi forte ne hoc quidem aliquando fieri ſignificat, ſed curationem ei, qui ſic affectus eſt, adhiberi. Neque enim refert, quocunque id tempore fiat, dummodo ita ſit affectus. Id autem demum omnino & abſolute laudi datur. quod ſi nihil addas, gloriæ ducitur, & gloriatione dignum prædices. vt patrem immolare, non dicas honeſtum eſſe, ſed apud nonnullos honeſtum eſſe. non igitur omnino honeſtum eſt. At Deos colere, pulchrum dices, etiam ſi nihil adiungas. eſt enim pulchrum omnino. Quare quod ſine adiũctione uidetur eſſe pulchrum, aut turpe, aut aliquid aliud eiuſdem generis, tale eſſe id dicetur omnino.

CONCLVSIO.

Homines boni ſunt ut in paucioribus, quia non natura boni ſunt.

Immolare patrem apud Tribalos laude dignum eſt, non autem ſimpliciter.

Si de quo magis uidetur ineſſe & non ineſt, nec, de quo minus: & ſi de quo minus uidetur ineſſe & ineſt, & de quo magis.

Simpliciter dicitur quod nullo addito dicitur.

Secundi libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

Topicorum. Lib. III.

SVMMA LIBRI.

De comparationum locis,qui accidentibus attribuũtur:de uarijsq; locis accidentis abſolutis.

De locis meliorum ac eligibiliorum quæſtionum dialecticarum. Caput primum.

RELIQVVS eſt comparationis locus.in quo uidendum eſt, duobus propoſitis,vtrum ſit optabilius,aut melius. Ac primum exponendum illud eſt, nobis hoc loco non eſſe propoſitum de ijs diſſerere, quæ ualde diſſimilia ſint, quorumq; magnæ ſint differentię & diſtinctiones.neque enim eſt quiſquam cui in dubium ueniat, ſit ne beatitudo, quàm diuitiæ magis expetenda,ſed de ijs, quæ cognata ſunt & uicina,& ijs duobus,quibus propoſitis dubitamus: vtrum elationẽ habeat an ſubmiſſionem, propterea quòd quid alterũ alteri præſtet,minime uideamus. Ex quo perſpicuum erit,expoſita harum rerum præſtãtia una aut pluribus, animum aſſenſurum & approbaturum id eſſe magis expetendum, quod excellet.Ac diuturniora quidem anteponenda ſunt breuioribus, & quæ prudentes anteponant, aut uiri boni,aut leges rectæ,aut quæ anteponant ij, qui in aliqua re excellunt, quia ij ſint,aut qua

ij,qui in vnoquoque genere ſcientes ſunt, aut quæ plures,aut etiam omnes,vt in medicina & fabrica.quę plures, medici anteponant, aut omnes, aut quæ omnino plures, vel omnes, vel omnia quale eſt ſummum bonum.expetunt enim ſummum bonum omnia.Id autem quod commemorabitur ad id, cui vſui eſſe poſſit, eſt omne reuocandum. Suntque omnino anteponenda ea,quæ a meliore arte proficiſcuntur, vt quoniam philoſophia melior eſt ars, quàm architectura, omnino ea,quæ a philoſophia efficiantur, is quæ ab architectura, anteponantur. Quę autem a cuiuſque arte efficiuntur, eá quiſque alienis anteponit. Deinde anteponenda ſunt ea, quę vi ſua in genere ſunt, ijs quę non ſunt, vt iuſtitia viro iuſto. Iuſtitia enim in genere eſt bonorum,vir iuſtus non eſt, & illa vi ſua bonum eſt, hic non item.Nihil enim id quod genus dicitur, quod non ſit in genere, vt homo albus non coloris nomen obtinet. Quod idem in cęteris contingit. Anteponuntur etiam,quę propter ſe expetũtur,ijs,quę propter aliud, vt valetudo exercitationi,quoniam illa propter ſe expetenda,hęc propter aliud. Et quę propter ſe expetuntur, ijs quę forte temere & caſu. vt amicorum iuſtitia hoſtium iuſtitię, quod illa per ſe expetenda eſt, hęc caſu & fortuito, vt ne nobis noceant. Hic autem locus eãdem ferè uim habet,quam ſuperior,ab eoq; niſi modo non differt. Nam amicos per ſe iuſtos eſſe optamus etiam ſi nihil inde ad nos redeat, & apud Indos habitent,at hoſtes ſic propter aliud iuſtos eſſe optamus, vt nihil nobis obſint.Ex quibus per ſe bona propagantur ijs ex quibus caſu & temere,ut uirtus fortunæ. Illa.n. per ſe efficiens eſt cã bonorũ,hæc fortuito. & ſi quid aliud tale eſt.Eodẽ modo de contrarijs iudicandum eſt. Ea.n.quæ per ſe cauſæ ſunt malorum,poſtponuntur ijs, quæ caſu & fortuito,ut uitium fugiendũ eſt potius quã fortuna.illud enim per ſe malum eſt,hæc caſu. Et quæ omnino bona ſunt, ijs anteponuntur quæ alicui bona ſunt,vt ualere quam ſecari magis optandum eſt, qm̃ illud omnino bonum eſt, hoc alicui qui ſectione egeat.

Et

Et innata ac inſita bona aſſumptis & aduentitijs, vt iuſtitia viro iuſto, quoniam illa inſita eſt & innata, illud aduentitium. Et quæ in re meliore inſunt,& quæ iuſtiorem habentvenerationem ijs,quæ in deteriore,vt bona Dei hominum bonis, & animi corporis bonis ſunt anteponenda. Et quæ propria ſunt melioris rei,ijs quæ deterioris,vt diuina,humanis. Cum enim bonis quæ illis inter ſe ſunt communia,non differant inter ſe, proprijs alter alteri præſtat.Et quæ in melioribus,aut antiquioribus aut in ijs quæ in maiore ſunt pretio & honore,ea ſunt anteponenda ijs quæ in deterioribus, vt valetudo viribus corporis,& pulchritudini corporis.valetudinis enim ſedes eſt in humore, ſiccitate, calore, & frigore, ijſque omnibus ex quibus primum animal conſtat & cohæret,hæcvero in iunioribus.nam & vis corporis in neruis atque oſſibus ſita eſt, & pulchritudo corporis eſt apta quædam compoſitio membrorum. Fines ijs quæ ad finem pertinent atque conducunt. Ex duobus,quod ad finem propius accedit. Quæ ad vitæ finem pertinent, ijs quæ ad alium aliquem. vt quæ ad vitam beatam pertinent,ijs quæ ad prudentiam.quod enim ad beatitudinem pertinet,ante ponendum eſt. Quæ fieri poſſunt,ijs quæ non poſſunt. E duobus efficientibus, cuius finis melior.id etiam præſtantius. Ex efficientibus, & finibus proportione concludendum eſt hoc modo. Cum pluribus partibus finis fini præſtet,quam finis illæ ſuæ cauſæ efficienti. vt ſi beatitudo valetudinem pluribus partibus ſuperet quam valetudo ſalubria efficitur, ut efficiētia beatæ vitæ vincant valetudinem. Quanto enim beatitudo valetudinem præſtat,tanto ſalubria præſtant efficientia beatitudinis, Atqui minore interuallo ſalubria valetudo anteibat,pluribus igitur partibus ſalubribus præſtant beatitudinis efficientia,quam valetudo ſalubribus. Ex quo perſpicuum eſt.efficientia beatæ vitæ ſanitati,quia ei præſtent, eſſe anteponenda. Præſtantiore per ſe,quæ in maiore ſunt honore & pretio, & laudabiliora anteponenda ſunt,vt amicitia diuitijs,iuſtitia valetudini & viribus corporis. Illa enim numerantur

tur propter ſe in ijs bonis quæ ſunt honorabilia & laudabilia, hæc non propter ſe, ſed propter aliud. nemo enim opes propter ſe amat, ſed propter aliud. Amicitiam autem propter ſe colimus, etiam ſi nihil inde fructus ſperemus nos eſſe percepturos.

CONCLVSIONES.

Amicitia diuitijs anteponenda eſt.
Cuius finis eſt melior ipſum quoque eſt melius.
Pulchritudo & decor eſt quædam membrorum corporis commenſuratio.
Finis potior & melior eſt his, quæ ſunt ad finem.
Magis eſt expetenda, & eligenda beatitudo, quàm prudentia.
Nullus propter ſe honorat diuitias, ſed propter aliud, amicitiam uero propter ſe.
Omnia bonum appetunt.
Quod per ſe eligibile magis eſt eligēdum quàm quod propter aliud.
Robur exiſtit in neruis & oſſibus.
Vitium potius quàm fortuna fugiendum eſt.
In unoquoque genere id expetibilius eſt quod magis bonum eſt, & malo impermixtius.

Alij eiuſdem quæſtionis loci. Cap. 2.

IAm ſi duo quædam ſint ualde inter ſe ſimilia, nec quid alterum alteri præſtet & excellat, perſpicere poſſimus, id ex conſequentibus intelligi licet, hoc modo. Quo enim maiora bona propagantur, id anteponendum alteri eſt, quòd ſi mala cōſequantur, quo minora mala propagantur, id eſt eligendum. Nam ſi ſit vtrunque eligendum, nihil prohibet aliquid moleſtiæ

conſequi.

conſequi. Ex conſequentibus autem duo argumenta ſumuntur, quoniam & aliquid antecedit rei, & præcurrit, & aliquid rem ſequitur. veluti diſcenti antecedit ignoratio, & conſequitur ſcientia. Ferè autē melius eſt quod rem ſequitur. Argumentum vero à conſequentibus ſumendum eſt, vt commodum fuerit. Plura bona paucioribus anteponenda ſunt, aut omnino aut ſunt, in alijs quæ plura continentur. cum alia quæ pauciora. Huic autem loco occurritur, ſi vnum alterius gratia petatur. Neque enim vni vtrunque anteponitur. veluti valere & valitudo non pluris ſunt quam valetudo, quandoquidē valere optamus valetudinis gratia. Nihil etiam prohibet ea, quæ non ſint in bonis, bonis anteponi, vt beatitudinem coniunctam cum aliqua re, quæ non numeratur in bonis iuſtitiæ ac fortitudinis. Et eadem coniuncta cum voluptate, magis expetenda ſunt, quam ſine voluptate, & eadem ipſa cum indolentia copulata, quam cū dolore. In quo etiam quicque tempore maiorem vim habet, id in eo magis optandum eſt, vt in ſenectute ſine vlla moleſtia & cura uiuere, quam in adoleſcentia. plus enim poteſt in ſenectute. Eademq; ratione in ſenectute magis expetenda prudentia eſt. Itaque nemo adoleſcentes imperatores deligit: quòd prudentes eos nō eſſe exiſtimet. contraque fit in fortitudine, cuius in iuuētute neceſſarium munus & officium eſt. Eadem eſt etiā temperantiæ ratio, adoleſcentes enim magis quam ſenes cupiditatibus ſeruiunt. Quæ per omne tempus ætatis plus poſſunt, ijs quę maxima parte, vtiliora ſunt. vt iuſtitia temperātia & fortitudine, quia illis ſemper, hæc interdum. Quæque ſeipſis contenta ſunt, meliora quam quæ egent alijs, quod in iuſtitia & fortitudine cernere licet. Nam ſi iuſti omnes eſſent, nihil loci eſſet fortitudini, at ſi fortes eſſent, iuſtitiam requirerēt. Comparatio etiam ex interitu, abiectione, origine, acceptione, contrarijsque ſumi poteſt, hoc modo. Quorum bonorum interitus magis declinandi ſunt, ea meliora. Quod idem in abiectionibus & contrarijs contingit. Cuius enim præmiſſio & expulſio, quam contrarium,

trarium,magis fugienda eſt,id etiam optabilius. Contra fit in ortu & acceptione. Quarum enim rerum origines & aſſumptiones optabiliores ſunt, eæ alijs anteponuntur. Alius locus. Quod ad bonum propius accedit,id & optabilius & melius eſt,quodq́ue ad bonũ ſimilitudine propius accedit, id melius, vt iuſtitia viro iuſto. Quæ meliori ſimiliora ſunt,ea meliora, quemadmodum Aiacem Vliſsi anteponunt, ꝙ Achilli ſimilior eſſet. Occurritur huic loco,quòd nihil prohibeat. Aiacem non qua parte Achilles optimus fuerit, ei ſimiliorem fuiſſe, & tamen alterum uirum bonum fuiſſe, etſi diſsimilem. In quo videndum eſt, an etiam in ijs quæ magis ridicula ſunt inueniri poſsit ſimilitudo,quemadmodum ſimia ſimilitudine ad hominẽ prope accedit, cum equus non ſit ſimilis. Neque enim præſtantior eſt ſimia,& ſi ſimilior homini quam equus. Rurſum,è duobus ſi vnum meliori,alterum deteriori ſimilius ſit,melius erit quod ſimilius eſt præſtantiori. Atque etiam huic loco occurritur. Nihil enim prohibet, vnum meliori paulum ſimilem eſſe,alterumvalde deteriori,vt ſi Aiax paulum admodum ſimilis ſit Achilli, & Vliſſes valde Neſtori. Et, ſi id quod meliori ſimilius ſit,mala eius imitetur, quod autẽ ad deterius ſimilitudine propius accedat, bonam in partem ſimile ſit. ut equus aſino,& ſimia homini. Quæ magis inſignia ſunt, minus inſignibus anteponuntur & laborioſa procliuibus. chariora enim nobis ſunt ea.quæ difficulter parantur,& priuata communibus, quæque moleſtiæ minus habẽt. quæ enim nullam moleſtiam afferunt, ijs quæ afferunt anteponuntur. Quæ alijs præſtantiora ſunt ijs duæ in altero genere ſunt præſtantiſsima, anteponuntur, veluti ſi nobilior equo homo ſit nobiliſsimus homo, etiã ſit generoſiſsimo equo præſtantior. Et ſi res præſtantiſsimè & clariſsimè nobiliſsimis alterius generis præſtant, ẽt omnino illis rebus excellunt,vt ſi clariſsimus homo generoſiſsimo equo præſtet, etiam homo equo præſtat omnino. Quæque cum amicis communicare licet, ijs quæ non licet,quæ in amicos præſtare cupimus, ijs quæ

in

quemuis:vt officia ſeruare,& bene mereri magis optamus. quam uideri bene mereri, & officia ſeruare, quoniam beneficia malumus in amicos conferre, quam videri,in quemuis contra. Non neceſſaria neceſſarijs meliora ſunt,eaque interdum magis expetuntur. Bene.n. viuere præſtat,quam viuere,cum bene viuere non ſit neceſſarium,& viuere in neceſſarijs.Fit autem interdum, vt quæ meliora ſunt,non etiam magis expetantur. Nō enim ſi quid melius,propterea id neceſſe ſit etiam magis eſſe expetendum. Philoſophorum enim uita cum eo genere vitæ quod in pecunijs quærendis conſiſtit, ſit melior, attamen ei cui res ad viuendum neceſſariæ non ſuppetunt,non magis expetenda eſt. Non neceſſaria autem ſunt, cum ſuppetunt res neceſſariæ, & aliæ præterea quædam honeſtæ parantur, Ac ferè quidem certe neceſſaria magis expetenda ſunt,non neceſſaria meliora. Quæ ab alio non ſuppeditari poſſunt & accipi, ijs quæ poſſunt quomodo iuſtitia ad fortitudinem affecta eſt,quæ ſine alijs expetenda ſunt,ijs quæ niſi coniuncta cum alijs non expetuntur: vt vires corporis ſine prudentia non ſunt expetendæ,ſine viribus etiã prudentia expetenda eſt. E duobus ſi vnum diſsimulemus aut negemus in nobis eſſe, vt alterum in nobis eſſe videatur, id anteponendum eſt, quo præditi eſſe videri uelimus: ut laborioſos nos eſſe negamus, ut ingenio ualere uideamur. Quorum bonorum defectio minus in ijs uituperanda eſt, qui moleſte ferunt. Et quorum defectio in ijs qui non acerbe ferunt, ea à ſe abeſſe, magis reprehendenda eſt.

CONCLVSIONES.

Nemo eligit imperatores adoleſcentes,quòd prudentes eos eſſe nullus exiſtimet.

Similius præſtantiori excellentius eſt.

Grata nobis magis ſunt cum labore & difficultate parta,quàm ſine labore.

Melius

Melius eſt non indigenti neceſſarijs philoſophari, quam ditari.

Melius eſt bene uiuere, quam uiuere.

Alij meliorum, eligibiliorumque loci. Cap. 3.

EOrum quæ in eodem genere ſunt, quod apta & propria virtute & laude valet, alteri quod eo caret anteponendum eſt. Ex ijs in quibus ineſt, id in quo maior eſt. Quæ bonum eum in quo ſint efficiunt, ijs quæ non efficiunt: vt calidius, id eſt quod calefacit, eo quod non calefacit. Ex ijs quæ efficiunt, ea quæ magis efficiunt, aut quæ id quod melius eſt & magis præcipuum bonum efficiunt: vt quę animum bonum efficiũt, ijs quæ corpus. Ex caſibus etiam & vſu, actionibus, & operibus comparationis locus ſumitur, & quæ ab illis orta ſunt concluduntur. Alterũ enim alteri conſequens eſt: vt ſi id quod iuſte fit, ei quod fortiter anteponendũ ſit, iuſtitia fortitudini anteponetur. Et ſi iuſtitia fortitudini anteponenda ſit, etiam id quod iuſte fit ei quòd fortiter. Quod idem fit in cæteris. Si quo bono vnum maius bonum ſit, minus alterum, maius magis expetendum eſt: vel ſi maiore aliquo maius ſit alterum. Quinetiam è duobus quæ alicui præponẽda ſint, id quod magis expetẽdum ſit, potius eligendum erit, quàm id quod minus. Quorum præſtantia, & laus, præſtantiæ laudiq; aliorum anteponitur, ea etiam anteponenda ſunt, vt amicitia diuitijs. Amicitiæ enim excellentia & gloria, opum excellentiæ & exuperantiæ anteponenda eſt. Quæ ipſum vbi quiſque parare & quærere malit, quàm alterum, ea anteponenda: ut amici opibus. Ex adiunctione hoc modo: Si eidem rei aliquid adiungatur, totumq; melius efficiat, id magis expetendum eſt. In quo cauendum eſt, ne ad ea progrediamur. in quibus altero eorum, quæ coniunguntur vtatur id quod vtriuſque cõmune eſt, vel aliqua alia ei adiumenta afferat, reliquo non vtatur, neque ei ſit adiumento: quales ſunt cum fabrica

brica ſerra & falx coniuncta quarum ſerra ſi coniuncta ſit,optanda magis eſt,cum magis expetenda non ſit omnino. Rurſum,ſi quid ad minus additum maius totum efficiat, magis expetendum eſt. Quod idem ex detractione effici poteſt. Quicquid enim eſt eiuſmodi, quo detracto,id quod reliquum eſt minus efficitur, id omne anteponendum. Quæque propter ſe expetenda ſunt, ijs quæ ad exiſtimationem hominum & opinionem accommodantur, vt valetudo pulchritudini anteponenda eſt. Illud autem ad iudicium hominum & opinionem dirigitur.quod ſi neſciant, nullus in eo parando labor impendatur. Quæ etiam propter ſe expetuntur, & ad hominum commendationem, ijs quæ alterius ſolum gratia, quæque ui ſua per ſe & propter ſe in maiore pretio & honore ſunt,eadem meliora ſunt, & magis expetenda. Ea autem per ſe in maiore honore ſunt, & pretio, quæ detracta omni opinione utilitatis, tamen magis propter ſe peteremus.Diuiſio etiam rerum expetendarum, & quarum cauſa expetantur, magnam ſuppeditabit copiam diſputandi:ut utilitatis,uel honeſtatis,uel uoluptatis gratia res omnes expetendas.Quibus enim ad omnia uel ad plura utimur, ea ijs anteponenda ſunt, quibus ad tot res non utimur. Quod ſi in utriſque eadem reperiuntur, in utris magis reperiantur, uidendum eſt utrum iucundiora ſint an honeſtiora,an utiliora. Quæ melioris rei cauſa cōparata ſunt, eadem magis expetenda:ut quæ uirtutis, quàm quæ uoluptatis gratia. Eadem ratio eſt rerum fugiendarum. Fugienda enim ſunt magis quæ res expetendas impediunt,ueluti morbus magis declinandus &vitandus eſt, quàm deformitas,quòd magis nos à uoluptate & uirtute morbus detorquet. Ex eo etiam argumenta ſumuntur,ſi rem propoſitam & expetendam & fugiendam eſſe doceamus. Minus enim expetenda eſt res eiuſmodi,quam expetere æque ac fugere liceat, quàm altera, quæ tantummodo ſit expetenda. Ac comparationes quidem rerum inter ſe tractandæ ſunt,quemadmodum à me præſcriptum eſt.

CON-

CONCLVSIONES.

Quod quippiam bonum reddit, & quod magis eligibilius eſt, quam quod non efficit, uel quod minus.
Amici ipſis opibus ſunt anteponendi.
Sanitas pulcgritudini anteponenda.
Id omne fugiendum eſt, quod rebus expetendis impedimentum affert.

De eligendis fugiendiſque documenta ac communes loci. Cap. 4.

QVin ijdem quidem loci ualent etiam ad faciẽdam fidem, quid ſit expetendum, quidque fugiendum. Detrahenda enim modo alterius excellentia & praeſtantia eſt. Si enim quae in maiore honore ſunt & pretio, eadem magis expetenda ſunt, certe quae in honore ſunt: & ducuntur gloriae, eadem ſunt expetenda, & ſi quae utiliora ſunt, ea magis expetẽda, utilia etiam expetuntur. Quod idem fit in cęteris, quæ comparantur. Sunt autem quaedam, ex quorum inter ſe comparatione ſtatim utrunque expetẽdum eſſe aut alterum intelligimus. ueluti cum vnum naturale bonũ, alterum non innatum & inſitum dicimus. perſpicuum eſt enim id quod inſitum & innatum ſit, eſſe expetendum. Sumendi ſunt autem à maiore & minore loci, qui quàm latiſsime pateant, ſi enim ad plura concludenda ualebunt. Poſſunt etiam quidam ex ijs locis, quos expoſuimus, generaliores effici, ſi parua nominũ fiat mutatio, ueluti quod natura tale uel tale eſt, eo eſt magis tale, quod non eſt tale, uel tale natura. Ex duobus ſi unũ efficit, alterum non efficit tale, uel tale, id quod ipſum habet, aut in quo ineſt, magis tale eſt, quod interdum facit, quàm quod non facit. Sin utrunque uim efficiendi habeat, id quod plus efficit, & magis tale uel tale eſt. Et, ſi è duobus hoc plus illud minus quàm unũ aliquid

efficiat eiuſmodi. Si è duobus vnum magis tale vel tale ſit, quàm quod tale eſt, alterum magis quàm quod non eſt eiuſmodi, profectò primum in eo genere uincat neceſſe eſt. Ex coniunctione idem efficitur. Si quid ad eandem rem addatur, totumque magis tale vel tale efficiat. Et ſi quid ad rẽ addatur, quæ minus ſit eiuſmodi totam magis talem reddet. Itemque detractione. Nam ſi quid detrahatur ab aliquo, ex eoque quod reliquũ eſt minus tale vel tale exiſtat, id in eo genere præſtat. Quæ mixta coniunctaque ſunt minus cum contrarijs. ea magis talia vel talia, veluti id albius eſt quod minus admixtum habet nigrorem. Superioribus accedi hic locus. Quod ſibi magis rei de qua agitur, ueram adiſciſcit definitionem, velut ſi candoris hæc ſit definitio. Color aſpectum oculorum diuidens, is albior color erit, quo magis diſpertit aſpectũ. Quod ſi quæſtio non generalis, ſed quæ ſubiecta ſit generi, tanquam pars ponatur, primum loci qui exſpoſiti ſunt ad confirmãdum vel reprehendendum omnes valent plurimum. Si quidem enim omnino & totum confirmemus aut refellamus, etiam partem oſtendimus, propterea quod ſi quid in toto genere reperiatur, etiam in parte, & ſi in nulla parte, in aliqua intelligi non poteſt. Aptiſſimi autem ſunt loci, latiſſimeque patent ij, qui ex contrarijs coniugatiſque ſumuntur. Aeque enim probabile eſt effari, ſi omnes voluptas ſit in bonis, etiam dolorẽ omnem in malis eſſe, ac ſi qua voluptas ſit bonum, aliquem etiam dolorem eſſe in malis. Et ſi quis ſenſus non ſit vis & facultas, ſequitur vt ſenſus priuatio non ſit imbecillitas. Et ſi quod opinabile eſt, ſcientiæ ſubiectum ſit, ſit vt quædam opinio ſit ſcientia. Rurſum, ſi qua res iniuſta ſit in bonis. aliqua etiam res iuſta ſit in malis neceſſe eſt, & ſi quid eorũ quæ iniuſte fiunt, malum eſt. aliquid etiam eorum quæ iuſte fiunt, erit bonum, & ſi quid eorum quæ iucunda ſunt, in rebus fugiendis ſit, aliqua etiam voluptas fugienda. Eodemque modo, ſi quid eorum quæ iucunda ſunt, vtile ſit, aliqua etiam voluptas erit in bonis. Quod idem in ij, quæ vim inte-

rimendi habent, in ortu & interitu contingit. Si quid enim quod vim habeat interimēdæ voluptatis & ſcientiæ, in bonis eſt, ſit etiam neceſſe eſt aliqua voluptas et ſcientia in malis. Itemque ſi aliquis interitus ſcientiæ ſit in bonis, aut ortus in malis, erit in malis aliqua ſciētia, vt ſi ignoratio flagitiorum alicuius in bonis, aut recordatio in malis numeretur, certe & cognitio flagitiorum alicuius in malis ducitur. Quod idem in cæteris contingit, propterea quod eadem ratio veriſimilitudinis valet in omnibus. Idem ex maiore, minore, & pari efficitur, hoc modo. Si quid eorum, quæ ex alio genere ſunt magis tale vel tale ſit, illorum autem nihil ſit, efficitur vt id quod expoſitum eſt, non ſit eiuſmodi: vt ſi qua ſcientia bonum ſit potius quàm voluptas, nec vlla ſit in bonis ſcientia, ne voluptas quidem in ijs numerabitur. Similiter ex pari & minore licebit confirmare & refellere, niſi quod ex pari vtrunque efficietur, ex minore conſtituere ſolum, non etiam deſtruere. Si enim pari ratione vis aliqua in bonis ſit & ſcientia, ſi autem vis aliqua in bonis, etiam ſcientia erit: ſi nulla vis & facultas, ne vlla quidem ſcientia. Si autem minore ratione vis aliqua bonum ſit, quàm ſcientia, ſitque vis aliqua bonum, etiam ſcientia: ſin nulla vis in bonis ducatur, non neceſſe eſt nullam etiam ſcientiam duci in bonis. Ex quo perſpicuum eſt, locum ex minore ſolum vim habere ad probandum. Non ſolum autem ex alio genere copia & ratio refellendi ſuppetit, ſed ex eodem etiam genere, ſi quis ſumat quod ſit tale vel tale maxime: vt ſi qua ponatur eſſe in bonis ſcientia, probatumque ſit non eſſe in bonis prudentiam, nulla alia numerabitur: quippe cum ne ea quidem, quæ maximè videatur. Ex functione idem efficitur, ſi enuncietur, pari ratione ſi cui conueniat etiam omnibus conuenire, aut non conuenire: vt ſi hominis animus ſit immortalis, etiam cæterorum. Quod ſi non hic, ne cæterorum quidem eſſe. Si igitur ponatur alicubi conuenire, non conuenire alicui docere debemus. Sic enim conſequens erit ex fictione, nulli conuenire. Quod ſi cui non conue

nire ponatur,probandum eſt alicui conuenire:ſic enim illud conſequens erit,conuenire omnibus.Illud autem perſpicuum eſt,eum qui aliquid ponat & fingat, ad generalem & ſpecialem reuocare quæſtione, cum enim vult qui partem concedat,totum etiam cōcedere,quandoquidem ſi vni, pari ratione æquum putat conuenire omnibus.Ac infinitæ quidē quæſtiones uno modo euerti refelliq; poſſunt, vt ſi voluptatē bonum eſſe dixerit, aut non eſſe bonum,neque aliud quicquàm expoſuerit. Nam ſi voluptatem aliquam in bonis eſſe dixerit, nullam eſſe omnino probandum eſt,ſi rem propoſitam velit euertere. Item ſi voluptatem aliquam non bonam eſſe enunciarit, omnino demonſtrandum eſt omnem eſſe, aliter enim non poteſt reprehendi. Nam, ſi voluptatem aliquam non eſſe bonum, aut eſſe doceamus, nondum propoſita res reprehenſa eſt. Ex quo perſpicuum eſt, rem infirmari uno modo poſſe, confirmari duobus. Siue enim omnino doceamus omnem in bonis voluptatem duci, ſiue aliquam, res confecta erit. Itemque ſi opus ſit oſtendere, aliquam voluptatem nō eſſe in bonis, ſi nullam eſſe doceamus,aut aliquam non eſſe: vtrum effecerimus & omnino & ex parte,aliquam in bonis non eſſe voluptatem. Definita autem quæſtione,duo ad refellēdum loci ſuppetent, vt ſi quis ponat in bonis voluptatem aliquam eſſe, aliquam non eſſe, ſiue omnis in bonis eſſe doceatur, ſiue nulla eſſe, res propoſita infirmata erit.Quòd ſi vnam tantummodo in bonis voluptatem poſuerit, tribus modis id poterit refelli. Si enim omnem eſſe, vel nullam, vel plures docuerimus,rem propoſitam euerterimus. Si vero quæſtio definita, expoſitaque ſit pluribus, veluti prudentiam ſolam ex uirtutibus eſſe ſcientiā, ad id reprehendendum quatuor modis inſtructi erimus. Nam ſi doceamus, omnem uirtutem ſcientiam eſſe, aut nullam,aut etiam aliam.veluti iuſtitiā, aut ipſam prudentiam non contineri ſciētia, euerſum erit id de quo agitur. In quo vtile erit, quid cuique rerum ſingularum, quas expoſui,accidat aut non accidat videre, quemad-

modum de generalibus quæſtionibus tradidi. Genera etiam videnda ſunt diligẽter, eaque in partes, vt dixi. vſque ad indiuidua diſtribuenda. Siue enim in toto genere perſpiciatur ineſſe, ſiue in nulla parte, cum multæ adferuntur, petendum eſt, vt omnino totumque concedat. aut certe occurrat, in qua non ita reperiatur. Poſtremo, quibus in rebus aut ſpecie aut numero conſtitui poteſt accidens, num quid conueniat uidendnm eſt: vt tempus non moueri, aut non eſſe motum, ſi probare velimus, quot ſint genera motus docẽdum eſt. Si enim nullum eorum conueniat tempori, tempus certe nec mouetur, nec motus eſt. Itemque animum non eſſe numerum licebit docere, diuiſione adhibita, omnem numerum aut parem eſſe, aut imparem. Nam ſi animus neque par, neque impar ſit, profecto eſſe numerus nullo modo poteſt. Ac ex his quidem locis argumenta ducenda ſunt & depromenda ad confirmandum, vel refellendum accidens.

CONCLVSIONES.

Tale additum tali reddit ipſum magis tale.
Omnis numerus eſt par, uel impar.

Tertij libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE Topicorum. Lib. IIII.

SVMMA LIBRI.

De omnibus generis locis, & de nonnullis ipſius differentiæ.

Nonnulli ipſius generis loci. Caput primum.

DEINCEPS ea, quæ ad genus & proprium pertinent, videamus. In ijs autem elementa definiendi tradentur, quæ quidem raro in diſputationem incidũt. Si igitur ponatur genus aliorum, quæ ſunt, primum videndum eſt, an de aliquo eorum, quæ illi proxima ſunt & vicina, minime dicatur, vt fit in accidentibus, vt ſi voluptatis genus bonum ſtatuatur, an aliqua voluptas non ſit bona, videndum erit. Nam ſi ita fiat, certe voluptatis bonum non eſt genus, quippe cum genus in ſpeciebus omnibus, quæ ſub ipſum ſubiectæ ſunt, intelligatur. Deinde conſiderandum eſt, an in quæſtione qua quid ſit res exquiritur, minime dicatur, ſed vt accidens. vt id quod album eſt de niue, aut de animo id, quod pulſu ſuo & interiore agitatur, Neque enim idem nix eſt quod album aliquid, itaque non eſt id quod album eſt niuis genus, nec animi id quod a ſe mouetur. accidit enim ei, vt moueatur, quemadmodum ſæpe animali, vt aubulet. Præterea, quod a ſe mouetur, non aliquid quod eſt, ſed aliquid quod facit aut patitur indicat.

Itemque id quod album eſt, non naturam niuis ſignificat, ſed qualitatem. Ita neutrum eorum in naturæ quæſtione dicitur. Maxime vero, an definitio acciden tium in id genus, quod datum eſt conueniat, ſpectare debemus. Nam, vt in eo exemplo, quod modo protuli, permaneam, fieri poteſt, vt aliquid ſeipſum & moueat & non moueat, itemque vt album ſit aliquid, & non album. ex quo efficitur, neutrum eorum genus eſſe, ſed accidens: quandoquidem accidens diximus eſſe id, quod & conuenire alicui poteſt, & non conuenire. Iam illud etiam videndum eſt, an non in eadem diuiſione genus & ſpecies numerata ſint, vnumque eorum ad ſubſtantiam, alterum ad qualitatem: aut illud ad ea, quæ cum aliquo conferuntur, hoc ad qualitatem pertineat veluti nix & cygnus ad ſubſtantiam, id autem quod album eſt, non ad ſubſtantiam, ſed ad qualitatem pertinet, ita id quod album eſt, nec niuis genus eſt, nec cygni, Rurſus, quoniam ſcientia in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur, bonum autem & honeſtum in qualitate, fit vt honeſtum aut bonum non ſit genus ſcientiæ, præſertim cum eorum, quæ cum aliquo conferuntur genera, etiam ipſa in eodem genere eſſe debeant. Id quod in duplo cernere licet. Nam cum multiplum dupli ſit genus, ipſum etiam in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur. atque vt ſummatim dicam, eidem diuiſioni, cui ſpecies, genus ſubijci debet. Siue enim ſpecies ſubſtantia ſit, etiam genus: ſiue qualitas ſit ſpecies, etiam genus qualitas ſit neceſſe eſt. Vt ſi candor ad qualitatem referatur, color etiam referatur. Quod etiam fit in cæteris. Præterea, videndum eſt, an neceſſe ſit, aut poſſit ne genus eo participare quod in genere poſitum eſt definitio autem participandi eſt, eius quod participatur recipere definitionem. Ex quo perſpicuum eſt, ſpecies generum participes eſſe, genera ſpecierum non eſſe, quandoquidem generis cum ſpecie communicatur definitio, ſpeciei cum genere non item. Illud ergo uidendum eſt, genus ne id de quo agitur, particeps ſit, an poſſit eſſe ſpeciei

particeps. vt, ſi quis eius quod eſt, aut vnius illud aliquid genus tradat. Ita enim fiet, vt particeps ſit specierum genus. quoniam in rebus omnibus, quæ ſunt id quod eſt & vnum intelliguntur, ergo etiam eorum definitio. Illud etiam, an ſpecies data & propoſita in aliqua re vere dicatur, genus non dicatur. veluti, ſi id quod eſt, aut quod ſciri poteſt opinabilis ponatur genus, de his enim rebus quæ nullæ ſunt, opinabile dicitur, quoniam multa eorum quæ nulla ſunt, in opinione confidunt. Id autem quod eſt, aut quod ſcientia comprehenditur, de ijs quæ nulla ſunt, vt perſpicuum eſt, non dicuntur. Ex quo fit, vt neque id quod eſt, neque id quod ſcientia comprehenditur, ſit genus opinabilis, præſertim cum quibus ſpecies dicitur, genus quoque dici debeat. Præterea, illud etiam conſiderandum eſt, an nullius ſpeciei id quod poſitum eſt genus particeps eſſe poſſit: fieri enim non poteſt, vt generis ſit particeps, id quod nullius ſpecierum eſt, niſi forte aliquid eorum, quę in diuiſione prima ſpecierum collocantur, quæ omnia genere tantummodo participant. Quod ſi motus ponatur voluptatis genus eſſe, an neque interitus, neque commutatio, neque vllus motus alius eorum qui propoſiti ſunt voluptas ſit, videndum eſt. Perſpicuum eſt enim nullius formæ recipere poſſe communionem, ita ne generis quidem. quandoquidem id neceſſe eſt, quod generis eſt particeps, alicuius etiam particeps eſſe formarum. Ita fit vt motionis ſpecies voluptas eſſe non poſſit, neque indiuiduorum, neque eorum quæ ſubiecta ſunt ſub ſpecie motionis, quandoquidem generis ſpecieique cum indiuiduis definitio communicatur, vt certus homo, & hominis particeps eſt, & animalis. Præterea illud etiam videndum eſt, an id quod poſitum eſt genus eſſe in pluribus quam genus intelligatur, vt opinabile in pluribus, quam id quod eſt, dicitur. Etenim id quod eſt, & quod non eſt. in opinione confidit. Ita opinabile eius quod eſt, ſpecies eſſe nullo modo poteſt. Semper enim ad plura genus quam ſpecies pertinet. Itemque illud, an genus in

Itemque id quod album eſt, non naturam niuis ſignificat, ſed qualitatem. Ita neutrum eorum in naturæ quæſtione dicitur. Maxime vero, an definitio accidentium in id genus, quod datum eſt conueniat, ſpectare debemus. Nam, vt in eo exemplo, quod modo protuli, permaneam, fieri poteſt, vt aliquid ſeipſum & moueat & non moueat, itemque vt album ſit aliquid, & non album. ex quo efficitur, neutrum eorum genus eſſe, ſed accidens: quandoquidem accidens diximus eſſe id, quod & conuenire alicui poteſt, & non conuenire. Iam illud etiam videndum eſt, an non in eadem diuiſione genus & ſpecies numerata ſint, vnumque eorum ad ſubſtantiam, alterum ad qualitatem: aut illud ad ea, quæ cum aliquo conferuntur, hoc ad qualitatem pertineat veluti nix & cygnus ad ſubſtantiam, id autem quod album eſt, non ad ſubſtantiam, ſed ad qualitatem pertinet, ita id quod album eſt, nec niuis genus eſt, nec cygni. Rurſus, quoniam ſcientia in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur, bonum autem & honeſtum in qualitate, fit vt honeſtum aut bonum non ſit genus ſcientiæ, præſertim cum eorum, quæ cum aliquo conferuntur genera, etiam ipſa in eodem genere eſſe debeant. Id quod in duplo cernere licet. Nam cum multiplum dupli ſit genus, ipſum etiam in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur. atque vt ſummatim dicam, eidem diuiſioni, cui ſpecies, genus ſubijci debet. Siue enim ſpecies ſubſtantia ſit, etiam genus: ſiue qualitas ſit ſpecies, etiam genus qualitas ſit neceſſe eſt. Vt ſi candor ad qualitatem referatur, color etiam refertur. Quod etiam fit in cæteris. Præterea, videndum eſt, an neceſſe ſit, aut poſſit ne genus eo participare quod in genere poſitum eſt definitio autem participandi eſt, eius quod participatur recipere definitionem. Ex quo perſpicuum eſt, ſpecies generum participes eſſe, genera ſpecierum non eſſe, quandoquidem generis cum ſpecie communicatur definitio, ſpeciei cum genere non item. Illud ergo uidendum eſt, genus ne id de quo agitur, particeps ſit, an poſſit eſſe ſpeciei

particeps.

particeps. vt, ſi quis eius quod eſt, aut vnius illud aliquid genus tradat. Ita enim fiet, vt particeps ſit ſpecierum genus. quoniam in rebus omnibus, quæ ſunt id quod eſt & vnum intelliguntur, ergo etiam eorum definitio. Illud etiam, an ſpecies data & propoſita in aliqua re vere dicatur, genus non dicatur. veluti, ſi id quod eſt, aut quod ſciri poteſt opinabilis ponatur genus, de his enim rebus quæ nullæ ſunt, opinabile dicitur, quoniam multa eorum quæ nulla ſunt, in opinione conſidunt. Id autem quod eſt, aut quod ſcientia comprehenditur, de ijs quæ nulla ſunt, vt perſpicuum eſt, non dicuntur. Ex quo fit, vt neque id quod eſt, neque id quod ſcientia comprehenditur, ſit genus opinabilis, præſertim cum quibus ſpecies dicitur, genus quoque dici debeat. Præterea, illud etiam conſiderandum eſt, an nullius ſpeciei id quod poſitum eſt genus particeps eſſe poſſit: fieri enim non poteſt, vt generis ſit particeps, id quod nullius ſpecierum eſt, niſi forte aliquid eorum, quę in diuiſione prima ſpecierum collocantur, quæ omnia genere tantummodo participant. Quod ſi motus ponatur voluptatis genus eſſe, an neque interitus, neque commutatio, neque vllus motus alius eorum qui propoſiti ſunt voluptas ſit, videndum eſt. Perſpicuum eſt enim nullius formæ recipere poſſe communionem, ita ne generis quidem. quandoquidem id neceſſe eſt, quod generis eſt particeps, alicuius etiam particeps eſſe formarum. Ita fit vt motionis ſpecies voluptas eſſe non poſſit, neque indiuiduorum, neque eorum quæ ſubiecta ſunt ſub ſpecie motionis, quandoquidem generis ſpecieique cum indiuiduis definitio communicatur, vt certus homo, & hominis particeps eſt, & animalis. Præterea illud etiam videndum eſt, an id quod poſitum eſt genus eſſe in pluribus quam genus intelligatur, vt opinabile in pluribus, quam id quod eſt, dicitur. Etenim id quod eſt, & quod non eſt, in opinione conſidit. Ita opinabile eius quod eſt, ſpecies eſſe nullo modo poteſt. Semper enim ad plura genus quam ſpecies pertinet. Itemque illud, an genus in

 totidem

De ipſo genere varij loci. Cap. II.

Illud etiam, an ſit aliud aliquod genus eius ſpeciei, quæ data eſt, quòd nec genus propoſitum contineat, neque ſub illo ſubiectum ſit. vt ſi quis iuſtitię genus eſſe ſcientiam ponat, quoniam enim genus eſt etiam virtus neutrumq; genus alterum continet, ſcientia genus eſſe iuſtitiæ nullo modo poteſt. Cum enim ſpecies vna duobus generibus ſubiecta eſt, tum alterum altero continetur. Quanquam de nonnullis quæſtio eſt: nonnullis enim & virtus & ſcientia prudentia videtur eſſe, nec alterum genus altero contineri, nõ tamen omnium conſenſu prudentia ſcientia eſt. Quod ſi quis id quod dixi verum eſſe concedet, at certe alterum alterius genus eſſe, aut ſub eodem genere vtrunq; ſubijci quod eidem genus ſit neceſſe eſt, quod & in virtute & in ſcientia contingit. vtrunque enim eidem generi ſubiectum eſt, quippe cum eorum vtrunque habitus ſit & affectio. Illud igitur videndum eſt, an neutrum generi propoſito conueniat, quoniam ſi nec alterum altero continetur, nec vtrunque eodem, certe id quod propoſitum eſt, eſſe genus nullo pacto poteſt. Spectandum etiam genus eſt propoſiti generis. Itaque ſemper id genus quod ſupra eſt: omnia ne illa de ſpecie dicantur, & in quæſtione naturę intelligantur. De ſpecie enim in queſtione naturæ genera quæ ſupra ſunt, dici debent omnia. Quod ſicubi hęc nõ conſtet ratio, profecto id, quod propoſitum eſt, non eſt genus. Iam illud etiam conſiderandum eſt, an ſpeciei cum genere, aut cum aliquo genere eorum, quæ ſupra ſunt, communicetur definitio. Quod enim genus ſupra eſt, nullius eorum, quæ infra ſunt definitione participat. Ac ei quidem, qui partes infirmandi obtinet, ita vt dixi, hic tractandus locus eſt. Ei autem qui probabit rem, ſi ſpeciei genus propoſitum conuenire conſtiterit: in dubium autem veniat, an vt genus conueniat, ſatis erit aliquod eorum generum, quæ ſupra ſunt,

ſunt, dici de ſpecie in quæſtione, qua quid quicque ſit exquiritur, docere. Etenim, ſi vnum aliquod in illa quęſtione dicatur, certe omnia, & quę hoc priora antiquioraq; ſunt, & quæ poſteriora, ſiquidem ſpecie dicantur in naturæ quæſtione dicentur. ex quo efficitur id genus, quod datum ſit in eadem quæſtione dici. Quod ſi vnum in naturæ quæſtione dicatur, cætera etiam omnia, ſi quidem dicantur, in eadem dictum in quæſtione, inductione concludendum eſt. Sin omnino genus propoſitum conuenire in controuerſia verſetur, non ſatis eſt docere, vnum aliquod genus eorum, quæ ſupra ſunt, in naturæ quæſtione dici de ſpecie. velut ſiqs ingreſſui genus dederit delationem, non ſatis eſt ingreſſum eſſe motionem docere, ad probandum ingreſſum eſſe delationem, quandoquidem alia ſunt etiam motionum genera, ſed ante docendum eſt, ingreſſum nullius eorum, quæ in eadem diuiſione, qua delatio collocantur, niſi delationis retinere definitioné. Quod enim particeps eſt definitionis generis, id alicuius etiam ſpecierum, quæ prima partitione continentur, definitione participet neceſſe eſt. Quòd ſi ingreſſus nec accretionis, nec imminutionis, neque aliarum motionum ſibi definitionem vendicet, profecto delationis vēdicet neceſſe eſt, ita ingreſſus dilatio genus erit. Præterea, in quibus ſpecies poſita vt genus dicitur, cōſiderandum eſt, an etiam genus, quod datum eſt, in quęſtione naturæ de ijs, de quibus etiam forma dicatur, itemque an quæ ſupra genus ſunt omnia. Nam ſi quo loco hoc non conueniat, certe id, quod datum eſt, generis nomen obtinebit. Etenim ſi genus eſſet, omnia & quæ ſupra ſunt, ꝙ ipſum illud in naturæ quæſtione dicerentur, quemadmodum etiam ſpecies in ea quæſtione dicitur. Cōmodum ei qui refellendi partes obtinebit, non dici genus in quæſtione, qua quid ſit quæretur, de ijs omnibus, de quibus etiam forma dicatur: at ei, ꝗ confirmabit in ea dici quæſtione. Ita enim efficietur, & genus, & ſpeciem de eodem in queſtione naturæ dici, ex quo conſequens erit, idem duobus generibus eſſe

ſubie-

ſubiectum. Alterum igitur altero contineatur neceſſe eſt. Quod ſi demonſtratum ſit, id genus, quod conſtituere volumus, non eſſe ſubiectum ſub ſpecie, profecto ſpecies ſub eo ſubiecta erit. ita oſtenſum erit, generis id nomen obtinere. Videndum etiam eſt, an ſpeciei propoſitæ, ijſq; quibuſcum ſpecies communicatur generum conueniat definitio. Neceſſe eſt enim in ſpecie, ijſq; omnibus, quæ ſpecie participant, generum dici definitiones. Quod ſi quo loco non conueniat, certe quod datum eſt, generis nomen non obtinet. Illud etiam, num differentiam pro genere adhibuit, vt ſi immortale genus Dei dixerit. eſt enim animantium differentia immortale, quandoquidem animantiũ alij ſunt mortales, alij immortales. ex quo perſpicuum eſt in errore illum eſſe verſatum, ꝙ nullius rei genus differentia ſit. Quod verum eſſe ex hoc intelligi poteſt, ꝙ differentia quid res ſit, non indicat, ſed potius quale quid ſit, quemadmodum gradiens & bipes. Illud etiam, an differentiam in numerum generum loco ſpecie adſcripſerit. vt ſi quis impar pro numero dixerit. differentia enim numeri eſt impar, non ſpecies, nec differentia generis eſt particeps, præſertim cum quicquid generis eſt particeps, id vel ſpecies ſit, vel indiuiduum & differentia nec ſpeciei nec indiuidui nomen obtineat omnino. Ita fit vt generis non ſit particeps differentia. Non igitur impar, ſpecies eſt, ſed differentia: quandoquidem non eſt particeps generis definitionis. Præterea, illud etiam conſiderandum eſt, an genus in ſpecierum numerum retulerit, vt contiguitatem idem eſſe quod continuationẽ, aut per mixtionem idem, quod temperationem: aut, vt Plato definit, delationem, loci mutationem. neque enim neceſſe eſt contiguitatem cõtinuationem eſſe, ſed contra, continuationem contiguitatem eſſe neceſſe eſt: quippe cum non omne quod coaptatur, continuetur, ſed quod continuatur, aptatur. Quod idem ſit in cæteris. neque enim confuſio omnis temperatio eſt, quoniam ſiccorum permixtio non eſt temperatio, nec mutatio loci omnis, delatio. Ingreſſus

CONCLVSIONES.

Cum una ſpecies ſub duobus fuerit generibus, unum ſub altero contineri neceſſe eſt.

Nullum genus ſuperius participat definitionem eorum, quæ inferiora ſunt.

Quod generis definitione participat, id alicuius earum, quæ ſub genere ſunt ſpecierum definitione participare neceſſe eſt.

Differentia non quid res ſit, ſed quale quid indicat.

Nulla differentia eſt de eſſentia generis.

Non omne contiguum continuum eſt, ſed econtra.

Alij de genere loci. Cap. III.

ATque etiam illud videndum eſt, an id ipſum, quod poſitum eſt genus eſſe alicuius contrarij generis, particeps ſit diffinitionis, aut eſſe poſſit. ſic enim eadem res ſimul contrariorum poterit eſſe particeps, propterea quod nunquam genus prætermittit, & contrarij eſt aut poteſt eſſe particeps. Illud etiā, an cum ſpecie aliquid communicetur quod ijs, quæ ſubiecta generi ſunt, conuenire non poſſit omnino. vt ſi animus vitæ eſt particeps, nec vllus numerus poſſit viuere, certe animus eſſe numeri ſpecies nullo modo poteſt. Illud etiam videndum eſt, an ſpecies multis varijsq; modis cum genere collata dicatur. In quo ex locis eorum, quæ multis modis dicuntur, quos expoſuimus, argumenta nobis ſuppetent. Sunt enim genus & ſpecies ſynonyma. Cumq; omnium generum multæ ſint formæ ac ſpecies conſiderandum eſt, an poſſit alia ſpecies eſſe illius generis, quod datum eſt. Nam ſi non ſit alia ſpecies, profecto id quod propoſitum eſt, in numero generum non eſt habendum omnino. Illud etiā, an

an quod per translationem dicitur, pro genere ſit poſitum, veluti ſi quis temperantiam concordiam concentumq; dixerit. Nam cum genera omnia proprie de ſpeciebus dicantur, concentus de temperantia non proprie, ſed per translationem dicitur: quandoquidem concentus omnis in ſonis cernitur. Iam vero, an aliquid ſpeciei contrarium ſit, videndum eſt, qui ſane locus multis modis tractari poteſt. Primum, ſi in eodem genere etiam contraria reperiantur, cum interim nihil ſit generi contrarium. In eodem enim genere contraria ineſſe debent, ſi nihil generi ſit contrarium. Quod ſi quid contrarium ſit generi, an contrarium contrario ſit, videndum eſt. Contrarium enim, ſi quidem ſit generi aliquid contrarium, in contrario neceſſe eſt eſſe, quæ omnia ex inductione intelligi licet. Præterea illud etiam, an in nullo omnino genere id inſit quod ſpeciei contrarium eſt, ſed genus ipſum, quale eſt bonum. Nam ſi illud in genere non reperiatur, ne contrarium quidem eius in genere reperietur, ſed ipſum in generum numero habebitur. Quod in bono maloq; contingit, quorum neutrum ad genus refertur vllum, ſed vtrunque eorum genus eſt. Illud etiam, an contrarium & genus ſit alicui & ſpecies, & quibus aliquid eſt interiectum, & quibus nihil eſt. Nam ſi quid interiectum ſit generibus, etiam ſpeciebus eſt, & ſi ſpeciebus, etiam generibus viciſſim. Quod in virtute & vitio iuſtitia & iniuſtitia perſpici licet, quorum vtriſque aliquid interiectum eſt. Huic loco occurritur, inter valetudinem & morbum nihil medium eſſe, inter malum & bonum aliquid eſſe. Tum videndum eſt, an inter ſpecies & genera aliquid interiectum ſit, nec eodem modo, ſed ita, vt inter alia negatio interiecta ſit, inter alia res aliqua ſubiecta: ſi quidem eodem modo vtriſque probabile eſt data eſſe. Id quod videre licet in virtute, & in vitio, & in iuſtitia, quibus aliqua interiecta eſt negatio. Porro quando non erit generi contrarium, non ſolum illud videndum eſt an contrarium in eodem genere reperiatur, ſed etiam

illud quod medium eſt, quandoquidem in quo extrema etiam medium collocatur, quod in candore & nigrore contingit. Nam & eorum & colorum omnium, qui medij ſunt, & interiecti, color genus eſt. Cui tamen loco occurritur. Parum enim & nimium cum in eodem genere reperiantur (ſunt enim in malis) tamen mediocritas, quæ ijs interiecta eſt, non in malis eſt, ſed in bonis. Illud etiam, an genus alicui, ſpecies nulli ſit contraria. nam ſi genus alicui contrarium eſt, etiam ſpecies eſt, veluti virtus & vitium, iuſtitia & iniuſtitia. Quod idem in cæteris omnibus perſpici licet. Hoc tamen loco nobis occurritur, valetudo enim vniuerſa morbo contraria eſt, certus autem morbus, cum morbi ſit ſpecies, nulli contrarium eſt, vt febris, vt oculorum dolor, & ſinguli alij. Ac ei quidem, qui refellendi partes tuebitur, tot modis hæc videnda ſunt, quoniam ſi ea ipſa, quæ expoſuimus minus reperiantur, certe quod datum eſt & propoſitum, non eſt genus. Ei autem, qui confirmabit tribus locis ad diſputandum ſuppetet copia. Primus eſt, ſi quod contrarium eſt ſpeciei, id in eo genere ſitum ſit, quod poſitum eſt, cum interim contrarium generis minime reperiatur. Si enim contrarium ad aliquod genus pertineat, profecto propoſitum etiam genus pertinebit. Alter locus eſt, ſi id quod interiectum eſt & medium, ad genus propoſitum refertur, ad quod enim genus media, etiam extrema referuntur. Tertio loco, ſi quid contrarium eſt generi, an etiam contrarium ſit in contrario, videndum eſt. ſi enim ſit profecto propoſitum etiam genus ſit in propoſito neceſſe eſt.

CONCLVSIONES.

Contraria ſunt eiuſdem generis.

Medium & extrema ſunt eiuſdem generis.

Contrariorum aliqua ſunt mediata alia immediata.

Alios

Alios rurſus generis locos ponit. Cap. IIII.

AT vero & ei, qui infirmabit, & ei qui confirmabit a caſibus & coniugatis videndum erit, an eodem modo ſint conſequentia, quæ præponuntur. Nam ſi ſemel in vno, etiam in omnibus intelligetur, aut non intelligetur. Veluti, ſi iuſtitia ſcientia quædam eſt, etiam id, quod iuſte fit, ſcienter fiat, & iuſtus ſciens ſit neceſſe eſt. Quod ſi nihil eorum ſit, ne aliorum quidem eſſe aliquid poteſt. A ſimili hoc modo. quod iucundum eſt, eandem habet rationem ad voluptatem, quam id quod vtile eſt & bonum: ſiquidem vtrunque vtriuſque efficiens eſt. ita fit, vt ſi voluptas ſit bonum, etiam id quod iucundum eſt, ſit in ijs, quæ vtilia ſunt. Perſpicuum enim boni eſſe efficiens, quandoquidem voluptas eſt bona. Hoc etiam modo locus ab origine & ortu interituq; ducitur, vt ſi ædificare ſit agere, ædificaſſe etiam erit egiſſe. & ſi diſcere eſt recordari, certe didiciſſe recordatum eſſe erit, & ſi diſſolui interire eſt, profecto & diſſolutum eſſe interiſſe erit, & diſſolutio aut direptio interitus. Eadem eſt ratio eorum, quę vim habent ad gignendum & interimendum, itemq; vis & vſus. omninoq;, in qua is ſimilitudine, & ijs, qui refellit argumentationem, & qui cõfirmabit, eodem modo perſpicere debet, quomodo in loco ab ortu & interitu expoſuimus. Si enim id quod vim habet ad interimendum, vim etiam habet ad dirimendum, etiam interire erit dirimi, & ſi id quod vim habet ad gignendum pertineat ad efficiendum, certe & gigni idem quod fieri erit, & ortus idem quod effectio, quod de vi & vſu eodem modo iudicandum eſt. Nam ſi vis affectio ſit, etiam poſſe affici erit, & ſi alicuius rei vſus & functio actio ſit, profecto & fungi idem quod agere, & functum eſſe, idem quod egiſſe valebit. Quod ſi priuatio erit id quod ſpeciei contrarium eſt, dupliciter licebit refellere. Primo quidem, ſi in genere quod propoſitum eſt, id contrarium reperiatur. Aut

enim in nullo omnino genere eodem aut certe non in extremo priuatio eſt. veluti ſi aſpectus in extremo genere ſenſui inſit, certe ſenſus, cæcitas eſſe non poteſt. Deinde ſi & generi & ſpeciei contraria ſit priuatio, neque ſit contrarium in contrario, ne id quidem genus quod propoſitum eſt, in propoſito intelligetur. Atque is quidem qui refellit, argumenta ſumet, quemadmodum expoſui: qui autem confirmabit, vnum tantummodo depromet, hoc modo: ſi contrarium in contrario, etiam propoſitum genus in propoſito reperiatur neceſſe eſt. vt ſi cæcitas, quædam ſenſus vacuitas ſit, etiam aſpectus ſenſus ſit neceſſe eſt. Ab affirmantibus autem & negantibus, eodem modo, quo a communibus & accidentibus expoſitum eſt, argumenta ducenda ſunt hoc modo. Si quod iucundum eſt, bonum eſt: quod non eſt bonum, id iucundum non eſt. ſi enim non ita ſit, erit aliquid iucundum, quod non eſt bonum. Feri enim non poteſt, vt ſi bonum genus ſit eius quod iucundum eſt, ſit aliquid non bonum, iucundum: præſertim cum in quibus genus non dicitur, ne vlla quidem ſpecies in ijs dici queat. Hoc quidem modo ei qui confirmabit ducendum argumentum eſt. Si quod non eſt bonum, id iucundum non eſt, quod iucundum eſt in bonis eſt, ita genus eſt bonum eius quod iucundum eſt. Quod ſi in ijs ſit ſpecies, quæ cum aliquo conferuntur, an etiam genus in ijs ſit videndum eſt. Si enim ſpecies in eorum habeatur numero, quæ cum aliquo conferuntur, etiam genus habeatur neceſſe eſt: quod in duplo & multiplo cernere licet, quorum vtrunque in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur. At vero non ſi genus ad ea pertineat, ſpeciem etiam pertinere neceſſe eſt. Nam & ſcientia in ijs eſt, & grammatica non item aut certe ne id quidem, quod ſupra diximus, vtrum videri poteſt. nam, cum virtus in bonis ſit, & in rebus honeſtis, virtusque in ijs, quæ cum aliquo conferuntur, tamen nec bonum, nec honeſtum in ijs ſunt, quæ cum aliquo conferuntur, ſed in qualibus. Præterea videndum eſt, an ſpecies non ad idem referatur, per ſe, & generis ratione, vt ſi

duplum ſimpli dicitur duplũ, etiam quod multiplum eſt, ad ſimplum referri debet: ſin minus, certe multiplũ eſſe genus dupli nullo modo poteſt. Itemque illud, an minime ad idem referatur, & generis & omniũ generũ generis ratione referatur. ſi enim duplum ſit ſimpli, & multiplum etiam quod ſimplum vincit & ſuperat dicetur, omninoq; omniũ generum, quæ ſupra ſunt ad ſimplum nomine referetur. Quanquam huic loco occurritur: propterea quod non neceſſe ſit ipſum per ſe, & generis nomine adhibito, cum eadem re conferri. Nam cum ſcientia ad rem, quæ ſcientia comprehenditur, referatur. tamẽ habitus & affectio non ad rem, quæ ſub ſcientiam cadit, ſed ad animum pertinet ac refertur. Illud etiã an genus & ſpecies iiſdem caſibus explicentur, vt an alicui tribuatur, an vero alicuius ſit, aut alione modo dicatur. Eadem enim eſt ratio ſpeciei & generis. Id quod fit in duplo, ijsq; omnibus quæ ſupra ſunt. Alicuius enim rei & duplum & multiplum, duplum multiplumq; dicitur. quod eodem modo de ſciẽtia iudicandum eſt. Alicuius enim ſcientia & ipſa ſcientia & gẽnera, vt affectio, vt habitus, eſſe dicuntur. Occurritur tamen interdum, non ita rem habere, propterea quòd differens & contrarium alicui contrario dicitur, cum interim diuerſum, quod illorum genus eſt, non alicui diuerſum, ſed ab aliquo dicitur. diuerſum enim quid ab aliquo nominatur. Rurſum, illud vidẽdum eſt, an ea quæ cum aliquo conferũtur, iiſdem caſibus explicentur, minimeq; reciprocentur eodem modo: vt fit in duplo & multiplo, quorum vtrunque alicuius & ipſum & uiciſſitudine, quadam dicitur. Nam & ſimplum & ſubduplum alicuius rei ſimplum & ſubmultiplum appellatur. quod idem in ſcientia & opinione contingit, quæ alicuius eſſe dicuntur. itemq; reciprocantur. Nam quod ſub opinionem capit & ſcientiam, alicuius ſub opinionem & ſcientiam cadit. ex quo fit, vt ſi in aliquo non viciſſim reſpõdeat alterum alteri, non ſit futurum genus. Illud etiam videndum eſt, an in hoc ipſo genere, quod tractamus, genus & ſpecies paribus caſibus explicentur.

explicentur, quoniam iiſdem paribusq; caſibus vtrunque dici debet. quod fit in dono & largitione. Nam & donum alicuius donum, & alicui dono datum eſſe dicitur: & largitio alicuius largitio, & alicui facta largitio dicitur, quorũ largitio genus doni eſt. Eſt enim donum largitio, quæ reddi non debet. Quanquam nonulla ſunt in hoc genere, quæ paribus caſibus non efferantur. Duplum enim alicuius duplum eſt. quod autem vincit & maius eſt, & aliqua re maius eſt, & aliqua magnitudine maius eſt, & aliqua re maius eſt. Quicquid enim præſtat, id excellentia aliqua præſtat, & alicui rei præſtat. Ita non ſunt genera dupli, quæ propoſita ſunt: quandoquidem paribus caſibus ea & ſpecies non exprimũtur; aut certe non omnino verum eſt, ſpeciem & genus paribus caſibus efferri. Atque etiam illud videndum eſt, vt contrarij contrarium genus ſit, vt dupli multiplum, & ſimpli ſubmultiplum. contrarium enim contrario genus eſſe debet. Quod ſi quis ſcientiam ponat eſſe ſenſum, id etiam quod ſub ſcientiam cadit, ſub ſenſum cadere oportebit, non ita eſt. neque enim omne quod ſcientia comprehenditur, mouet ſenſum, cum præſertim quædam eorum quæ intelligẽtia & ratione continentur, ſubiecta ſint ſcientiæ, ita non eſt genus eius, quod ſcientia comprehenditur, id quod ſub ſenſum cadit. quod ſi ita non eſt, ne ſenſus quidem ſcientiæ genus eſt. Quoniam autem eorum quæ cum aliquo conferuntur, partim neceſſe eſt in ijs ſita eſſe quibuſcum conferuntur, vt affectio, vt habitus, vt apta compoſitio membrorũ, quæ in nullo alio poſſunt ineſſe, quàm in ijs, ad quæ referuntur, partim nõ eſt neceſſe in ijs ſita eſſe, ad quæ pertinent: fieri autem poteſt (vt ſi animus ſcientia contineatur, nihil prohibet animum ſui contineri ſcientiam, & tamen non eſt neceſſe: cum præſertim fieri poſſit, vt hæc ipſa in alio ſita ſit) partim non poſſunt in ijs ineſſe omnino, ad quæ referuntur. vt contrarium in contrario eſſe non poteſt, neque ſcientia in eo quod ſubiectum eſt ſcientiæ, niſi animus & homo ſcientia cõtineatur: illud videndum eſt,

an aliquis ad aliquod genus eiuſmodi quippiam retulerit, quod non eſt eius generis. vt ſi quis memoriam ſedem ſcientiæ dixerit. Omnis enim ſedes & retentio in eo ſita eſt, quod retinet. Ita fit, vt ſcientiæ ſedes & retentio in ſcientia ſita ſit, memoria igitur in ſcientia ſita erit, quandoquidem ſedes ſcientiæ propria eſt, quod fieri non poteſt. Omnis enim memoria in animo ſita eſt. Hic autem locus ad accidens referri poteſt. nihil enim intereſt, vtrum memoriæ genus ſedem & retentionem dicamus, an ei hoc accidiſſe. quoniam ſi quouis modo memoria retentio ſit ſcientiæ, eadem ei attribuetur definitio.

CONCLVSIONES.

Donum eſt largitio rei, quæ reddi non debet.
Memoria ſedes eſt ſcientiæ.

De eodem alij loci. Cap. 5.

ILlud etiam intelligendum eſt, ſi quis habitum pro actione dixerit, aut actionem pro habitu, eorum neutrum eſſe genus. vt ſi quis ſenſum, motum corporis dixerit: eſt enim ſenſus habitus, motus autem actio. Quod idem fiet, ſi memoriam habitum continendæ opinionis appellauerit: nulla enim memoria habitus eſt, ſed potius actio. Errant etiam ij, qui habitum ſtatuunt eſſe vim, quæ conſequens eſt ex habitu, vt clementiam iræ continentiam, & fortitudinem, atque iuſtitiam, metus lucrique continentiam. Nam & fortis clemenſque vacuus a perturbatione dicitur, & continens ijs, qui eſt in perturbatione, neque ab ea uincitur. Ac vis quidem ex vtroque talis fortaſſe conſequitur, vt ſi quis ſit in perturbatione, non ab ea vincatur, ſed eam vincat. nec eſt id quidem fortem, aut clementem eſſe, ſed nihil omnino ab ijs perturbationibus agitari. Interdum etiam quod ex re qualibet conſequens

eſt,

eſt, id pro genere dicunt: vt dolorem iræ genus, & fidei opinionem. vtrunque enim eorum cum ſpeciebus propoſitis quodammodo conſequatur, neutrum tamen in numerum generum uenit. Qui enim iraſcitur, dolet ille quidem, ſed cum dolor eum prius confecerit: quandoquidem non ira doloris, ſed dolor iræ cauſa eſt. Ex quo efficitur, vt ira non ſit dolor omnino. Ex quibus etiam intelligi poteſt, fidem non eſſe in opinione. Fieri enim poteſt, vt is etiam qui non fidē habeat, eandem habeat opinionem. quod fieri non poteſt, ſi quidem fides ſit opinionis ſpecies. Nō enim fieri poteſt, vt idem etiam permaneat, ſi ex ſpecie omnino aut genere in genus trāsferatur: quemadmodum fieri non poteſt vt aliquid idem ſit in uita, & alias homo ſit, alia non ſit. Quod ſi quis contendat, neceſſe eſſe eum, qui opinetur etiam credere, idem paria eſſe & æque patere opinionem ac fidem fatebitur. Ita non erit genus, quoniam genus ad plura debet pertinere. Illud etiam videndum eſt, an in aliquo eodem vtrunque ineſſe poſſit. In quo enim genus ineſt, etiam ſpecies. vt in quo candor exiſtit, etiam color: & in quo grammatica, etiam ſcientia ſolet exiſtere. Si quis igitur verecundiam metum eſſe dicat, aut iram dolorem, non efficietur, vt in eodem genus ſpeciesque intelligantur, eſt enim verecundia in ea parte animi ſita, quæ rationis eſt particeps: metus autem in ea, qua irarum exiſtit ardor: & dolor in ea, in qua cupiditates verſantur, quoniā in ea etiam voluptatis eſt ſedes. Ira uero, in qua ira verſatur. Ex quo efficitur, non eſſe genera ea, quæ propoſita ſunt, quandoquidem non in eo ipſo in quo ſpecies & ſpecies ſolent exiſtere. Itemque ſi amicitia in ea ſit parte, in qua voluptates habitant, non erit voluntas aliqua: præſertim cum voluntas omnis in ea parte ſita ſit quæ rationis eſt particeps. Valet etiam hic locus ad communia & accidentia confirmanda. in quo enim accidens ſitum eſt, etiam id cui conuenit ſitum eſt, ita ſit, vt ſi in eodem non exiſtant, non ſit accidens. Illud etiam, an quadam ex parte cum ſpecie genus, quod

datum eſt, communicetur. Non enim quadam ex parte genus communicatur, quippe cum homo non ſit quadam ex parte animal, nec grammatica aliqua ex parte ſcientia, quod idem in cæteris contingit. Illud ergo conſiderandum eſt, an quædam cum genere quadam ex parte communicentur. veluti ſi animal cadere ſub ſenſum, aut aſpectabile dictũ eſt. Animal enim & ſub ſenſum & ſub aſpectum quadam ex parte cadit: quandoquidem corpore ſenſum & aſpectum mouet, animo autem non mouet. Ex quo ſequitur nõ eſſe genera animalis aſpectabile, & quod ſenſum mouet. Falluntque nos interdum ij, qui totum ad partem transferunt, veluti animal ad corpus animatum. at qui pars in toto nullo modo dicitur: nõ eſt igitur corpus genus animalis: quandoquidem pars eius eſt. Atque illud etiam ſpectandum eſt, nunquid eorum, quæ vituperanda & fugienda ſunt, ad uim, aut ad id, quod aliquid poteſt, relatum ſit: vt ſi ſophiſtam eum ſtatuerit aliquis, qui poteſt parare pecunias ſapientia, quæ in eo videtur exiſtere: aut calumniatorem eum, qui poteſt calumniari, & ex amicis inimicos facere: aut furem eum, qui poteſt clam aliena furari. nemo enim eorum, quos expoſuimus, eiuſmodi appellatur ex eo, quod poſſit aliquid eorum efficere. Quandoquidem & Deus poteſt, & vir bonus, quæ mala ſunt efficere, cum interim non ſint eiuſmodi. Omnes enim improbi ex animo & voluntate nominantur. Præterea, omnis vis & facultas in numero expetendorum habetur: etenim malorum vis expetenda eſt. Itaque Deum & viros bonos ijs ipſis prædictos eſſe dicimus: eos enim fatemur res malas & flagitioſas agere poſſe. Ita fit vt vis nullius rei, quæ quidem vituperanda ſit, genus poſſit eſſe. Sin ſecus, certe efficietur, vt aliquid eorum quæ vituperãda ſunt, ſit expetendũ. Sic enim vis aliqua vituperanda erit. Item que illud videndum eſt, an aliquid eorum, quæ propter ſe & per ſe honorabilia ſunt, aut expetenda, ad vim & facultatem, aut ad id quod poteſt aliquid, aut efficere poteſt, relatum ſit. Vis enim omnis, & quicquid aliquid

poteſt, aut efficiens eſt, id omne propter aliud expetendum eſt, aut, an aliquid eorum,quæ duplex habent genus, aut plura, ad alterutrum retulerit. Sunt enim quædam quæ ad vnum genus referri non poſſunt, quo in genere ſunt impoſtor & calumniator. neq; enim ijs calumniator aut impoſtor habẽdus eſt,qui vult,nec poteſt:neq; is qui poteſt,neq; vult:ſed is demũ,ĩ quo vtrũque horum ineſt:ex quo efficitur,ea quæ poſita ſunt,nõ in uno genere, ſed in vtroque eſſe collocãda. Iam vero contra interdum genus pro differentia, & differẽtiam pro genere dicunt: vt ſtuporem magnitudinem admirationis, & fidem ſtabilitatem opinionis: neque enim magnitudo, neq; firmitas & ſtabilitas generis, ſed differentiæ nomine appellari debent: quoniam & ſtupor admiratio eſt nimia,& fides firma opinio. Ex quo perſpicuum eſt, & admirationẽ genus eſſe,& opinionem: magnitudinem vero nimiam,& firmitatem, eſſe differentiã. Præterea,ſi quis exuperantiã & firmitatem pro genere explicauerit, efficietur vt res inanimæ & fidem habeant,& conſternentur. Nam quoniam ineſt vniuſcuiuſque rei firmitas & magnitudo aut exuperãtia in eo, cuius eſt firmitas & exuperantia, certe ſi ſtupor exuperantia eſt admirationis, ſtupor inerit in admiratione: ita obſtupeſcet admiratio. Itemq; fides erit in opinione, ſiquidem firmitas opinionis eſt: ex quo efficietur, opinionem credere. Conſequens etiam erit, vt is, qui iſto pacto de genere ſentiet, firmitatem firmam exuperantiamq; nimiam eſſe fateatur: quandoquidem fides aliqua firma eſt. Si igitur fides firmitas ſit, certe firmitas firma futura eſt. Itemque, quoniam ſtupor aliquis nimius eſt, ſi ſtupor exuperantia ſit, erat nimia exuperantia,quorum neutrũ verum eſt, quemadmodum nec ſcientia ideſt quod ſub ſcientiam cadit, neq; motus id quod mouetur. Errant etiam interdum ij qui affectionem ad genus, quod affectum, referunt: quales ſunt ij, qui immortalitatẽ vitam ſempiternam eſſe definiunt. Eſt enim affectio quædã aut certe comes vitæ immortalitas,quod verũ eſſe fiet,perſpicuũ,ſi quis ex mortali

immortalem effici conceſſerit. Nemo enim eum hominem aliam uitam degere, ſed aliquid ei conuenire, aut affectionem accidere fatebitur. Ita fit, vt immortalitatis uita non ſit genus. Quo etiam in errore verſantur ij, qui affectionem eius rei, cuius eſt affectio, genus eſſe ponunt, vt ventum eſſe aerem motum & agitatum. Eſt enim potius ventus, aeris impulſio, quãdoquidem idem aer & cum agitatur, & cum ſtat, permanet. Ex quo efficitur, ventum non eſſe omnino aerem. Eſſet enim ventus, etiam ſi aer non impelleretur: ſiquidem idem aer, qui ventus erat, permanet. Similis eſt ratio cæterorum eius generis. Quod ſi etiam in hac re ventum eſſe aerem impulſum & agitatum concedere debeamus, at certe non omni ex parte id approbandum eſt, non ijs quidem in rebus, in quibus hoc tale genus non vere dicitur, ſed in ijs, in quibus vere intelligitur genus id, quod propoſitum eſt. Sunt enim quædam in quibus non vere dicitur, ex quo genere ſunt nix & cœnum. Aiunt enim niuem eſſe aquam conglobatam, atque concretam, cœnum vero terram humore temperatam. Atqui neque cœnum terra eſt, neque nix aqua. Neutrum igitur genus eſſe eorum generum, quæ propoſita ſunt vllo modo poteſt. quippe cum ſemper genus de ſpeciebus vere dici debeat. Item ne vinum quidem aqua eſt putris, vt ait Empe. Aqua putruit in ligno.

CONCLVSIONES.

Senſus eſt habitus, motus autem actio.
Fides eſt opinionis ſpecies.
Nulla pars eſt genus totius.
Ira non dolor, ſed ex dolore cauſatur.
Improbi ex animo & voluntate denominantur.
Ventus eſt magis aeris impulſio & agitatio, quàm aer motus & agitatus.

Alij de genere loci. Cap. VI.

IAm vero ſi omnino nullius ſit genus id quod datum eſt, perſpicuum eſt, ne eius quidem, quod poſitum eſt eſſe. quod hinc intelligi poteſt, quia non ſpecie differunt ea omnia, quibus cum genus id quod datum eſt communicatur. Cuius generis ſunt alba, quæ ſpecie a ſe non differunt. Species autem omnis generis differunt. Non igitur id quod album eſt, vllius genus eſſe poteſt. Illud etiam videndum eſt, id ne pro genere aut differentia dixerit, quod ex rebus omnibus conſequens eſt. Sunt enim multa, quæ res omnes conſequuntur, veluti id quòd eſt, & vnum in ijs ſunt, quæ rem omnem ſequuntur. Itaque ſi id quod eſt genus eſſe poſuerit, certe omnium rerum genus futurum eſt, quandoquidem in ijs dicitur: genus autem de nullo niſi de ſpeciebus dicitur. Ita vnum eius, quod eſt, ſpecies eſſet. ex quo efficeretur, in ijs omnibus, in quibus genus etiam ſpeciem dici. quandoquidem & id quod eſt, & vnum de rebus omnibus dicitur, cum ſpecies pauciora quam genus continere debeat. Quod ſi id quod omnibus ex rebus ſequatur differentiam appellauerit profecto paria aut plura, quam genus differentia continebit. Nam ſi genus etiam in ijs eſt, quæ conſequentia ſunt ex omnibus ex æquo, ſin minus ex omnibus ſequatur, plura eo contineat differentia neceſſe eſt. Iam ſi in ſubiecta ſpecie genus id quod datum eſt, vt id quod album eſt in niue, dicatur, perſpicuum eſt id non eſſe genus. Solum enim genus de ſubiecta ſpecie dicitur. Atque illud etiam videndum eſt, an genus & ſpecies ſint ſynonyma. Genus enim de ſpeciebus omnibus nominis definitionisq; communi ſocietate dicitur, qui etiã error naſcetur, quando generi & ſpeciei aliquid erit contrarium, meliusq; contrariorum ad genus deterius referetur. ita enim fiet vt id, quod reliquum eſt, inſit in alio: quando enim in contrarijs generibus ſunt contraria, fit vt melius ſit in deteriore: atqui optimæ cuiuſq;

rei etiam genus optimum eſt. Illud etiam videndum eſt, idem ne aliquid, quod ad vtrunque eodem modo affectum ſit, ad deterius genus, non ad præſtantius retulerit. vt ſi animum motum vel id quod mouetur dixerit. Nam, quoniam idem animus æque vim habet ſtandi ac mouendi, profecto ſi ſtatus melior eſt, in eo genere animus ſtatuendus erat. Iam ex maiore & minore elicere argumenta licet ei qui refellit, ſi genus acceſſionem capiat, & ſpecies non capiat, nec ipſa capiet, neque quòd ab eo deductum eſt, hoc modo. Si virtus elationem habeat, etiam iuſtitia & iuſtus habebunt. alius enim alio iuſtior dicitur. nam ſi genus, quod datum eſt, acceſſionem accipiat, ſpecieſq; non accipiat, neque ipſa, neque id, quod ab ea natum ſit, id datum eſt eſſe genus nullo modo poteſt. Præterea, ſi id, quod magis, aut æque videtur genus, non eſt genus, certe ne id quidem quod datum eſt. Atq; huius loci, in ijs plurimus vſus eſt, in quibus multa de ſpecie in quæſtione dicentur, qua quid res ſit quæritur, nec diuiſio tradita eſt. neque quòd eorum genus ſit poſſimus explicare: vt de ira, & dolor & opinio contemptus in naturæ quæſtione dicuntur, præſertim cum is, qui iraſcitur, angatur, ſeque contemni putet. Quæ eadem tractatio in ſpecie per locum comparationis ſuppetet, hoc modo. Si quæ ſpecies magis, aut æque ineſſe videtur in genere quod datum eſt, non ineſt in genere, ne ea quidem quæ data eſt in genere erit omnino. Atque is quidem, qui infirmabit, quemadmodum expoſui, hunc tractabit locum, qui autem confirmandi partes tenebit, ei hic locus nihil ad argumentandum ſuppeditabit, quoties genus, quod datum eſt, & ſpecies recipient acceſſionem: nihil enim prohibet ſi vtrunque recipiat, alterum alteri non eſſe genus. Nam & id quod album eſt, quodq; honeſtum, acceſſionem capit, nec alterum alteri genus eſt. Sed generum ac ſpecierum inter ſe comparatio magnam ei ſuppeditabit argumentorum copiam, hoc modo, Si eadem eſt huius & illius generis ratio, & alterum genus eſt, etiam alte-

rum erit. Itemque ex minore & maiore idem effici poteſt, hoc modo. Si continentiæ vis magis quam virtus genus eſt, virtus autem genus eſt, vis etiam erit. Quod de ſpecie eodem modo iudicandum eſt. Si enim æque hoc atque illud eius, de quo agitur, ſpecies eſt, & alterum eſt ſpecies, etiam reliquum. Et ſi quod minus videtur, ſpecies eſt, etiam quod magis videtur. Illud etiam in confirmatione videndum eſt, an genus de ijs, quibus datum eſt & tributum, in naturæ quæſtione dicatur, nec vna ſit ſpecies eius, quod genus eſſe poſitum eſt, ſed plures & differentes. Sic enim genus erit. Quod ſi vna ſit ſpecies ea, quæ data eſt, videndum eſt, an etiam de alijs ſpeciebus genus dicatur in quæſtione naturæ: ex quo iterum efficietur, & de pluribus ipſum ac differentibus dici, & genus approbari. Quoniam autem quibuſdam placet differentiam in quæſtione naturæ dici de ſpeciebus, ſcernendum eſt genus a differentia, ijs locis, quos expoſuimus, quorum primus eſt, Genus plura quam differentiam continere. Alter, Genus in reſpondendo quid quicque ſit aptius dici poſſe quam differentiam. Qui enim hominem animal eſſe dixerit, planius facit quid ſit homo, quam ſi gradiens dicat, Tertius eſt, Differentiam generis qualitatem declarare ſemper, genus differētiæ qualitatem non item. Nam & qui gradiens dixerit, quale quid animal exprimit, & qui animal dicit, quale quid gradiens explicat. Ac differentia quidem a genere hoc pacto ſeparanda eſt. Quoniam autem videtur muſicus quia muſicus ſit, ſciens eſſe, etiam muſica ſcientia quædam eſt, quoniamq; ſi quod ingreditur, ob eam cauſam quia ingreditur, & ambulat, mouetur, ingreſſus etiam quædam eſt motio. In quo genere aliquid confirmare & efficere velimus, quemadmodum dixi, diligenter videndum eſt, hoc modo, Si ſcientia eſt idem quod fides, & is qui ſcientia præditus eſt, quia ſciat, credit, profecto ſcientia fides ſit neceſſe eſt, eademq; ratione in alijs omnibus facere licebit. Poſtremo, quoniam quod alicui conſequens eſt ſemper, nec

viciſſim

viciſſim retro commeat,id difficile eſt improbare non eſſe genus, ſi hoc ex illo omni ex parte ſequatur, illud vero ex hoc non omnino, veluti ex trãquillitate quies ſequitur, & ex numero id quod ſecari poteſt, contraq; non ſequitur,quandoquidem non quicquid diuidi poteſt, numerus eſt, nec quies tranquillitas omnis,eo quidem vtendum eſt pro genere, quod ſemper ſequitur, tum cum alterum non reciprocatur. Quod ſi alterum proponatur,non in omnibus, neq; omni ex parte probandum eſt,ei autem locum occurrendum eſt,id,quod non eſt,ex rebus omnibus quę gignuntur conſequens eſſe,cum præſertim quod gignitur non ſit. neq; retro id commeat viciſſim. Non enim omne quod non eſt generatur? Quanquam non eſt genus id quod non eſt eius rei,quæ gignitur, quandoquidem eius quod non eſt, nullæ ſunt ſpecies omnino. Ac in genere quidem probando, vel improbando, eam viam ac rationem quam præſcripſi, ſequi ac tenere debemus.

CONCLVSIONES.

Interrogati quod res ſit, aptius genus reſpondemus, quam differentiam.

Genus plura continet, quàm differentia.

Differentia generis qualitatem declarat, non autem econtra.

Quarti libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE Topicorum. Lib. V.

SVMMA LIBRI.

De ipſius proprij modis ac locis, & de locis dialecticis omnibus quæſtionibus communibus, uidelicet ab oppoſitis, a ſimili, ab eo, quod eſt magis & minus, & æquales: uel a caſibus & coniugatis, & qui a rerum interitu & ortu ſumuntur.

De modis ipſius proprij. Caput primum.

VTRVM autem proprium ſit nec ne, id quod propoſitum eſt, ex ijs locis, quos deinceps exponemus, intelligetur. Explicatur quidem proprium, aut per ſe, & vi ſua, ac ſemper aut alterius comparatione, & interdum veluti hominis proprium eſt per ſe ac vi ſua, animal eſſe humanum natura, alterius autem comparatione, vt animi ad corpus, quod animus imperare, corpus parere debet. Proprium autem ſemper eſt, exempli cauſa Dei, animal eſſe immortale. Interdum proprium eſt, vt certi hominis deambulare in gymnaſio. Naſcuntur autem ex eo quod collatum cum altero proprium explicatur, aut duæ aut quatuor quæſtiones. nam ſi alicuius proprium eſſe ponat, alterius idem neget eſſe, duæ tantum modo quæſtiones oriuntur. vt hominis cum equo collati proprium eſt, bipedem eſſe. Nam hominem non eſſe

eſſe bipedem, aliquis poſſit concludere, & equum bipedem. ita in vtranque partem proprium exagitatur. Quod ſi vtriuſque alterum proprium concedatur, & vtriuſque negetur, quatuor quæſtiones exiſtent. veluti hominis cum equo collati proprium eſt bipedem eſſe, & equi quadrupedem. Nam & hominem non eſſe bipedem, & natura quadrupedem eſſe, argumento concludere licet. Itemq; equus bipes eſſe, & non quadrupes, probari poteſt. Ergo ſi quouis modo doceatur, quod propoſitum eſt refellitur. Proprium autem per ſe ac vi ſua, id eſt, quod omnibus tribuitur, & ab omni genere ſeparat, vt hominis proprium eſt mortale eſſe animal, & natum ad cognitionem & ſcientiam. Proprium vero ad alterum eſt, quod non ab omnibus, ſed a quodam certo diſtinguit & ſeparat, vt virtutis cum ſcientia collatæ proprium eſt, in pluribus animi partibus eſſe, ſciẽtiæ, in ea ſolum, quæ rationis eſt particeps, & in ijs animalibus, quæ ratione vtuntur exiſtere. Semper proprium eſt quod per omne tempus vere dicitur, nec vnquam amittitur, vt animalis, ex animo & corpore conſtare. Aliquando id proprium eſt, quod ad aliquod tempus vere dicitur, nec ſemper conſequens eſt neceſſario, veluti cuiuſpiam hominis, in foro deambulare. Fieri autem poteſt vt proprium proponamus ad aliud, & differentiam dicamus, vel quod in toto genere & ſemper, aut fere, & in maxima parte reperiatur. veluti hominis cum equo collati bipedem eſſe ita proprium eſt, vt & in omnibus hominibus id & ſemper intelligatur: quandoquidem omnes homines bipedes ſint per omne vitæ tempus, equus autem nullus vnquam bipes eſt. Imperari autem parti ei animæ, in qua voluptates verſantur, & ei, in qua irarum ardor exiſtit, ſic proprium eſt eius partis animi, quæ rationis eſt particeps, vt fere & maxima in parte intelligatur, huius enim imperare eſt, illarum parere, nec pars animi rationis particeps omni ex parte imperat, interdumq; contra paret. Neq; pars ea, in qua voluptates habitant, & in qua iræ parent ſemper, ſed interdum imperant, tum cum hominis ani

mu

mus vitioſus eſt & deprauatus. Sed ea plurimum ad diſſerendum valent propria, quæ per ſe ſunt, & ſemper cõueniunt & ea, quæ cum aliquo conferuntur. Nam ex eo quod proprium eſt cum altero collatum, multæ, quemadmodum ſupra dixi, quæſtiones naſcuntur. aut enim duæ, aut quatuor inde eliciuntur neceſſario: multa igitur argumenta ex eis ducentur. Ex eo vero quod per ſe & perpetuo proprium eſt multa argumenta licet ducere, aut ad plura tempora trahere, quod enim per ſe ineſt, ad multa pertinet, quandoquidem ei cui propriũ eſt etiam ſi cum omnibus, quæ ſunt in rerum natura conferatur, conuenire debet. Quamobrem ſi cum omnibus collatum non ab ijs ſeiungitur, certe non eſt commode attributum proprium. Quod autem ſemper proprium eſt, id in pluribus temporibus obſeruari debet an conueniat. nam ſi conueniat & conuenerit & cõueniet, non eſt futurum proprium, quod interdum proprium eſt non in alijs temporibus, niſi in inſtanti ſpectatur. Itaque paucæ argumentationes ducuntur ex eo. quæſtio autem ad diſſerendum valet ea, ex qua & crebra & firma argumenta trahuntur. Atque ijſdem ex locis quos in accidente expoſuimus, argumenta ex eo proprio quod ad alterum eſt, ſuppetent, ſi proprium alicui conueniat, alicui non conueniat. Ex eo autem quod ſemper proprium eſt, & per ſe, ij loci qui deinceps exponentur, magnam nobis ad argumentandum copiam ſuppeditabunt.

CONCLVSIONES.

Animi proprium eſt imperare, corporis autem parere.

Proprium dicitur quatuor modis, primo quod omnis, ſed non ſoli ineſt, quod ſoli, ſed nõ omni, quod omni & ſoli, ſed non ſemper, & Demum quod omni, ſoli, & ſemper ineſt.

De locis proprij. Cap. II.

AC primum quidem videndum eſt, an recte & apte, nec ne explicatum ſit proprium. Eſſe autem recte aut minus recte explicatum, ex vno loco illo intelligemus, ſi rebus minime notioribus, aut rebus magis perſpicuis expoſitum ſit proprium. Ac is quidem, qui refellit, num rebus minus notis, is autem qui confirmabit, an verbis magis perſpicuis proprium illuſtratum ſit, videbit. Eſſe autem expoſitum verbis minus perſpicuis & notis cognoſcemus primum, cum omnino obſcurius & magis inuolutum erit proprium quod datur, quam id, cui attribuitur proprium. Neque enim proprium apte & commode propoſitum erit, quãdoquidem cognoſcendæ & illuſtrandæ rei gratia proprium inuentum eſt. Nam & proprium, & definitiones diſcendi cognoſcendiq; cauſa adhibemus. Verbis igitur magis perſpicuis illuſtranda ſunt, ſic enim facilius intelligemus. Vt, qui poſuit ignis proprium eſſe, proxime ad animi ſimilitudinem accedere, is certe obſcuriore vſus eſt verbo animi, quam ignis: quoniam facilius quid ignis ſit, quàm quid animus, cognoſcimus. ita non recte minusq; apte propoſitum fuit proprium ignis eſſe ad animi ſimilitudinem proxime accedere. Deinde, cum minus planum ſit ac perſpicuum hoc illi conueni re. non enim ſolum proprium re clarius & notius eſſe debet, verum etiam rei conuenire. qui enim neſcit an huic rei proprium conueniat, ne illud quidem, an huic rei ſoli cõueniat, intelliget. Ita fit, vt ſi alterutrum horum interueniat, incertum & obſcurum futurum ſit proprium. vt quando aliquis ignis proprium eſſe ponit, quo primum animi ſedes eſt, eo vtitur, quod obſcurius eſt igne, animum in igne. & in eo primum conſiſtere. ex quo fit, proprium ignis non eſſe apte poſitum id, in quo primo animus ineſt natura. In confirmatione autem, vt rebus magis perſpicuis, & ijs perſpicuis magis duobus modis, quos expoſuimus, videndum eſt.

Sic enim apte & commode proprium explicabitur: quandoquidem loci ij, qui ad confirmandum aliquid recte exponi valent, alij ex hoc ſolum, alij omnino recte expoſitum docebunt. veluti, ſi quis proprium animalium dicat habere ſenſum, is rebus magis perſpicuis & planius, vtroque genere proprium explicabit. Apte igitur expoſitum eſt, ex eo animalis proprium eſſe ſenſum habere. Proximus locus eſt in refutatione, ſi quod verbum eorum, quibus proprium explicatur, pluribus modis dicatur, aut oratio ipſa multa declaret omnino. Sic enim minus apte poſitum erit proprium. veluti quoniam ſentire plura ſignificat, vnum habere ſenſum, alterum vti ſenſu, certe animalis non erit apte explicatum propriũ, ſentire natura. ob eãq; cauſam non eſt vtendum verbo, aut oratione, quæ pluribus modis dicatur, qua proprium exponamus, propterea quod ea, quæ multis modis dicuntur, obſcuram faciunt orationem, cum præſertim in dubium veniat ei, qui argumentaturus eſt, vtrum tandem alter dicat eorum, quæ multa declarant. profecto enim cognitionis cauſa comparatum eſt proprium. Iam vero præterea neceſſe eſt eos reprehendi, qui iſto pacto explicant proprium, quando aliquis ratiocinationem conficit ex eo, quod multis modis dicitur. In confirmatione huius loci vſus eſt, ſi id quod proprium datur, nec multa ſignificat, neque vllum verbum, neque ipſa oratio. ſic enim ex eo apte proprium ponetur, veluti quoniam nec corpus multa declarat, nec id, quod celerrime ſurſum fertur, neque ea, quæ ex his verbis conſtat oratio, ob eam cauſam recte ponetur ignis proprium eſſe, corpus quod maxima celeritate ſurſum mouetur. Sequitur locus in refutatione, ſi multis modis dicatur id, cuius proprium explicetur, neque exponatur cuius eorum ponatur eſſe proprium. Neque enim recte proprium illud datum eſt. quibus autem de cauſis, ex ijs, quæ ſupra dixi, intelligi poteſt. Eadem enim neceſſe erit concludere hoc modo. Quoniam aliquid ſcire multa ſignificat (nam & ſcientiam habere aliquid, &

ſcientia vti aliquid,& ſcientiam eſſe eius,& ſciẽtia vti eius) ob eam cauſam nullum proprium recte dari poterit illius ſcire aliquid,niſi cuius eorum proprium po nat,explicetur. In confirmatione autem eius vſus erit, ſi multis modis non dicatur id,cuius proprium ponitur,vnumq; ſit & ſimplex.ex hoc enim proprium apte explicabitur. vt quoniam homo vno modo dicitur, ho mini recte proprium tribuetur animal manſuetum natura. Coniunctus huic locus in refutatione valebit, ſi ſæpe idem in proprio dictum erit. ſæpe enim fallunt nos ij qui hoc faciunt; vt in definitionibus, ſic in proprijs. quod ſi in proprio contingat, non erit recte datum,quippe cum id quod ſæpe dicitur & iteratur, auditorem conturbet.ex quo fit,vt & obſcura ſit oratio, & præterea delirent.& nugentur,qui eam inducunt.Duobus autem modis aliquid idem ſæpe repetitur.Primo, cum eãdem rem ſæpe nominabit. vt ſi quis dicat,ignis proprium eſſe corpus leuiſſimum corporum, ſic enim ſæpe dixit corpus. Deinde,ſi quis pro nominibus orationes dicat. vt ſi quis terræ proprium tribuat natura quæ naturaliter fertur celerrime corporũ deorſum, deinde vtatur pro corporum illo nomine ſubſtantiarum talium,quoniam corpus idem valet quod ſubſtantia talis,ex quo efficitur ſubſtantiæ nomen iterari,vt neutriũ proprium recte tributum eſſe videatur.At vero in confirmatione huius loci vſus erit, ſi nullo verbo eodem ſæpe vtare.hac enim ex parte apte propriũ ſtatuetur. vt ſi quis proprium hominis dixerit animal ad cognitionem & ſcientiam natum, is nec ſæpe eodem verbo vtetur,& hac ex parte recte homini proprium ſtatuet. Sequitũ locus in refutatione,ſi tale aliquod verbum in proprio expreſſerit,ꝙ conueniat rebus omnibus. inuſitatum enim & minus aptum erit verbum,quòd a nullo ſeparat. Atqui,vt in definitionibus, ſic quod in proprijs exprimitur, debet ſeiungere.non igitur recte expoſitum erit proprium. vt ſi quis proprium ſcientiæ dicat opinionem,quæ ratione dimoueri non poteſt,cũ ſit vna,quoniam in proprio exponendo aliquo eiuſmo

di vſus eſt, vnius, ſcilicet nomine, quod rebus omnibus conuenit, profecto ſcientiæ proprium recte poſitum nullo modo videri poteſt. In cõfirmatione valebit hic locus, ſi nullum verbum cõmune adhibeatur, ſed eiuſmodi quod a re aliqua ſeparet. hac enim ex parte præclare poſitum erit proprium, vt ſi quis animali propriũ tribuat habere animum, is, quoniam nullo verbo communi vſus eſt habere animum, recte hac ex parte animalis proprium dedit. Proximus locus eſt in refutatione, ſi quis plura propria eidem ſtatuat neque ſe plura ponere explicet: tum enim haud recte poſitũ erit proprium. Vt enim in definitionibus nihil adhibendum eſt, præter orationem, quæ rei vim & naturam explicet, ſic ne in proprijs quidem, præter orationem, quæ proprium id ꝙ datum eſt efficiat, quicquam exprimendum eſt. quandoquidẽ inuſitatum minuſq; aptum eſt, quod præterea additur. Id quod continget, ſi quis ignis proprium dixerit corpus tenuiſſimum & celerrimum, vtrunque enim de ſolo igne vere dici poteſt. ex quo efficitur ignis proprium corpus tenuiſſimum & leuiſſimum non eſſe recte datum. in confirmatione huius loci vſus erit, ſi non plura propria eiuſdem, ſed vnũ eſſe ponatur. hac enim ex parte proprium recte ponetur. vt ſi quis dicat humoris proprium corpus, quod in omnem formam flectitur, is, quoniam vnum expreſſit proprium, non multa, eo recte vſus eſt humoris proprio. Sequitur locus in refutatione, ſi vel eo vtatur, cuius proprium explicat, aut eorum aliquo, quæ ei tribuuntur. Nam, quoniam cognitionis gratia inuentum eſt proprium, eo modo non recte ponit. Eadem quidẽ res ſemper æque obſcura eſt, quod autem alicui tributum eſt, id, quoniam eo eſt poſterius, non eſt magis perſpicuum: ita fit, vt ex his nihil diſci cognoſciq; poſſit vt ſi quis proprium animalis ponat ſubſtantiam, cuius eſt ſpecies homo, is, quia aliqua re vſus eſt earum, quæ animali tributæ ſunt, profecto non commode vſus eſt proprio. In confirmatione autem ita demum proprium recte hac ex parte ſtatuetur, ſi nec eo,

neque aliquo eorum, quæ ei tributa ſunt vtamur. quod fiet, ſi proprium animalis ponamus, q́ ex animo & corpore concretum eſt. ſic enim neq; ipſum, neque quicquam ipſius adhibemus. ex quo efficietur, vt præclare hac in parte animalis proprium explicemus. Eademq; ratione ea ſpectanda ſunt in alijs etiam rebus, quę non faciunt, aut quę faciunt aliquid planius, iam vero in refutatione videndum eſt, an tale aliquid adhibitum ſit, quod aut contrarium ſit, aut omnino æque antiquum naturæ ordine, aut poſterius; neque enim recte proprium ponetur. Nam contraria ſunt ordine naturæ æque antiqua: quod autem æquale eſt alicuius naturæ ordine, & eo poſterius, non facit ipſum planius, neque declarat. Vt ſi quis boni proprium dicat, malo maxime eſſe cõtrarium, is bonis contrarium adhibuit: ob eamq; cauſam propriũ boni haud recte explicauit. In cõfirmatione autem huius loci vſus erit, ſi nec contrario vtemur, neque vllo alio, quod æquale ſit ordine naturæ, vel poſterius, ſic enim recte hac in parte ſtatuemus proprium. vt ſi quis ſcientię proprium ponat, opinionem, quæ maxime fidem facit, is quia nihil adhibuit, nec quod ſcientiæ eſſet contrarium, nec quod omnino ſimul eſſet cum ea, aut ea poſterius naturæ ordine, eo recte proprium ſcientiæ hac ex parte ſtatuit. Sequitur locus in refutatione. ſi quod non ſemper ſequitur, proprium poſitum eſt, ſed id quod interdum, non proprium eſt: non enim præclare & cõmode proprium erit explicatum. Neque enim in eo nomen neceſſario vere dicitur, in quo ineſſe ipſum intelligimus; neque in eo neceſſe eſt nomen non dici, cui illud non intelligimus conuenire. Ita non erit recte expreſſum proprium. Præterea, non erit perſpicuum an conueniat id quod ſtatutum eſt eſſe proprium, ſi tale ſit, vt prætermitti ſeparariq; poſſit. Itaq; non erit perſpicuum, neq; apertum proprium. vt ſi quis proprium animalis ponat, moueri interdum, aut ſtare: is quia tale ſtatuit proprium, quod interdum non proprium efficitur, certe haud apte proprium ſtatuit. In confirmatione

ne conſiderabimus,an id proprium ſtatutum ſit, quód ſemper eſt in re neceſſario: hac enim ex parte recte proprium ponetur. vt ſi quis virtutis proprium dicat, eum in quo ſit, bonum efficere, is quia propriū ſtatuit, quod ſemper conſequens eſt, ob eam cauſam recte virtutis proprium hac ex parte conſtituit. Sequitur locus in reprehenſione, ſi id quod hoc tempore proprium eſt ſtatuat, neque ſe proprium huius temporis dare exponat. neque enim recte ſtatuet proprium. Primum enim quod contra mores & conſuetudinem ſtatuitur, id omne enodationis indiget Atqui ſolét fere omnes id proprium ſtatuere, quod ſempiternum eſt Deinde, incertum eſt is, ne qui non explicat mentem ſuam, velit id ponere, quód hoc tempore ſit proprium. Non igitur dare debet reprehenſionis occaſionem: quod continget, ſi quis ponat alicuius hominis proprium eſſe, ſedere vna cum aliquo homine, illudq; hoc tempore proprium eſſe non ſtatuat. Neq; enim illud recte ſtatuat proprium, niſi ſe dixiſſe hoc tempore proprium eſſe explicet. Atque hic locus ad confirmandum valebit, ſi explicemus cum aliquid proprium ſtatuemus hoc tempore, nos proprium hoc tempore ponere: ſic enim recte proprium hac in parte ſtatuemus. Exempli cauſa, ſi quis alicuius hominis proprium dicat eſſe, aliquo in loco hoc vel illo tempore deambulare: quoniam diſtinctione vſus eſt, recte id proprium eſſe poſuit. Proximus in reprehenſione locus erit, ſi quis tale ſtatuat proprium, quod conuenire aliter, quàm ſenſu perſpici non licet. Neque enim tum poſitum proprium erit: quandoquidem quicquid mouet ſenſum, ſi id extra ſenſum ſit, obſcurum eſt. incertum enim eſt an iam conueniat, propterea quod ſenſu tantummodo intelligatur. Quod verum eſſe in ijs, quæ non neceſſario ſemper conſequuntur, perſpiciemus. veluti ſi quis Solis proprium eſſe dicat, aſtrum ſplendidiſſimum, quod ſupra terram fertur, is adhibet in proprio illud, quod ſupra terram fertur, quod quidem quia ſenſu cognoſcitur, n n recte ſolis proprium ſtatuit. Incertum enim

erit, cum ſol occiderit, an ſupra terram feratur, quòd tum ſenſus oculorum nos deficit. At in confirmatione huius loci vſus erit, ſi proprium ſtatuamus eiuſmodi, quod ſenſu non ſit perſpicuum: aut certe quod ſi ſenſum mouet, perſpici poteſt neceſſario conuenire. hac enim ex parte recte ſtatutum erit proprium. vt ſi quis ſuperficiei proprium ponat quod primum colore inficitur, is illo toto colore inficitur, quod ſenſum mouet, ille quidem vtitur, ſed eiuſmodi quod perſpicuum eſt ſemper conuenire. Ita hac ex parte recte ſtatutum eſt ſuperficiei proprium. Iam in reprehenſione videndum erit, an definitionem vt propriũ poſuerit, ſic enim proprium non recte ponetur: quandoquidem non debet proprium rei vim naturamq; explicare. Cuius exemplum erit, ſi quis hominis proprium dicat, animal gradiens, bipes. propriũ enim hominis ſtatuet, quod quid res ſit explicat. Non igitur recte ſtatuit hominis proprium. In confirmatione autẽ huius loci vſus erit, ſi proprium eiuſmodi ſtatuamus, quod viciſſim dicatur, neq; rei vim naturamq; declaret. Erit.n. hac ex parte recte explicatum proprium. vt ſi quis hominis propriũ ponat, animal manſuetum natura: proprium ille quidem ſtatuet quod viciſſim dicitur, ſed quod non quid res ſit indicat. Ita fiet, vt hac ex parte recte ſtatutũm ſit hominis proprium. Coniunctus huic locus eſt in reprehenſione & refutatione, cum proprium datur, cuius nihil quid res ſit explicet. Oportet enim vt definitionum, ſic proprium primum genus exprimi, deinde iam hoc pacto adiungi cætera quæ ſeparant atque ſeiungunt. Non igitur recte proprium ponetur, quod non eo modo ſtatuetur. Vt ſi quis proprium animalis dicat, animum habere non ponet in quæſtione naturæ animal: ex quo ſequetur, animalis proprium non recte poſitum eſſe. In confirmatione autem conſiderandnm eſt, an collocatum ſit in quæſtione naturæ, id cuius proprium explicetur, & ita demum adiungantur cætera. Hac enim ex parte recte proprium datũm erit. veluti ſi quis proprium hominis ponat, animal

ad

ad ſcientiam & cognitionem natum, ijs & proprium quod in quæſtione naturę aliqua ex parte poſitum eſt, dabit, & ea ex parte hominis proprium recte explicabit. Ac vtrum recte, an minus recte proprium datum ſit, & explicatum, ex ijs locis qui adhuc ſunt expoſiti, intelligere debemus. Vtrum autem id proprium ſit omnino quòd explicatur & datur, necne, ex ijs quos deinceps exponemus, licebit concludere. Ijſdem enim locis aliquid recte poni proprium concludemus, quibus proprium omnino ſtatuitur. Quorum primus erit, in refutatione diligens eorum omnium animaduerſio & conſideratio, quorum propria dabuntur. veluti videndum erit, an ex ea parte qua datur, non vere dicatur, an vero non ſit proprium vniuſcuiuſque eorum eius, ratione cuius proprium explicetur. ſic enim nôn erit proprium quod eſſe ponebatur. vt quia de geometra non vere dicitur, cum nulla ratione falli poſſe (fallitur enim geometer in falſa deſcriptione) non eſt proprium futurum docti & artificis non falli ratione. In confirmatione autem, an omni ex parte vere dicatur, & hac ex parte videndum eſt, quoniam proprium erit quod poſitum eſt eſſe proprium. vt quia animal ad cognitionem & diſciplinam percipiendam natum, in omni homine vere dicitur, & quia homo ſit eo hominis proprium erit, animal ad diſciplinam percipiendam natum. Huius autem loci vſus erit in refutatione, quoties in quo nomen non etiam oratio vere dicetur: & cum in quo oratio, non etiam nomen intelligi licet. In confirmatione autem, cum in quo nomen, etiam oratio, & in quo oratio, nomen quoque intelligetur. Alter locus & refutationis, cum de quo oratio, non etiam nomen vere dicitur, & cum de quo nomen, non etiam vere dicitur oratio. tum enim quod poſitum eſt eſſe proprium, non erit proprium quod ex hoc exemplo intelligi poteſt. Animal enim ad diſciplinam & ſcientiam percipiendam natum in Deo vere intelligitur, homo non intelligitur. Ex quo efficitur, non eſſe proprium hominis hoc totum,

animal quòd ad diſciplinam cognitionemq; percipien dam natum eſt. In confirmatione autem valebit, quoties in quibus omnibus oratio, nomen etiam dicetur: & in quibus nomen, etiam oratio. quod enim proprium poſitum eſt eſſe, proprium erit. quod hinc intelligi poteſt, quia de quibus illud totum habere animum, etiam animal vere dicitur: & de quibus animal, etiam animatum. ita habere animum, animalis proprium eſt. Refutationis tertius locus erit, ſi ſubiectum eius eſſe proprium ſtatuatur, quod in ſubiecto eſſe dicatur. vt ſi quis proprium ſtatuat tenuiſsime rei ignē, quia ſubiectum propriū ei quod dicitur tribuit, certe non recte poſuit ignem proprium eſſe rei tenuiſsimæ. Ob eamq; cauſam, non eſt futurum proprium ſubiectum eius quod in ſubiecto eſſe dicitur. ſic enim idem multorum, & quæ ſpecie differunt proprium eſt, quandoquidem multa quædam, quæ ſpecie differunt, eidem conueniunt, quæ de eo ſolo dicuntur: quorum omnium ſubiectum proprium futurum eſt, ſi quis iſto pacto ſtatuat proprium. Ad confirmandum autem valebit, ſi id, quod in ſubiecto ineſt, ſubiecti proprium eſſe ponatur: quandoquidem proprium futurum eſt id, quod poſitum eſt non eſſe proprium: ſi quidem in ſolo eo intelligitur, vt dixi, proprium, cuius proprium eſſe dicitur. vt ſi quis terræ proprium dicat, corpus grauiſſimum ſpecie, quia proprium ſubiecti dedit eiuſmodi, quod & de ſola re, & vt proprium dicitur, efficitur, vt recte poſitum ſit terræ proprium. Sequitur locus proprius refutationis, ſi quis per communicationem proprium tribuat. non enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium: quippe cum id quod communione quadam conuenit, ad vim naturamq; rei explicandam pertineat. quod ſane in differentiarum numero habebitur, propterea ꝙ in ſpecie aliqua dicitur. vt ſi quis proprium hominis dicat hoc totum, gradiens bipes, per communionem quandam proprium explicabit. ex quo fiet, vt non ſit proprium hominis, gradiens bipes. Hoc loco videbit is, qui confirmandi partes obtinebit,

bit, ne per communionem proprium explicet, neque vim naturamque rei declaret: ita tamen, vt viciſſim de re dicatur. Quod enim poſitũ eſt nõ eſſe proprium, id proprium, futurum eſt. vt ſi quis animalis proprium ponat hoc totum, quod vim habet ſentiendi, is nec proprij communionem explicabit, neque tale quod vim naturamque rei declaret, & tamen eiuſmodi, quòd viciſſim de re dicatur. Ita proprium erit animalis hoc totum quod vim habet ſentiendi. Proximus locus refutationis erit, ſi doceatur proprium non poſſe vna cum re, cuius proprium ponitur, cohærere, ſed vel poſterius vel prius, quam id cuius nomen eſt. Sic enim aut nunquam, aut certe non ſemper proprium eſt futurum id, quod poſitum eſt eſſe proprium. vt ſi volitare in foro hominem, poteſt & poſterius quam homo alicui conuenire, certe volitare in foro, aut nunquam, aut non ſemper, hominis eſt proprium. In confirmatione autem huius loci uſus erit, cum id quo proprium ponitur, vna cum re ſemper aderit neceſſario, neque definitionis vim, neque differentiæ habebit. Sic enim proprium erit, quod poſitum eſt non eſſe proprium. vt quia hoc totum, animal quod ad diſciplinam cognitionemque natum eſt, vna cum homine ſemper exiſtit neceſſario, neque differentia eſt, neque definitio, certe hominis proprium id ipſum futurum eſt. Sequitur locus refutationis, cum eorundem, quia eadem ſint, non eſt idem proprium. Non enim quod poſitum eſt proprium eſſe, proprium erit. Quod intelligi poteſt ex hoc exemplo. Nam quia eius, quod perſequendum eſt, proprium non eſt, videri nonnullis bonum. ne eius quidem quod expetendum eſt proprium erit, videri nonnullis bonum. idem enim valent quod perſequendum eſt, & quod expetendum. Is autem, qui confirmabit, ex hoc loco argumentum ducet, quando eiuſdẽ rei, quia eadem ſit idem proprium eſſe ponetur. Nam proprium erit quod poſitum eſt non eſſe proprium. vt hominis quatenus eſt homo, proprium dicitur, habere animum tripartitum. & mortalis, quatenus mortalis eſt, tripartitũ animum

habere

habere propriũ erit. Valet etiam hic locus in accidente, quoniam iiſdem quatenus eadem ſunt, eadem conuenire, aut non conuenire debent. Coniunctus huic locus eſt in refutatione, cum eorum, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, nõ id quod ſemper eſt eiuſdem ſpeciei propriũ explicatur. non enim rei illius id, quod poſitum eſt, proprium erit. vt quoniã eiuſdem generis homo & equus habentur, neque ſemper proprium eſt equi à ſe ſtare, ne hominis quidem proprium erit à ſe ſemper moueri & agitari. Sunt enim eiuſdem generis moueri & ſtare per ſe, quoniam vtrique eorũ quatenus animalia ſunt hæc conueniant. In confirmatione autem illud videndum eſt, an eorum, quæ ſunt eiuſdem generis, id propriũ ſtatuatur, quod ſemper ad idem genus referatur. erit enim proprium, quod non eſſe proprium poſitum eſt: vt quoniam hominis proprium eſt eſſe gradiẽtem, bipedem, auis etiam proprium erit volucrem eſſe bipedem. Sũt enim hæc eiuſdem generis omnia. alia enim vt ſpecies, quæ ſub eodem ſunt genere, cũ ſint animal, ſubiecta, alia vero vt generis animalis differentiæ. Sed hic locus falſus eſt, cum alterum eorum, quæ numerata erunt, vni alicui ſoli ſpeciei conueniet. alterum pluribus, qualia ſunt gradiens quadrupes. Quoniam autem idem & alterum multis modis dicuntur, difficile eſt ſi fallaciter ſumas vnius & ſolius alicuius rei explicare proprium. Quod enim conuenit alicui, cui quid accidit, etiam accidenti conueniet, ſi cum eo intelligatur, & ſumatur cui cõuenit. vt quod ineſt in homine, etiam in albo homine, ſi modo ſit albus, reperietur. Itemque quod in albo homine ineſt, id etiam in homine inerit. Sed quiſpiam multa propria refellet, ſi ſubiectũ aliud per ſe faciat, aliud ſi cum accidente coniunctum ſit. vt ſi dicat, aliud eſſe hominem, aliud album hominem: idem fiet ſi aliud ponat habitum, aliud id, quod ex habitu nominetur. Vt enim quod in habitu ineſt, in eo etiam ineſt, quod ab habitu appellatur, ſic quod in eo quod ex habitu nominatur, ineſt, etiam in habitu inſit neceſſe eſt. veluti quoniam artifex arte & ſcientia ſua

affici

affici dicitur, non erit ſcientiæ proprium non poſſe ratione diſſuaderi, quippe cum iſto pacto artifex ſit futurus eiuſmodi, qui nulla ratione de ſententia deduci dimoueriq; poſſit. In confirmatione autē dicendum eſt, non eſſe aliud omnino id quod accidit, & aliud id ipsū cui accidit, ſi cū eo comprehendatur, cui conuenit. ſed ob eam cauſam aliud dici ſolere, quod eorum ſit natura diuerſa, quoniam aliud eſt hominē eſſe hominem, & aliud hominem album eſſe hominem album. Præterea, à caſibus ducendum argumentum eſt, non futurum eſſe artificem aliquid, quod ratione mutari non poſſit, ſed eum qui ipſum ratione diſſuaderi non poſſit. nec artem & ſcientiam eſſe id, quod ratione ſit immutabile, ſed ipſam ratione eſſe immutabilem. Nam ei, qui omnino, omniq; ex parte occurret, contrarius omnino ordo opponēdus eſt. In refutatione proximus locus erit, ſi quis velit aliquid quod natura ineſt explicare, eóq; uerbo id ponat, vt id ſemper ineſſe declaret. Sic enim fiet, vt iacere id & ruere quod poſitum eſt, proprium videatur: vt ſi quis hominis propriū dicat, eſſe bipedem, vult ille quidē exponere aliquid, quod natura inſitum eſt, ſed oratione ſua id quod ſemper inſitum eſt, ſignificat. ita non eſt futurum hominis proprium bipedem eſſe, quandoquidem non omnis homo duos habet pedes. In confirmatione autem huius loci vſus erit, ſi id, quod natura inſitum eſt, proprium ſtatuere velimus, idq; oratione noſtra exponamus. Neque enim propriū ex hac parte tolletur aut corruet, ſi quis proprium hominis ponat hoc totum, animal ad diſciplinam & cognitionem percipiendam natum, idque ſignificet oratione ſua, natura illud eſſe inſitum proprium, hac ex parte nunquam improbabitur hominis proprium eſt id quod diximus. Iam vero omnium eorum, quæ ad aliquid aliud primum referuntur, aut vt primum ipſum difficile eſt explicare proprium. Nam ſi eius proprium dederit, quod in alio aliquo intelligitur, etiam de primo vero dicetur, ſin autem primi proprium ponat, etiam in illo quod in alio intelligitur, reperietur.

Vt ſi quis ſuperficiei propriũ dicat colore infici, etiam colore infici in corpore dicetur, quod ſi in corpore, etiam in ſuperficie. Ita fiet, vt non in quo oratio, nomen quoque vere dicatur. Sæpe autem accidit, vt in quibuſdam proprijs explicãdis peccetur, propterea quod nec quo modo, nec quorum proprium ponat, explicent. Omnes enim enitũtur proprium ſtatuere id, quod aut natura inſitum eſt, quale eſt hominis bipes: aut quod hoc tempore conuenit, vt hominis alicuius quatuor habere digitos: aut ſpecie, quemadmodum ignis tenuiſſimis ex partibus conſtare: aut omnino & per ſe, vt animalis viuere: aut per aliud, vt animi prudentia eſſe præditum: aut quaſi in quo primum aliquid ineſt, vt in parte animi, quæ rationis eſt particeps, prudentiæ eſſe ſedē, aut ex eo quod aliquid habet, quemadmodum artificis eſt proprium ratione de ſententia deduci non poſſe. neque enim ex alia re, quam ex eo quod habet quicquã ratione de ſententia deduci poteſt. Aut etiam ſtatuitur proprium ex eo quod aliquid habetur, ſicuti proprium eſt ſcientiæ, ratione non poſſe mutari, aut ex eo quod aliquid communicatur, quale proprium eſt animalis ſentire. Nam & ſi aliquid aliud veluti homo ſentit, tamen iam cum illo hoc communicatur, aut ex eo quod communicat, vt alicuius animalis viuere. Si igitur non adiungatur illud natura, certe in eo peccatur, propterea quod fieri poteſt, vt quod natura inſitum eſt, ei non conueniat cui natura conuenit, quemadmodum homini duos habere pedes. Quod ſi non explicet ſe id dare, quod ineſt, quòd non eſt futurum eiuſmodi, vt ei certo tempore conueniat. tale eſt, quatuor habere digitos hominem. Quod ſi non exponat ſe id proprium ponere quod primum ſit, aut quod ex alio ducitur, non in quo oratio, etiam nomen vere dicetur. vt ſi quis colore infectum eſſe, vel extremitatis vel corporis proprium expoſuerit. Quod ſi non ante explicarit ſe id proprium dare, vel quia habeat ipſum, uel quia habeatur certe id quod dedit, non eſt futurũ proprium. Nam ſi ex eo quod habeatur & contineatur, proprium ſtatuerit,

ſtatuerit, etiam ei, qui habet conueniet. quod ſi etiam ei, qui habet conuenit, ei etiam quod habetur & continetur. quod fiet, ſi hoc totum ratione non poſſe diſſuaderi, ſcientiæ aut artificis proprium eſſe ponatur. Atque etiam peccabit in explicãdo proprio, qui non expoſuerit ſe id ſtatuere proprium quod dat. vel ex eo quod conueniat, vel ex eo quod communicetur, propterea quod iſto pacto alijs quibuſdã conueniat propriũ. Nam ſi ex eo ſtatuat, quia communicatur cum ijs, qui participant conueniet: ſin ex eo quod participat, ijs quæ communicantur. vt ſi quis alicuius animalis, aut animalis propriũ ponat viuere, nec de ſpecie id explicet. certe vni ſoli eorum, quæ illis ſubiecta ſunt, cuius proprium ſtatuitur conueniet. Quod enim præſtat, & excellit, id vni ſoli conuenit, vt igni conuenit celeritas maxima. Fit etiam interdum, vt is aberret in tradendo proprio, qui ſpeciei mentionem inducit. Eorum enim, quæ exponuntur, debet eſſe una ſpecies, quando ſpeciei fiet mentio, quod in nonnullis non contingit, quo ex genere ignis eſt, neque enim vna eſt ſpecies ignis, quandoquidem ſpecies inter ſe differunt, pruna, flamma, & lumen, quorum vnumquodque ignis eſt, ob eamque cauſam, cum ſpeciei nomẽ adiungitur, alia ſpecies eius quod dictum eſt, non debet eſſe quaſi alijs magis, alijs minus id quod proprium explicatum eſt, debeat conuenire. Cuius generis eſt tenuiſſimum eſſe, ſi ignis proprium eſſe ponatur, nam & prunarum, & flammæ lumen tenuiſſimum eſt quod non debet accidere, quoties nomen non dicitur magis in eo, in quo oratio verius dicitur, ſin minus, non eſt futurum aliquid, in quo ſit magis oratio, etiam nomen magis potiuſque dicatur. Præterea, ita fiet, vt ſit idem proprium, & illius quod omnino, & illius, quod maxime ineſt in eo quod omnino tale vel tale exiſtit, qualem habet rationem ſubtiliſſimum corpus ad ignẽ. Nam & luminis & ignis omnino illud ipſum futurũ proprium eſt, quippe cum lumen ſit tenuiſſimum. Ac ſi quis iſto pacto proprium ſtatuerit, argumenta contraducenda erunt. nec tamen

ea

ex hoc loco occurrere & reſiſtere debebit, ſed vt primũ propriũ poſuerit, quemadmodum & cuius generis proprium ponat explicare. In refutatione proximus erit locus, ſi quis aliquid ſuiipſius proprium ſtatuat, neque enim proprij vim obtinebit quod poſitum eſt eſſe proprium. Quicquid enim idem eſt quod aliquid idem, id naturam explicat quod autem naturam explicat, non eſt proprium ſed definitio, vt ſi quis honeſti proprium dicat eſſe decorum, is quia aliquid ſuiipſius ponit proprium (honeſtum enim idem eſt quod decorum) certe non erit honeſti decorum proprium. Huius autem loci vſus erit in confirmatione, ſi aliquid ſuiipſius non ponamus eſſe proprium, & tamen eiuſmodi quod viciſſim dicatur. ſic enim quod proprium non eſſe ſtatutum eſt, proprij vim & nomen obtinebit. quod fiet, ſi quis proprium animalis ponet hoc totum, natura animata. neque enim aliquid ſuiipſius proprium eſſe ponit, cum interim viciſſim dicatur. Ita propriũ animalis erit, animata natura. Iam in ijs, quæ ex ſimilibus eiuſdemque generis partibus conſtant, videndum erit in refutatione, totius ne proprium in parte non vere intelligatur, an proprium partis in toto minime dicatur: quoniam non recte explicatum erit quod poſitum eſt eſſe proprium. hoc enim in quibuſdam ſolet contingere. fieri enim poteſt, vt ijs quiſpiam proprium tribuat, quæ ex ſui ſimilibus eiuſdemq; generis partibus conſtant, modo totius, modo partis habita ratione, quorum neutrum recte explicabit. Exemplum totius erit, ſi quis dicat maris proprium hoc totũ, aqua quæ maxima ex parte ſalſa eſt. Nam alicuius, quod ex ſui ſimilibus partibus concretum eſt proprium ponit, ſed eiuſmodi, quod in parte nõ vere dicatur. quandoquidem certum quoddam mare non eſt, aqua maxima ex parte ſalſa, ita maris proprium non erit hoc totum, plurima aqua, quæ ſalſa eſt. Partis autem exemplum tale eſt, Si quis aeris proprium eſſe dicat, quod reſpirabile eſt, is alicuius, quod ex ſui ſimilibus partibus conſtat, ponit proprium, ſed eiuſmodi, quod & ſi de quodam aere vere

dicitur,

dicitur, tamen de uniuerſo non dicatur, quippe cum non omnis aer ſit reſpirabilis: quare ſpirabile aeris futurum non eſt proprium. In confirmatione autem ex hoc loco argumentum ducemus, ſi proprium, quod dabimus de vnoquoque, quod ex ſui ſimilibus partibus conſtat, vere dicetur, ita tamen vt proprium ſit eorum totius ratione. ſic enim quod proprium non eſſe poſitum eſt, erit proprium. vt, quoniam in vniuerſa terra vere intelligitur in inferiorem locum ferri natura, certe proprium erit hoc ipſum alicuius terræ omnino, quia terra eſt. nam de terra, & de natura terræ dicitur. ex quo efficitur, vt terræ ſit proprium, natura ferri ad inferiores partes.

CONCLVSIONES.

Virtutis proprium eſt reddere eũ in quo eſt, bonum.
Proprium non eſplicat naturam rei.
Tres ſunt ignis ſpecies; lux, flamma, & carbo.
Quod per ſuperabundantia dicitur, cũ ſoli cõuenit.

De locis communibus omnibus dialecticis quæſtionibus, ſumptis vel ab oppoſitis, vel a ſimili, aut ab eo, quod eſt magis & minus, & æquale, ſiue a Caſibus & congiugatis, vel ab ortu & interitu. Cap. 3.

EX contrarijs autem multa argumenta in vtranque partem elici poſſunt. Primum, in refutatione ex contrarijs, quæ aduerſa dicuntur, erit, quando contrarij non eſt contrarium proprium. neque enim propriũ contrarij contrarium futurũ eſt hoc modo, Si iuſtitia iniuſtitiæ cõtraria eſt, & optimo id quod eſt deterrimũ, iuſtitiæ autẽ optimum non eſt propriũ, non erit igitur iniuſtitiæ quod deterrimũ eſt, propriũ. In confirmatione autem vſus erit quoties contrarij contrariũ eſt proprium. ſic enim fiet, vt contrarij proprium

prium ſit contrarium, exemplum tale eſt, Si malum bono contrarium eſt, & id quod fugiendum eſt, ei quod eſt expetendum, eſt autem boni proprium id, quod expetendum eſt, profecto mali proprium erit, id quod fugiendum eſt. Alter locus eſt ex ijs, quæ cum aliquo cōferuntur. In refutatione quidem hoc modo tractabitur, Si quid eorum quæ cum aliquo conferuntur, alicuius eiuſdem generis non eſt proprium, ne id quidem quod eſt in ijs, quæ cum aliquo conferuntur, vllius eiuſdem generis proprium erit. quod ex hoc exemplo intelligi licet, Si duplum ſimpli duplum dicitur, & id quod vincit illius quod vincitur: id autem quod vincit non eſt dupli proprium, certe ſimpli id quod vincitur & ſuperatur, non erit proprium. In confirmatione autem hoc modo, ſi illius quod cum aliquo confertur, aliquid eiuſdem generis proprium eſt, id etiam quod ex eo genere eſt, alterius eiuſdem generis erit proprium. Cuius exemplum eſt, Si duplum cum ſimplo confertur, vnum cum duobus, & duo cum vno: dupli autem proprium eſt id, quod duorum habet rationem ad unū. profecto dupli proprium ſit, id quod vnius ad duo rationem habet, neceſſe eſt. Proximus locus eſt ex priuantibus, qui in refutatione tractabitur hoc modo. Si rei res non eſt proprium, ne priuationis quidem proprium priuatio erit. Et ſi priuationis priuatio non eſt proprium, ne rei quidem res proprium erit, vt ſi ſurditatis proprium non eſt, vacuitatē eſſe ſenſus (eſt enim id cœterorum ſenſuum commune) ne auditus quidem ſenſum eſſe proprium uidebitur. In confirmatione hoc modo. Si res rei proprium eſt, etiam priuationis proprium erit priuatio, & ſi priuationis priuatio proprium eſt, rei etiam res proprium erit, vt ſi aſpectus proprium eſt cernere, ex eo quod aſpectum habemus, cæcitatis etiam proprium erit non cernere, quia aſpectum non habeamus, cum natura datus nobis aſpectus eſſe uideatur. Sequitur locus ex affirmantibus & negantibus, qui in multas partes diſtributus eſt. ac primi quidem, qui ex ijs quæ dicuntur, ducitur in refutatione

tione ſolum vſus eſt hoc modo, Si id quod affirmat, alterius quod affirmet eſt proprium, non erit proprium id quod negat. Et ſi id quod negat, eius quod negat proprium ſit, id quod affirmat non eſt illius futurum proprium. vt ſi animalis proprium eſt id quod animatum eſt, nō erit animalis proprium id, quod non eſt animatum. Alter eſt ex ijs, quæ dicuntur, aut non dicuntur, & ex ijs, de quibus dicuntur, aut non dicuntur, qui in confirmatione tractabitur hoc modo, Si id quod affirmat eius quod affirmat non eſt propriũ, ne id quidem quod negat, eius propriu eſt quod negat. Et hoc modo, Si id quod negat eius propriũ non eſt quod negat, ne id quidem, quod affirmat, eius quod affirmat futurum eſt proprium. Cuius exemplũ eſt tale, Si hominis propriũ nō eſt animal, ne eius quidé, quod nō eſt homo, proprium erit id quod non eſt animal, viciſſimq́;, Si eius rei, quæ non eſt homo. ea non videatur propria, quæ non eſt ex genere animaliũ, ne hominis quidé animal proprium eſt futurũ. In confirmatione autẽ huius loci tractatio eſt talis, Si eius quod ait, id quod ait eſt propriũ, etiam eius quod negat, id quod negat erit proprium, & ſi eius quod negat id quod negat proprium eſt, etiã eius quod ait, id quod ait proprium erit. quod hoc exemplo illuſtrari poteſt, Si eius quod eſt non animal proprium eſt nō viuere, certe animalis viuere erit propriũ. cõtraq́;, ſi viuere animalis eſt propriũ, certe eius etiam rei quæ eſt non animal, propriũ erit non viuere. Tertius locus eſt ex ijs, quæ ſubiiciuntur, cuius in refutatione tractatio erit talis, Si ea quæ ſtatuta ſunt eſſe propria affirmantium ſunt propria non erunt eadem etiã negantiũ propria, & ſi negantium expreſſa ſint propria, aientiũ propria non erunt. Exemplum tale eſt, Si animalis propriũ eſt quod animatum eſt, certe quod animatum eſt, eſſe proprium eius quod eſt nõ animal nullo modo poteſt. In confirmatione autẽ hoc modo, Si ea quæ poſita ſunt eſſe propria, nõ ſunt affirmantium, negantiũ erũt. Quanquam hic locus interdũ vitioſus eſt, & captioſus. Nam nec affirmantia negantiũ, nec negantia affirmantiũ propria ſunt. affirmantia enim negantibus non con

ueniunt omnino,negantia autem affirmãtibus illa qui dẽ cõueniunt,ſed non vt propria.Sequitur locus ex diuiſione,cuius in refutatione tractatio talis eſt, Si eorũ quæ in diuiſione enumerãtur, nihil vllius reliquorum eſt proprium,ne id quidẽ quod eius poſitum eſt eſſe ꝑprium, illius futurum eſt proprium. vt ſi aĩal,quod ſeſe ſum mouet, nullius aliorum mortalium animãtiũ eſt proprium, ne id quidẽ aĩal quod intelligentia & rõne continetur,Dei proprium eſt.In confirmatione autem hic locus nobis copiã ad argumẽtãndum ſuppeditabit, quoties quiduis reliquorum oĩum quæ ĩ diuiſione enumerata ſunt, ſumetur proprium vniuſcuiuſq; eorum, quæ diſtributa ſunt. Quod ſi eſt alicuius eorũ ꝑprium quæ enumerata ſunt in diuiſione, etiam reliquum proprium erit illius alterius,cuius proprium nõ eſſe ſtatuetur.id quod ex hoc exemplo intelligi poterit.Si prudẽtiæ ꝑprium eſt,per ſe virtutem eſſe eius partis aĩ, quæ rõnis eſt particeps cæterarumq; virtutum, quarum ſingulæ hoc mõ aſſumuntur, certe temperãtiæ proprium erit per ſe naturaq; ſua virtutem eſſe eius partis aĩ, in qua voluptates verſantur. Sequitur locus ex ſimiliter cadentibus, qui in refutatione hoc mõ tractabitur, Si caſus alterius caſus nõ eſt proprium, ne id quidem, qđ ſimiliter cadit, alterius propriũ erit. cuius exemplum eſt tale.Si eius quod iuſte fit non eſt proprium præclare fieri,nec iuſti id quod præclarum eſt proprium erit. In cõfirmatione autẽ eius loci talis eſt tractatio. Si id quod cadit alterius proprium eſt, etiã caſus erit alterius proprium, vt ſi hoĩs proprium eſt hoc totum, gradiens bipes,etiã hoĩ proprium erit gradientẽ bipedem eſſe.Non ſolum autem ex ijs,quæ expoſuimus a ſimiliter cadentibus,ſed etiã a contrarijs,quemadmodum in ſuperioribus locis explicatum eſt, argumẽta ducenda ſunt,ac in reprehenſione quidem hoc modo, Si contrarij caſus non eſt proprium caſui alicuius contrarij, ne contrarij quidem caſus alterius caſui contrarij futurũ eſt proprium.cuius exemplum eſt tale,Si eius quod iuſte fit, non eſt proprium recte fieri, certe eius quod eſt, iniuſte fit, improbe fieri proprium non erit. In confirmatio-

matione autem ducetur hoc mō, Si contrarij caſus alterius contrarij caſui proprium ſtatuitur, etiā contrarij caſus alterius contrarij caſui ponetur proprium, vt ſi boni proprium, eſt optimum, mali quoque id quod deterrimum eſt, proprium erit. Sequitur locus à ſimili, cuius in reprehenſione talis erit uſus, Si ſimilium ſimilia non ſunt propria, nec ſimilium ſimilia propria erunt. Si enim exempli gratia, architectus eandem habet rationem ad extruendā dnmum, quā medicus ad efficiendā & reſtituendā valetudinem, medici autem ꝓprium nō eſt efficere valetudinem, ne architecti quidem extruere domum ꝓprium erit. In confirmatione autē hic locus hoc modo exponitur, Si ſimiliū ſimilia propria ſunt, ſimilium quoq; propria erunt ſimilia. vt ſi medicus eandem habet rōnem ad efficiendā valetudinem, quā gymnaſij præfectus ad efficiendā firmā conſtitutionem, & ſic proprium præfectis gymnaſij vim habere ad efficiendā firmā corporis conſtitutionem, erit etiā medici proprium eſſe effectorem valetudinis. Proximus locus eſt eorum, quæ habent eandem ꝓportionem, cuius tractatio eſt eiuſmodi in refutatione. Si ea, quæ eādē habēt ꝓportionē aliorum, quæ eandem habent proportionem, non ſunt propria, nec ea, quæ eodem modo affecta ſunt, aliorum quæ eandem habent affectionem propria erunt. Et ſi quid eorum, quæ eodem mō affecta ſunt: alterius proprium eſt, id non erit proprium eius, cuius proprium eſſe ponitur, vt ſi eodem modo prudentia affecta eſt ad honeſtum & turpe, quod vtrunq; corū eſt ſcientia, prudētiæ autē proprium non eſt ſcientiam eſſe honeſti: profecto non erit proprium prudētiæ: rei turpis eſſe ſcientiā. Et ſi prudentiæ proprium eſt, honeſti ſcie tiam eſſe, eius certe rei turpis ſcientiam eſſe nō erit proprium, quandoquidem idem proprium multorum eſſe non poteſt. In confirmatione autem huius loci nullus eſt vſus. quippe enim id quod eodem modo affuctum eſt, vnum cum multis comparetur. Proximus locus eſt ex ijs quæ ad naturam, originē, interitumq; referuntur, qui in reprehēſione tractabitur hoc modo. Si id quod ad naturam & ſtatum refertur, non eſt eius

quod ad naturã, & ſtatũ pertinet propriũ, ne id quidẽ, quod ad interitũ pertinet, illius quod eiuſdem eſt generis, nec quod ad ortũ vllius, eiuſdẽ generis propriũ erit: vt ſi exempli cauſa, hoīs nõ eſt propriũ, eſſe animal, nõ erit propriũ huius totius, hoīem gigni, illud totũ, aīal fieri nec hoīs interitus proprius eſt interitus occaſusq; aīantis. Eodẽq; modo ſumẽda argumẽta ſunt ex ortu, concludẽdo ſtatũ & interitũ, itẽq; ex interitu: cõcludẽdo ſtatũ & ortũ, quemadmodũ paulo ante, ex ſtatu concluſus ortus & interitus eſt. In confirmatione autẽ hoc modo, Si id quod ad ſtatũ pertinet, eſt alicuius eiuſdẽ generis proprium, eius etiã, quod ad ortũ pertinet erit propriũ id quod eiuſdẽ eſt generis, & illius quod ad interitũ, quod eiuſdẽ generis eſſe ponitur. cuius exemplũ tale eſt, Si hominis propriũ eſt eſſe mortalẽ etiã hoīs ortus propriũ erit, naſci mortalẽ, & interitus hominis, mortalẽ interire, eodẽq; modo concludẽdus eſt, ex ortu & interitu, ſtatus & ortus quemadmodũ hic locus in refutatione expoſitus eſt. Sequitur locus ex forma rei ꝓpoſitæ. In refutatione quidẽ huius loci talis erit tractatio. Si formæ nõ conuenit, aut certe non ex ea parte qua id dicitur conuenire cuius propriũ datũ eſt, quod propriũ poſitũ eſt non erit propriũ. vt ſi ipſi homini nõ cõuenit quies, quia homo ſit, ſed quia idea, nõ erit propriũ quieſcere. In confirmatione autẽ locus eſt eiuſmodi, Si quid ſpeciei conuenit, idq; ex hoc ipſo conuenit, quia dicatur de eo ipſo cuius ponitur nõ eſſe propriũ, erit propriũ id quod poſitũ eſt nõ eſſe propriũ. vt ſi conuenit ipſi aīali, ex animo & corpore concretũ eſſe, idq; ei, quia animal ſit, cõuenit: certe animalis propriũ erit ex animo & corpore cõſtare. Sequitur locus cõparationis ex maiore & minore, qui quadripartito diſtributus eſt, quorũ primus ĩ refutatione tractabitur hoc modo, Si quod elationẽ habet alterius, eiuſdẽ generis nõ eſt ꝓpriũ, ne id quidẽ, quod ſubmiſſionẽ habet vllius eiuſdẽ generis propriũ erit: nec quod minimã habet alterius, nec quod maximã habet elationẽ alteri eiuſdẽ generis, nec deniq; id quod omnino dicitur vllius eiuſdẽ generis. vt, ſi, exẽpli cauſa, maiore colore infectũ eſſe,

maioris

maioris corporis non eſt propriũ,nec minus colore cor poris propriũ erit,nec infectũ eſſe colore corporis omnino. In confirmatione autẽ huius locis tractatio erit talis, Si id quod elationẽ habet, eiuſdẽ generis alicuius propriũ eſt, id etiã quod ſubmiſſionẽ habet, alicuius eiuſdẽ generis propriũ erit. Itẽq; id quod minimã habet ſubmiſſionẽ alterius eiuſdem generis,& ꝙ maximã habet elationẽ alicuius eiuſdẽ generis, & quod omnino dicitur,& ſemel,alicuius eiuſdem generis ſit propriũ neceſſe eſt.cuius exẽplũ eſt eiuſmodi.Si eius quod magis viuit, magis ſentire propriũ eſt, etiã eius quod minus viuit, id quod minus ſentit:& eius rei, quæ maxime viuit,maxime ſentire,& eius quod minimo beneficiò vitæ vtitur, minime ſentire: & eius quod omnino viuit,oĩo ſentire propriũ erit.Atq; etiã ex eo quod omnino dicitur, arguméta ducenda ſunt. In reprehẽſione quidẽ hoc modo:Si id quod oĩo dicitur,alterius eiuſdẽ generis non eſt propriũ,ne id quidẽ quod elationẽ habet,eius quod eſt eiuſdẽ generis,neque id quod ſubmiſſionẽ habet alterius eiuſdẽ generis, neq; id quod maximam habet elationem alterius neque id quod minimam habet ſubmiſſionẽ alterius erit propriũ. quod ex hoc exẽplo intelligi poteſt.Si hoĩs nõ eſt propriũ,bonũ eſſe,ne eius quidem,qui hoĩs nomine magis aut potius appellatur,probiorẽ eſſe propriũ erit.At in cõfirmatione argumentũ ab hoc loco ſic ſumetur: Si id ꝙ omnino dicitur eius quod eſt eiuſdẽ generis propriũ eſt, id etiã quod maiorẽ elationẽ habet alterius, & quod minorẽ habet ſubmiſſionẽ, quodq; minimã ac maximã habet, alterius eiuſdem generis propriũ futurũ eſt: vt ſi ignis ꝓpriũ eſt ſurſum ferri natura, eius etiã propriũ erit, ꝙ ignis potius dicitur celerius in ſuperiorẽ locũ ſuapte natura ferri. Eodẽq; modo ex cæteris hæc cõcludenda ſunt oĩa. Alter locus eſt in reprehẽſione talis, Si quod elationẽ habet, nõ eſt propriũ alterius eiuſdẽ generis, nõ erit propriũ id quod habet ſubmiſſionẽ illius quod eſt generis eiuſdẽ.Eius loci tale exẽplũ erit, Si aĩalis magis propriũ eſt ſentire, quàm hominis ſcire,nec propriũ eſt aĩalis ſentire.nõ erit hominis ſcire propriũ.In

confirmatione auté hoc modo tractabitur, Si id cui illud minus additur, alterius cui idé adiungitur, eſt propriũ etiã id cui magis additur, alterius, cui idé adiungitur eſt futurũ propriũ, vt ſi minus hominis propriũ eſt, cicuré & humanũ eſſe natura, quàm animalis viuere: hominis auté eſt proprium manſuetũ eſſe ſuapte natura, & humanũ, profecto animalis propriũ erit, viuere. Tertius locus ex maiore & minore in repreheſione talis eſt: Si quid eius cuius magis eſt propriũ, proprium non eſt, ne eius quidé propriũ erit, cuius minus eſt proprium, & ſi illius eſt, nõ etiã huius erit. vt ſi colore infici extremitatis magis propriũ eſt, q̃ corporis, nec propriũ eſt extremitatis, non erit proprium corporis oĩno colore infici. quod ſi eſt extremitatis propriũ non erit corporis propriũ. At uero in confirmatione huius loci nullus vſus eſt, cum præſertim idé multorũ proprium eſſe nullo modo poſſit. Quartus locus eſt in refutatione huiuſmodi, Si quod magis propriũ uidetur alicuius, id non eſt eius proprium, ne id quidem proprium erit, quod minus propriũ eius vr̃. Cuius exemplũ tale eſt, Si aĩalis magis propriũ eſt ſéſu percipi q̃ ſecari ĩ partes, & aĩalis nõ eſt propriũ ſenſu percipi, nõ erit aĩalis proprium in partes ſecari. In confirmatione auté tractabitur hoc mõ, Si quod minus propriũ eſt alicuius, id eius proprium eſt, certe quod magis proprium eſt, eius erit propriũ. vt ſi minus eſt proprium aĩalis ſentire q̃ viuere, & aĩalis ſentire eſt proprium, profecto aĩalis ꝓpriũ erit viuere. Deinceps ſequitur locus eorum, q̃ equaľr cõueniãt. cuius loci tractatio ĩ refutatione hæc prima erit, Si quod æque eſt proprium, non eſt proprium alicuius, cuius æque ꝓprium eſt, ne id quidem quod æque proprium eſt, eius erit propriũ, cuius æque ꝓprium eſt vt ſi æque proprium eſt partis aĩ in qua voluptates verſantur appetere, ac eius que rõnis eſt particeps rõcinari, & eius partis in qua voluptates verſantur nõ eſt proprium appetere, non erit etiã rõcinari eius, quæ rõnis eſt particeps, proprium. In confirmatione aut huius loci tractatio erit eiuſmodi, Si id quod æque propriũ eſt eius eſt proprium, cuius ęque proprium eſt, erit etiam

quod

quod æque proprium eſt, eius propriũ cuius æque proprium eſt. cuius exẽplum tale eſt. Si æque proprium eſt partis aĩ, quæ rõnis eſt compos, primã eſſe ſedem ſapietiæ, atq; eius in qua voluptates habitãt, primã eſſe ſedẽ temperantiæ, & partis eius, quæ compos eſt rõnis, primã eſſe ſedẽ ſapientiæ proprium eſt, illius etiã in qua voluptates habitãt proprium erit primã ſedẽ eſſe tẽperantiæ. Alter locus in reprehẽſione talis eſt: Si qđ pari rõne alicuius eſt proprium, nõ eſt proprium eius, quod æque proprium eſt, id nõ erit eiuſdem proprium. vt. ſi cernere æque proprium eſt hoĩs ac audire, hoĩs autẽ nõ eſt proprium cernere, nõ erit etiã audire hoĩs propriũ. In confirmatione autẽ talis vſus erit. Si quod pari ratione alicuius eſt proprium, id eius ꝓprium eſt, etiam id, quod æque proprium, eius erit proprium, vt ſi æque proprium eſt animi, eius partem valere ad appetendum, ac poſſe ratiocinari primum, animi autem proprium eſt eius partem eſſe, quæ primum appetat, animi etiam proprium erit, partem eius primum poſſe ratiocinari. Tertius locus eſt in reprehenſione eiuſmodi, Si quid non eſt proprium eius, cuius æque proprium eſt, nõ erit proprium eius, cuius pari ratione eſt proprium, & ſi illius eſt proprium, alterius proprium non erit. Quod hoc exemplo illuſtrãdum eſt, Si, exempli cauſa. incendere æque proprium eſt flammæ atque prunarum, & flãmæ incendere non eſt proprium, non erit prunarum proprium incendere. quod ſi flãmæ proprium eſt, non erit prunarum proprium. Huius autem loci nullus vſus eſt in confirmatione. Intereſt autem inter locum eorum, quæ eodem modo ad rem affecta ſunt, & locum ſimilitudinis, quod ille ex proportione ſumitur, non ex eo quod aliquid conuenit: hic autem ex cõparatione rerum ducitur. Deinceps locus in refutatione tractatur, ſi quis ex vi propriũ ſtatuet, ꝓpriũq; vi ad id quod non eſt accõmodabit, nec vis poterit rei quæ non eſt conuenire, non erit propriũ quod poſitum eſt proprium eſſe. vt ſi quis dicat aeris ꝓprium eſſe ſpirabilẽ eſſe, ex vi ꝓprium ſtatuit, quandoquidẽ tale proprium, quod reſpirari põt, reſpirabile eſt, atq; etiã pro

prium ſtatuit rei, quæ nulla eſt, ſiquidē ſublato aīali, quod reſpirare aerem ſolet, aer eſſe poteſt. nec tamē ſi nullum ſit aīal, fieri poteſt vt quid reſpiret, ita fit vt aeris non ſit futurum proprium eiuſmodi quod reſpirari poteſt, tum cum animal nullum erit tale quod reſpiret quare aeris proprium non erit ſpirabilē eſſe. At in confirmatione huius loci vſus erit, quādo ex vi proprium explicabimus, quod aut ad id quod eſt, aut ad id quod non eſt refertur, vt vis ipſa rei, quæ nulla eſt. poſſit conuenire. ſic enim proprium erit, id quod poſitum eſt nō eſſe proprium, vt ſi quis eius quod eſt proprium ponat eſſe pati vel facere, is ex vi proprium expreſſit, idq; ad id quod eſt accōmodauit. Quādiu enim aliquid eſt, id & pati aliquid & facere poteſt, ita, eius quod eſt proprium, erit poſſe pati vel facere. Extremus locus refutationis erit, quādo ex præſtātia & excellētia proprium exponitur, proprium nō eſt quod poſitum eſt eſſe proprium. ij. n. qui hoc pacto proprium ſtatuunt, faciunt in quo oratio, in eo non etiā nomen vere dicatur. ſublata enim re, tamē ſtabit oratio, quippe cum alicui earum rerū, quæ ſunt conueniat maxime. vt ſi quis ignis ꝓpriū dicat eſſe hoc totum, corpus leuiſſimum, igne ſublato erit corpus aliquod leuiſſimum, nō eſt igitur ignis proprium hoc totum, corpus leuiſſimum. In cōfirmatione autē, ne præſtantiā ſtatuamus proprium prouidendum eſt, ex ea enim parte recte ponetur proprium. vt ſi quis hominis proprium ponat hoc totū, animal natura cicur & humanum, is, quoniam nō explicauit proprium ex præſtantia, ex ea parte proprium recte ſtatuit.

CONCLVSIONES.

Sapientia eſt in parte animi rationis compote, temperantia uero in parte animi, quæ voluptatibus afficitur.

Quinti libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE Topicorum. Lib. VI.

SVMMA LIBRI.

De locis definitionis: deque locis acceptis ab ipſis differentijs. De locis definitionum rerum compoſitarum, & quæ omnibus prædicamentis communes ſunt.

De locis definitionis, & primo ipſius generis. Caput primum.

IN tractatione autem locorum definitionis,quinque ad reprehendendum nobis proponere debemus. Primum,omnino nō vere dici,de quo nomen,etiam orationem. debet enim in omni homine vere dici hominis definitio. Alterum non eſſe poſitum pro genere,aut pro accōmodato genere id genus,quod eſt in definitione.Nam qui definit rem,debet ad genus differentiam adiungere.cum præſertim eorum,quæ in definitione collocantur,rei,quæ definiendo explicatur, naturam genus declaret maxime.Tertium non eſſe propriam orationē, quoniam debet propria eſſe definitio, quemadmodum ſupra dixi.Quartum,vt omnia,quæ dixi,perfecta ſint, non tamen rem definitam eſſe, nec eius vim explicatam.Poſtremum eſt vitium, ſi omnia explicata ſunt, non autem recte. Ac ſi de quo nomen, non etiam oratio

ſio vere dicitur, ex locis accidentis ad id demonſtrandum & concludendum argumentá ducenda erunt. Illic enim hoc vnum egimus, vt vere ne, an falſo diceretur, cognoſceremus, cum præſertim quando diſſerebamus accidens conuenire, vere dici, quando non conuenire, non vere dici fateremur. Non eſſe autem aptum genus id, quod poſitum eſt, aut non eſſe propriam orationé, quę data eſt. quod ex locis generis & proprij, qui ſunt expoſiti, docebimus. quod autem reliquum eſt, nó eſſe definitam rem, aut non recte definitam, quemadmodum intelligemus, meditamur dicere. Primum quidem, an minus apte res definita ſit, videndum eſt. quandoquidem facilius eſt facere aliquid, quàm recte facere. ex quo perſpicuum eſt, ſæpius in hoc ipſo peccari, quandoquidem difficilius eſt, ita argumenta facilius in hoc q̃ in illo genere ſuppetent. Sunt autem duæ partes eius rei, quæ non apte definita eſt. Vna, ſi dubia & obſcura interpretatione vtamur. debet enim is, qui rem definit, quam poteſt apertiſſima interpretatione vti, quando quidem cognoſcendæ rei cauſa traditur definitio. Altera eſt, ſi ad rem aliam definitio transferatur: ſic enim ſuperuacaneum erit, quicquid adiectum erit in ea definitione. Rurſus vtrunque eorum quæ expoſita ſunt in plures partes diſtributum eſt. Ac primus quidem locus ad probandum definitionem eſſe obſcuram, erit, cum aliquod verbum, quod in definitione cõtinetur, ambiguum erit. vt ſi quis definiat ortum motum ad naturam ferentem. aut valetudinem eſſe aptã caloris & frigoris temperationem & moderationem. eſt enim vt motus, ſic moderationis ambiguum verbum: ita dubium erit, vtrum velit ſignificare eorum, quæ explicata ſunt & declarata, eo verbo, quod multis modis dicitur. Quod idem continget, quoties res, quę definitur, multis modis dicitur, neq; explicatur. Sic enim incertum erit, vtrius definitionem explicauerit, inciduntq; tum cauillationes, quaſi non ad omnia, quæ definiendo explicata ſunt, accommodetur definitio. idq; tum incidet maxime, cum obſcura eſt & latẽs

ambiguitas.

ambiguitas. Atq; etiam ratiocinatio confici poteſt, di uiſione & explicatione adhibita, quot modis dicatur, id quod in definitione concluditur. Si enim ſatis expli catum non ſit, vlla ratione earum, quibus id dicitur, profecto eo modo res recte explicata non erit. Proximus locus eſt, quando per tranſlationem definitio explicatur. vt ſi quis ſcientiam definiat immutabilem eſſe, & quæ nunquam decidat, aut terram altricem, aut temperantiam concentum. Eſt enim obſcurum quicquid per tranſlationem dicitur. Calumniari etiam poterimus aduerſus eum, qui tranſlatione vſus erit, ꝙ nõ proprio verbo ſit vſus: quandoquidem non apte erit explicata definitio, ꝙ in temperantia contingit, quandoquidẽ in ſonis omnis concentus cernitur. Præterea, ſi concentus genus ſit temperantiæ, idem in duobus generibus erit, quorum neutrum alterum continet. neq; enim concentus virtutem continet, nec virtus concentum. Deinceps locus ſequitur. quando aliquis in definiendo verbis inuſitatis vtitur. id quod Plato fecit, qui oculum ὀφρυόσκιον. i. cilij vmbrã definiuit, & araneam σηψιδακῆς. i. vt ita dicam putrimordacem. aut ſi quis medullam oſſium procreatricẽ dicat. quicquid enim inſitatum eſt id obſcurum eſt. Sunt etiam nõnulla, quæ nec per ambiguitatem, nec per tranſlationem, nec proprie dicuntur. vt ſi lex definiatur eſſe modus vel imago eorum, quæ natura iuſta ſunt, quæ omnia tranſlatione deteriora ſunt. Tranſlatio enim illuſtrat, declaratq; quodammodo propter ſimilitudinem id, quod ſignificatur: quippe cum omnes, qui transferunt verba, ea propter quandam ſimilitudinem transferant. At vero illud tale nullo modo rem illuſtrat, quandoquidem ſimilitudo nulla reperitur, propter quam lex, modus, aut ſimulachrum dicatur: nec id proprie dici ſolet. ita ſi modum proprie, aut ſimulachrum legem di cant eſſe, mentiuntur, iiſq; definiant, mentiuntur. Eſt enim ſimulachrum id, cuius origo ab imitatione profecta eſt, quod in lege non reperitur. Quod ſi improprie id dicant, certe obſcure loquuntur, atque deterius

rius

Vt ſi quis ſuperficiei propriũ dicat colore infici, etiam colore infici in corpore dicetur, quod ſi in corpore, etiam in ſuperficie. Ita fiet, vt non in quo oratio, nomen quoque vere dicatur. Sæpe autem accidit, vt in quibuſdam proprijs explicãdis peccetur, propterea quod nec quo modo, nec quorum proprium ponat, explicent. Omnes enim enitũtur proprium ſtatuere id, quod aut natura inſitum eſt, quale eſt hominis bipes: aut quod hoc tempore conuenit, vt hominis alicuius quatuor habere digitos: aut ſpecie, quemadmodum ignis tenuiſſimis ex partibus conſtare: aut omnino & per ſe, vt animalis viuere: aut per aliud, vt animi prudentia eſſe præditum: aut quaſi in quo primum aliquid ineſt, vt in parte animi, quæ rationis eſt particeps, prudentiæ eſſe ſedẽ, aut ex eo quod aliquid habet, quemadmodum artificis eſt proprium ratione de ſententia deduci non poſſe. neque enim ex alia re, quam ex eo quod habet quicquã ratione de ſententia deduci poteſt. Aut etiam ſtatuitur proprium ex eo quod aliquid habetur, ſicuti proprium eſt ſcientiæ, ratione non poſſe mutari, aut ex eo quod aliquid communicatur, quale proprium eſt animalis ſentire. Nam & ſi aliquid aliud veluti homo ſentit, tamen iam cum illo hoc communicatur, aut ex eo quod communicat, vt alicuius animalis viuere. Si igitur non adiungatur illud natura, certe in eo peccatur, propterea quod fieri poteſt, vt quod natura inſitum eſt, ei non conueniat cui natura counenit, quemadmodum homini duos habere pedes. Quod ſi non explicet ſe id dare, quod ineſt, quod non eſt futurum eiuſmodi, vt ei certo tempore conueniat. tale eſt, quatuor habere digitos hominem. Quod ſi non exponat ſe id proprium ponere quod primum ſit, aut quod ex alio ducitur, non in quo oratio, etiam nomen vere dicetur. vt ſi quis colore infectum eſſe, vel extremitatis vel corporis proprium expoſuerit. Quod ſi non ante explicarit ſe id proprium dare, vel quia habeat ipſum, uel quia habeatur certe id quod dedit, non eſt futurũ proprium. Nam ſi ex eo quod habeatur & contineatur, proprium ſtatuerit,

ſtatuerit, etiam ei, qui habet conueniet. quod ſi etiam ei, qui habet conuenit, ei etiam quod habetur & continetur. quod fiet, ſi hoc totum ratione non poſſe diſſuaderi, ſcientiæ aut artificis proprium eſſe ponatur. Atque etiam peccabit in explicãdo proprio, qui non expoſuerit ſe id ſtatuere proprium quod dat. vel ex eo quod conueniat, vel ex eo quod communicetur, propterea quod iſto pacto alijs quibuſdã conueniat propriũ. Nam ſi ex eo ſtatuat, quia communicatur cum ijs, qui participant conueniet; ſin ex eo quod participat, ijs quæ communicantur. vt ſi quis alicuius animalis, aut animalis propriũ ponat viuere, nec de ſpecie id explicet. certe vni ſoli eorum, quæ illis ſubiecta ſunt, cuius proprium ſtatuitur conueniet. Quod enim præſtat, & excellit, id vni ſoli conuenit, vt igni conuenit celeritas maxima. Fit etiam interdum, vt is aberret in tradendo proprio, qui ſpeciei mentionem inducit. Eorum enim, quæ exponuntur, debet eſſe una ſpecies, quando ſpeciei fiet mentio, quod in nonnullis non contingit, quo ex genere ignis eſt, neque enim vna eſt ſpecies ignis, quandoquidem ſpecies inter ſe differunt, pruna, flamma, & lumen, quorum vnumquodque ignis eſt, ob eamque cauſam, cum ſpeciei nomẽ adiungitur, alia ſpecies eius quod dictum eſt, non debet eſſe quaſi alijs magis, alijs minus id quod proprium explicatum eſt, debeat conuenire. Cuius generis eſt tenuiſſimum eſſe, ſi ignis proprium eſſe ponatur, nam & prunarum, & flammæ lumen tenuiſſimum eſt quod non debet accidere, quoties nomen non dicitur magis in eo, in quo oratio verius dicitur, ſin minus, non eſt futurum aliquid, in quo ſit magis oratio, etiam nomen magis potiusque dicatur. Præterea, ita fiet, vt ſit idem proprium, & illius quod omnino, & illius, quod maxime ineſt in eo quod omnino tale vel tale exiſtit, qualem habet rationem ſubtiliſſimum corpus ad ignẽ. Nam & luminis & ignis omnino illud ipſum futurũ proprium eſt, quippe cum lumen ſit tenuiſſimum. Ac ſi quis iſto pacto proprium ſtatuerit, argumenta contraducenda erunt. nec tamen

ea

ex hoc loco occurrere & reſiſtere debebit,ſed vt primũ propriũ poſuerit,quemadmodum & cuius generis proprium ponat explicare. In refutatione proximus erit locus,ſi quis aliquid ſuiipſius proprium ſtatuat, neque enim proprij vim obtinebit quod poſitum eſt eſſe proprium. Quicquid enim idem eſt quod aliquid idem,id naturam explicat quod autem naturam explicat, non eſt proprium ſed definitio, vt ſi quis honeſti proprium dicat eſſe decorum,is quia aliquid ſuiipſius ponit proprium (honeſtum enim idem eſt quod decorum) certe non erit honeſti decorum proprium. Huius autem loci vſus erit in confirmatione, ſi aliquid ſuiipſius non ponamus eſſe proprium,& tamen eiuſmodi quod viciſſim dicatur. ſic enim quod proprium non eſſe ſtatutum eſt, proprij vim & nomen obtinebit. quod fiet, ſi quis proprium animalis ponet hoc totum, natura animata. neque enim aliquid ſuiipſius proprium eſſe ponit, cum interim viciſſim dicatur. Ita propriũ animalis erit,animata natura. Iam in ijs,quæ ex ſimilibus eiuſdemque generis partibus conſtant,videndum erit in refutatione, totius ne proprium in parte non vere intelligatur, an proprium partis in toto minime dicatur: quoniam non recte explicatum erit quod poſitum eſt eſſe proprium. hoc enim in quibuſdam ſolet contingere. fieri enim poteſt, vt ijs quiſpiam proprium tribuat, quæ ex ſui ſimilibus eiuſdemq; generis partibus conſtant,modo totius, modo partis habita ratione, quorum neutrum recte explicabit. Exemplum totius erit, ſi quis dicat maris proprium hoc totũ, aqua quæ maxima ex parte ſalſa eſt.Nam alicuius,quod ex ſui ſimilibus partibus concretum eſt proprium ponit, ſed eiuſmodi, quod in parte nõ vere dicatur. quandoquidem certum quoddam mare non eſt, aqua maxima ex parte ſalſa, ita maris proprium non erit hoc totum,plurima aqua, quæ ſalſa eſt. Partis autem exemplum tale eſt,Si quis aeris proprium eſſe dicat,quod reſpirabile eſt, is alicuius, quod ex ſui ſimilibus partibus conſtat, ponit proprium, ſed eiuſmodi, quod & ſi de quodam aere vere dicitur,

dicitur, tamen de uniuerſo non dicatur, quippe cum non omnis aer ſit reſpirabilis:quare ſpirabile aeris futurum non eſt proprium. In confirmatione autem ex hoc loco argumentum ducemus,ſi proprium, quod dabimus de vnoquoque, quod ex ſui ſimilibus partibus conſtat, vere dicetur,ita tamen vt proprium ſit eorum totius ratione. ſic enim quod proprium non eſſe poſitum eſt, erit proprium. vt, quoniam in vniuerſa terra vere intelligitur in inferiorem locum ferri natura, certe proprium erit hoc ipſum alicuius terræ omnino, quia terra eſt.nam de terra, & de natura terræ dicitur. ex quo efficitur, vt terræ ſit proprium, natura ferri ad inferiores partes.

CONCLVSIONES.

Virtutis proprium eſt reddere eũ in quo eſt,bonum.
Proprium non eſplicat naturam rei.
Tres ſunt ignis ſpecies; lux, flamma, & carbo.
Quod per ſuperabundantia dicitur, cũ ſoli cõuenit.

De locis communibus omnibus dialecticis quæſtionibus,ſumptis vel ab oppoſitis,vel a ſimili, aut ab eo, quod eſt magis & minus,& æquale,ſiue a Caſibus & congiugatis,vel ab ortu & interitu. Cap. 3.

EX contrarijs autem multa argumenta in vtranque partem elici poſſunt. Primum,in refutatione ex contrarijs, quæ aduerſa dicuntur, erit, quando contrarij non eſt contrarium proprium.neque enim propriũ contrarij contrarium futurũ eſt hoc modo,Si iuſtitia iniuſtitiæ cõtraria eſt,& optimo id quod eſt deterrimũ, iuſtitiæ autẽ optimum non eſt propriũ, non erit igitur iniuſtitiæ quod deterrimũ eſt, propriũ. In confirmatione autem vſus erit quoties contrarij contrariũ eſt proprium. ſic enim fiet, vt contrarij proprium

prium ſit contrarium, exemplum tale eſt, Si malum bono contrarium eſt, & id quod fugiendum eſt, ei quod eſt expetendum, eſt autem boni proprium id, quod expetendum eſt, profecto mali proprium erit, id quod fugiendum eſt. Alter locus eſt ex ijs, quæ cum aliquo conferuntur. In refutatione quidem hoc modo tractabitur, Si quid eorum quæ cum aliquo conferuntur, alicuius eiuſdem generis non eſt proprium, ne id quidem quod eſt in ijs, quæ cum aliquo conferuntur, vllius eiuſdem generis proprium erit. quod ex hoc exemplo intelligi licet, Si duplum ſimpli duplum dicitur, & id quod vincit illius quod vincitur: id autem quod vincit non eſt dupli proprium, certe ſimpli id quod vincitur & ſuperatur, non erit proprium. In confirmatione autem hoc modo, ſi illius quod cum aliquo confertur, aliquid eiuſdem generis proprium eſt, id etiam quod ex eo genere eſt, alterius eiuſdem generis erit proprium. Cuius exemplum eſt, Si duplum cum ſimplo confertur, vnum cum duobus, & duo cum vno: dupli autem proprium eſt id, quod duorum habet rationem ad unũ. profecto dupli proprium ſit, id quod vnius ad duo rationem habet, neceſſe eſt. Proximus locus eſt ex priuantibus, qui in refutatione tractabitur hoc modo. Si rei res non eſt proprium, ne priuationis quidem proprium priuatio erit. Et ſi priuationis priuatio non eſt proprium, ne rei quidem res proprium erit, vt ſi ſurditatis proprium non eſt, vacuitatẽ eſſe ſenſus (eſt enim id cœterorum ſenſnum commune) ne auditus quidem ſenſum eſſe proprium uidebitur. In confirmatione hoc modo. Si res rei proprium eſt, etiam priuationis proprium erit priuatio; & ſi priuationis priuatio proprium eſt, rei etiam res proprium erit, vt ſi aſpectus proprium eſt cernere, ex eo quod aſpectum habemus, cæcitatis etiam proprium erit non cernere, quia aſpectum non habeamus, cum natura datus nobis aſpectus eſſe uideatur. Sequitur locus ex affirmantibus & negantibus, qui in multas partes diſtributus eſt. ac primi quidem, qui ex ijs quæ dicuntur, ducitur in refutatione

tione

tione ſolum vſus eſt hoc modo, Si id quod affirmat,alterius quod affirmet eſt proprium, non erit proprium id quod negat. Et ſi id quod negat, eius quod negat proprium ſit, id quod affirmat non eſt illius futurum proprium. vt ſi animalis proprium eſt id quod animatum eſt, nō erit animalis proprium id,quod non eſt animatum. Alter eſt ex ijs,quæ dicuntur,aut non dicuntur, & ex ijs,de quibus dicuntur,aut non dicuntur,qui in confirmatione tractabitur hoc modo, Si id quod affirmat eius quod affirmat non eſt propriū,ne id quidem quod negat,eius propriū eſt quod negat. Et hoc modo, Si id quod negat eius propriū non eſt quod negat, ne id quidem,quod affirmat,eius quod affirmat futurum eſt proprium. Cuius exemplū eſt tale, Si hominis propriū nō eſt animal,ne eius quidē, quod nō eſt homo,proprium erit id quod non eſt animal,viciſſimq́;, Si eius rei,quæ non eſt homo. ea non videatur propria, quæ non eſt ex genere animaliū, ne hominis quidē animal proprium eſt futurū. In confirmatione autē huius loci tractatio eſt talis,Si eius quod ait,id quod ait eſt propriū,etiam eius quod negat,id quod negat erit proprium,& ſi eius quod negat id quod negat proprium eſt,etiā eius quod ait,id quod ait proprium erit. quod hoc exemplo illuſtrari poteſt,Si eius quod eſt non animal proprium eſt nō viuere, certe animalis viuere erit propriū. cōtraq́;, ſi viuere animalis eſt propriū,certe eius etiam rei quæ eſt non animal, propriū erit non viuere. Tertius locus eſt ex ijs, quæ ſubiiciuntur,cuius in refutatione tractatio erit talis, Si ea quæ ſtatuta ſunt eſſe propria affirmantium ſunt propria non erunt eadem etiā negantiū propria, & ſi negantium expreſſa ſint propria, aientiū propria non erunt. Exemplum tale eſt,Si animalis propriū eſt quod animatum eſt, certe quod animatum eſt, eſſe proprium eius quod eſt nō animal nullo modo poteſt. In confirmatione autē hoc modo,Si ea quæ poſita ſunt eſſe propria, nō ſunt affirmantium,negantiū erūt. Quanquam hic locus interdū vitioſus eſt,& captioſus. Nam nec affirmantia negantiū, nec negantia affirmantiū propria ſunt. affirmantia enim negantibus non con-

ueniunt omnino,negantia autem affirmãtibus illa qui dẽ cõueniunt,ſed non vt propria.Sequitur locus ex diuiſione,cuius in refutatione tractatio talis eſt, Si eorũ quæ in diuiſione enumerãtur, nihil vllius reliquorum eſt proprium,ne id quidẽ quod eius poſitum eſt eſſe ꝓprium, illius futurum eſt proprium. vt ſi aĩal,quod ſen ſum mouet, nullius aliorum mortalium animãtiũ eſt proprium, ne id quidẽ aĩal quod intelligentia & rõne continetur,Dei proprium eſt.In confirmatione autem hic locus nobis copiã ad argumẽtãdum ſuppeditabit, quoties quiduis reliquorum oĩum quæ ĩ diuiſione enũ merata ſunt, ſumetur proprium vniuſcuiuſq; eorum, quæ diſtributa ſunt. Quod ſi eſt alicuius eorũ ꝓprium quæ enumerata ſunt in diuiſione, etiam reliquum pro prium erit illius alterius,cuius proprium nõ eſſe ſtatue tur.id quod ex hoc exemplo intelligi poterit.Si prudẽ tiæ ꝓprium eſt,per ſe virtutem eſſe eius partis aĩ, quæ rõnis eſt particeps cæterarumq; virtutum, quarum ſin gulæ hoc mõ aſſumuntur, certe temperãtiæ proprium erit per ſe naturaq; ſua virtutem eſſe eius partis aĩ, in qua voluptates verſantur. Sequitur locus ex ſimiliter cadentibus, qui in refutatione hoc mõ tractabitur, Si caſus alterius caſus nõ eſt proprium, ne id quidem, qđ ſimiliter cadit, alterius propriũ erit. cuius exemplum eſt tale.Si eius quod iuſte fit non eſt proprium præclare fieri,nec iuſti id quod præclarum eſt proprium erit. In cõfirmatione autẽ eius loci talis eſt tractatio. Si id quod cadit alterius proprium eſt, etiã caſus erit alterius proprium, vt ſi hoĩs proprium eſt hoc totum, gradiens bipes,etiã hoĩ proprium erit gradientẽ bipedem eſſe.Non ſolum autem ex ijs,quæ expoſuimus a ſimiliter cadentibus,ſed etiã a contrarijs,quemadmodum in ſuperioribus locis explicatum eſt, argumẽta ducenda ſunt,ac in reprehenſione quidem hoc modo, Si contrarij caſus non eſt proprium caſui alicuius contrarij, ne contrarij quidem caſus alterius caſui contrarij futurũ eſt proprium.cuius exemplum eſt tale,Si eius quod iuſte fit, non eſt proprium recte fieri, certe eius quod eſt, iniuſte fit, improbe fieri proprium non erit. In confir-

matione autem ducetur hoc mō, Si contrarij caſus alte rius contrarij caſui proprium ſtatuitur, etiā contrarij caſus alterius contrarij caſui ponetur proprium, vt ſi boni proprium, eſt optimum, mali quoque id quod deterrimum eſt, proprium erit. Sequitur locus a ſimili, cu ius in reprehenſione talis erit uſus, Si ſimilium ſimilia non ſunt propria, nec ſimilium ſimilia propria erunt. Si enim exempli gratia, architectus eandem habet rationem ad extruendā domum, quā medicus ad efficiendā & reſtituendā valetudinem, medici autem ꝓprium nō eſt efficere valetudinem, ne architecti quidem extruere domum ꝓprium erit. In confirmatione autē hic locus hoc modo exponitur, Si ſimiliū ſimilia propria ſunt, ſimilium quoq; propria erunt ſimilia. vt ſi medicus eandem habet rōnem ad efficiendā valetudinem, quā gymnaſij præfectus ad efficiendā firmā conſtitutionem, & ſic proprium præfectis gymnaſij vim habere ad efficiendā firmā corporis conſtitutionem, erit etiā medici proprium eſſe effectorem valetudinis. Proximus locus eſt eorum, quæ habent eandem ꝓportionem, cuius tractatio eſt eiuſmodi in refutatione. Si ea, quæ eā dē habēt ꝓportionē aliorum, quæ eandem habent pro portionem, non ſunt propria, nec ea, quæ eodem modo affecta ſunt, aliorum quæ eandem habent affectionem propria erunt. Et ſi quid eorum, quæ eodem mō affecta ſunt: alterius proprium eſt, id non erit proprium eius, cuius proprium eſſe ponitur, vt ſi eodem modo prudentia affecta eſt ad honeſtum & turpe, quod vtrunq; corū eſt ſcientia, prudētiæ autē proprium non eſt ſcientiam eſſe honeſti: profecto non erit proprium prudētiæ: rei turpis eſſe ſcientiā. Et ſi prudentiæ proprium eſt, hone ſti ſcie tiam eſſe, eius certe rei turpis ſcientiam eſſe nō erit proprium, quandoquidem idem proprium multorum eſſe non poteſt. In confirmatione autem huius loci nullus eſt vſus. quippe cum id quod eodem modo affectum eſt, vnum cum multis comparetur. Proximus locus eſt ex ijs quæ ad naturam, originē, interitumq; referuntur, qui in reprehēſione tractabitur hoc modo. Si id quod ad naturam & ſtatum refertur, non eſt eius

quod ad naturã, & ſtatũ pertinet propriũ, ne id quidẽ, quod ad interitũ pertinet, illius quod eiuſdem eſt generis, nec quod ad ortũ vllius, eiuſdẽ generis propriũ erit: vt ſi exempli cauſa, hoïs nõ eſt propriũ, eſſe animal, nõ erit propriũ huius totius, hoïem gigni, illud totũ, aïal fieri nec hoïs interitus proprius eſt interitus occaſusq; aïantis. Eodẽq; modo ſumẽda argumẽta ſunt ex ortu, concludẽdo ſtatũ & interitũ, itẽq; ex interitu: cõcludẽdo ſtatũ & ortũ, quemadmodũ paulo ante, ex ſtatu concluſus ortus & interitus eſt. In confirmatione autẽ hoc modo, Si id quod ad ſtatũ pertinet, eſt alicuius eiuſdẽ generis proprium, eius etiã, quod ad ortũ pertinet erit propriũ id quod eiuſdẽ eſt generis, & illius quod ad interitũ, quod eiuſdẽ generis eſſe ponitur. cuius exemplũ tale eſt, Si hominis propriũ eſt eſſe mortalẽ etiã hoïs ortus propriũ erit, naſci mortalẽ, & interitus hominis, mortalẽ interire, eodẽq; modo concludẽdus eſt, ex ortu & interitu, ſtatus & ortus quemadmodũ hic locus in refutatione expoſitus eſt. Sequitur locus ex forma rei ꝓpoſitæ. In refutatione quidẽ huius loci talis erit tractatio. Si formæ nõ conuenit, aut certe non ex ea parte qua id dicitur conuenire cuius propriũ datũ eſt, quod propriũ poſitũ eſt non erit propriũ. vt ſi ipſi homini nõ cõuenit quies, quia homo ſit, ſed quia idea, nõ erit propriũ quieſcere. In confirmatione autẽ locus eſt eiuſmodi, Si quid ſpeciei conuenit, idq; ex hoc ipſo conuenit, quia dicatur de eo ipſo cuius ponitur nõ eſſe propriũ, erit propriũ id quod poſitũ eſt nõ eſſe propriũ. vt ſi conuenit ipſi aïali, ex animo & corpore concretũ eſſe, idq; ei, quia animal ſit, cõuenit: certe animalis propriũ erit ex animo & corpore cõſtare. Sequitur locus cõparationis ex maiore & minore, qui quadripartito diſtributus eſt, quorũ primus ĩ refutatione tractabitur hoc modo, Si quod elationẽ habet alterius, eiuſdẽ generis nõ eſt ꝓpriũ, ne id quidẽ, quod ſubmiſſionẽ habet vllius eiuſdẽ generis propriũ erit: nec quod minimã habet alterius, nec quod maximã habet elationẽ alteri eiuſdẽ generis, nec deniq; id quod omnino dicitur vllius eiuſdẽ generis. vt, ſi, exẽpli cauſa, maiore colore infectũ eſſe,

maioris corporis non eſt propriũ,nec minus colore cor poris propriũ erit,nec infectũ eſſe colore corporis omnino. In confirmatione autẽ huius locis tractatio erit talis, Si id quod elationẽ habet, eiuſdẽ generis alicuius propriũ eſt, id etiã quod ſubmiſſionẽ habet, alicuius eiuſdẽ generis propriũ erit. Itẽq; id quod minimã habet ſubmiſſionẽ alterius eiuſdem generis,& ꝙ maximã habet elationẽ alicuius eiuſdẽ generis, & quod omnino dicitur,& ſemel,alicuius eiuſdem generis ſit propriũ neceſſe eſt.cuius exẽplũ eſt eiuſmodi.Si eius quod magis viuit, magis ſentire propriũ eſt, etiã eius quod minus viuit, id quod minus ſentit:& eius rei, quæ maxime viuit,maxime ſentire,& eius quod minimo beneficio vitæ vtitur, minime ſentire: & eius quod omnino viuit,oĩo ſentire propriũ erit. Atq; etiã ex eo quod omnino dicitur, argumẽta ducenda ſunt. In reprehẽſione quidẽ hoc modo:Si id quod oĩo dicitur,alterius eiuſdẽ generis non eſt propriũ,ne id quidẽ quod elationẽ habet,eius quod eſt eiuſdẽ generis,neque id quod ſubmiſſionẽ habet alterius eiuſdẽ generis, neq; id quod maximam habet elationem alterius neque id quod minimam habet ſubmiſſionẽ alterius erit propriũ. quod ex hoc exẽplo intelligi poteſt.Si hoĩs nõ eſt propriũ,bonũ eſſe,ne eius quidem,qui hoĩs nomine magis aut potius appellatur,probiorẽ eſſe propriũ erit. At in cõfirmatione argumentũ ab hoc loco ſic ſumetur: Si id ꝙ omnino dicitur eius quod eſt eiuſdẽ generis propriũ eſt, id etiã quod maiorẽ elationẽ habet alterius, & quod minorẽ habet ſubmiſſionẽ, quodq; minimã ac maximã habet, alterius eiuſdem generis propriũ futurũ eſt: vt ſi ignis ꝓpriũ eſt ſurſum ferri natura, eius etiã propriũ erit,ꝙ ignis potius dicitur celerius in ſuperiorẽ locũ ſuapte natura ferri. Eodẽq; modo ex cæteris hæc cõcludenda ſunt oĩa. Alter locus eſt in reprehẽſione talis, Si quod elationẽ habet, nõ eſt propriũ alterius eiuſdẽ generis, nõ erit propriũ id quod habet ſubmiſſionẽ illius quod eſt generis eiuſdẽ.Eius loci tale exẽplũ erit, Si aĩalis magis propriũ eſt ſentire, quàm hominis ſcire,nec propriũ eſt aĩalis ſentire.nõ erit hominis ſcire propriũ.In

confirmatione auté hoc modo tractabitur, Si id cui illud minus additur, alterius cui idē adiungitur, eſt propriũ etiã id cui magis additur, alterius, cui idē adiungitur eſt futurũ propriũ, vt ſi minus hominis propriũ eſt, cicurē & humanũ eſſe natura, quàm animalis viuere: hominis autē eſt proprium manſuetũ eſſe ſuapte natura, & humanũ, profecto animalis propriũ erit, viuere. Tertius locus ex maiore & minore in reprehēſione talis eſt: Si quid eius cuius magis eſt propriũ, proprium non eſt, ne eius quidē propriũ erit, cuius minus eſt proprium, & ſi illius eſt, nõ etiã huius erit. vt ſi colore infici extremitatis magis propriũ eſt, q̃ corporis, nec propriũ eſt extremitatis, non erit proprium corporis oĩno colore infici. quod ſi eſt extremitatis propriũ non erit corporis propriũ. At uero in confirmatione huius loci nullus vſus eſt, cum præſertim idē multorũ proprium eſſe nullo modo poſſit. Quartus locus eſt in refutatione huiuſmodi, Si quod magis propriũ uidetur alicuius, id non eſt eius proprium, ne id quidem proprium erit, quod minus propriũ eius vr̃. Cuius exemplũ tale eſt, Si aĩalis magis propriũ eſt ſēſu percipi q̃ ſecari ĩ partes, & aĩalis nõ eſt propriũ ſenſu percipi, nõ erit aĩalis proprium in partes ſecari. In confirmatione autē tractabitur hoc mõ, Si quod minus propriũ eſt alicuius, id eius proprium eſt, certe quod magis proprium eſt, eius erit propriũ. vt ſi minus eſt proprium aĩalis ſentire q̃ viuere, & aĩalis ſentire eſt proprium, profecto aĩalis ꝓpriũ erit viuere. Deinceps ſequitur locus eorum, q̃ equal̃r cõueniãt. cuius loci tractatio ĩ refutatione hæc prima erit, Si quod æque eſt proprium, non eſt proprium alicuius, cuius æque ꝓprium eſt, ne id quidem quod æque proprium eſt, eius erit propriũ, cuius æque ꝓprium eſt vt ſi æque proprium eſt partis aĩ in qua voluptates verſantur appetere, ac eius que rõnis eſt particeps rõcinari, & eius partis in qua voluptates verſantur nõ eſt proprium appetere, non erit etiã rõcinari eius, quæ rõnis eſt particeps, proprium. In confirmatione aut huius loci tractatio erit eiuſmodi, Si id quod æque propriũ eſt, eius eſt proprium, cuius ęque proprium eſt, erit etiam

quod

quod æquè proprium eſt,eius propriū cuius æquè proprium eſt. cuius exemplum tale eſt.Si æque proprium eſt partis aī,quæ rōnis eſt compos,primā eſſe ſedem ſapiētiæ, atq; eius in qua voluptates habitāt,primā eſſe ſedē temperantiæ,& partis eius,quæ compos eſt rōnis, primā eſſe ſedē ſapientiæ proprium eſt,illius etiā in qua voluptates habitāt proprium erit primā ſedē eſſe tēperantiæ.Alter locus in reprehēſione talis eſt:Si qđ pari rōne alicuius eſt proprium, nō eſt proprium eius, quod æque proprium eſt,id nō erit eiuſdem proprium, vt ſi cernere æque proprium eſt hoīs ac audire, hoīs autē nō eſt proprium cernere, nō erit etiā audire hoīs propriū.In confirmatione autē talis vſus erit. Si quod pari ratione alicuius eſt proprium,id eius ꝓprium eſt, etiam id quod æque proprium, eius erit proprium, vt ſi æque proprium eſt animi, eius partem valere ad appetendum, ac poſſe ratiocinari primum, animi autem proprium eſt eius partem eſſe, quæ primum appetat, animi etiam proprium erit, partem eius primum poſſe ratiocinari. Tertius locus eſt in reprehenſione eiuſmodi, Si quid non eſt proprium eius, cuius æque proprium eſt,nō erit proprium eius, cuius pari ratione eſt proprium, & ſi illius eſt proprium, alterius proprium non erit. Quod hoc exemplo illuſtrādum eſt,Si,exempli cauſa. incendere æque proprium eſt flammæ atque prunarum, & flāmæ incendere non eſt proprium, non erit prunarum proprium incendere.quod ſi flāmæ proprium eſt, non erit prunarum proprium.Huius autem loci nullus vſus eſt in confirmatione. Intereſt autem inter locum eorum, quæ eodem modo ad rem affecta ſunt, & locum ſimilitudinis, quod ille ex proportione ſumitur, non ex eo quod aliquid conuenit: hic autem ex cōparatione rerum ducitur.Deinceps locus in refutatione tractatur,ſi quis ex vi propriū ſtatuet,ꝓpriúq; vi ad id quod non eſt accōmodabit, nec vis poterit rei quæ non eſt conuenire, non erit propriū quod poſitum eſt proprium eſſe.vt ſi quis dicat aeris ꝓprium eſſe ſpirabilē eſſe,ex vi ꝓprium ſtatuit,quandoquidē tale proprium, quod reſpirari pōt,reſpirabile eſt,atq; etiā pro

prium ſtatuit rei, quæ nulla eſt, ſiquidē ſublato aīali, quod reſpirare aerem ſolet, aer eſſe poteſt. nec tamē ſi nullum ſit aīal, fieri poteſt vt quid reſpirēt, ita ſit vt aeris non ſit futurum proprium eiuſmodi quod reſpirari poteſt, tum cum animal nullum erit tale quod reſpiret quare aeris proprium non erit ſpirabilē eſſe. At in confirmatione huius loci vſus erit, quādo ex vi proprium explicabimus, quod aut ad id quod eſt, aut ad id quod non eſt refertur, vt vis ipſa rei, quæ nulla eſt, poſſit conuenire. ſic enim proprium erit, id quod poſitum eſt nō eſſe proprium, vt ſi quis eius quod eſt proprium ponat eſſe pati vel facere, is ex vi proprium expreſſit, idq́; ad id quod eſt accōmodauit. Quādiu enim aliquid eſt, id & pati aliquid & facere poteſt, ita, eius quod eſt proprium, erit poſſe pati vel facere. Extremus locus refutationis erit, quādo ex præſtātia & excellētia proprium exponitur, proprium nō eſt quod poſitum eſt eſſe proprium. ij. n. qui hoc pacto proprium ſtatuunt, faciunt in quo oratio, in eo non etiā nomen vere dicatur. ſublata enim re, tamē ſtabit oratio, quippe cum alicui earum rerū, quæ ſunt conueniat maxime. vt ſi quis ignis ꝓpriū dicat eſſe hoc totum, corpus leuiſſimum, igne ſublato erit corpus aliquod leuiſſimum, nō eſt igitur ignis proprium hoc totum, corpus leuiſſimum. In cōfirmatione autē, ne præſtantia ſtatuamus proprium prouidendum eſt, ex ea enim parte recte ponetur proprium. vt ſi quis hominis proprium ponat hoc totū, animal natura cicur & humanum, is, quoniam nō explicauit proprium ex præſtantia, ex ea parte proprium recte ſtatuit.

CONCLVSIONES.

Sapientia eſt in parte animi rationis compote, temperantia uero in parte animi, quæ voluptatibus afficitur.

Quinti libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

Topicorum. Lib. VI.

SVMMA LIBRI.

De locis definitionis: deque locis acceptis ab ipſis differentijs. De locis definitionum rerum compoſitarum, & quæ omnibus prædicamentis communes ſunt.

De locis definitionis, & primo ipſius generis. Caput primum.

IN tractatione autem locorum definitionis,quinque ad reprehendendum nobis proponere debemus. Primum,omnino nõ vere dici,de quo nomen,etiam orationem. debet enim in omni homine vere dici hominis definitio. Alterum non eſſe poſitum pro genere,aut pro accõmodato genere id genus,quod eſt in definitione.Nam qui definit rem,debet ad genus differentiam adiungere.cum præſertim eorum,quæ in definitione collocantur,rei,quæ definiendo explicatur, naturam genus declaret maxime.Tertium non eſſe propriam orationẽ, quoniam debet propria eſſe definitio, quemadmodum ſupra dixi.Quartum,vt omnia,quæ dixi,perfecta ſint, non tamen rem definitam eſſe, nec eius vim explicatam.Poſtremum eſt vitium, ſi omnia explicata ſint. non autem recte. Ac ſi de quo nomen, non etiam ora-

tio vere dicitur, ex locis accidentis ad id demonſtrandum & concludendum argumenta ducenda erunt. Illic enim hoc vnum egimus, vt vere ne, an falſo diceretur, cognoſceremus, cum præſertim quando diſſerebamus accidens conuenire, vere dici, quando non conuenire, non vere dici fateremur. Non eſſe autem aptum genus id, quod poſitum eſt, aut non eſſe propriam orationē, quę data eſt. quod ex locis generis & proprij, qui ſunt expoſiti, docebimus. quod autem reliquum eſt, nō eſſe definitam rem, aut non recte definitam, quemadmodum intelligemus, meditamur dicere. Primum quidem, an minus apte res definita ſit, videndum eſt. quandoquidem facilius eſt facere aliquid, quàm recte facere. ex quo perſpicuum eſt, ſæpius in hoc ipſo peccari, quandoquidem difficilius eſt, ita argumenta facilius in hoc q̃ in illo genere ſuppetent. Sunt autem duæ partes eius rei, quæ non apte definita eſt. Vna, ſi dubia & obſcura interpretatione vtamur. debet enim is, qui rem definit, quam poteſt apertiſſima interpretatione vti, quando quidem cognoſcendæ rei cauſa traditur definitio. Altera eſt, ſi ad rem aliam definitio transferatur: ſic enim ſuperuacaneum erit, quicquid adiectum erit in ea definitione. Rurſus vtrunque eorum quæ expoſita ſunt in plures partes diſtributum eſt. Ac primus quidem locus ad probandum definitionem eſſe obſcuram, erit, cum aliquod verbum, quod in definitione cōtinetur, ambiguum erit. vt ſi quis definiat ortum motum ad naturam ferentem. aut valetudinem eſſe aptā caloris & frigoris temperationem & moderationem. eſt enim vt motus, ſic moderationis ambiguum verbum: ita dubium erit, vtrum velit ſignificare eorum, quæ explicata ſunt & declarata, eo verbo, quod multis modis dicitur. Quod idem continget, quoties res, quę definitur, multis modis dicitur, neq; explicatur. Sic enim incertum erit, vtrius definitionem explicauerit, inciduntq; tum cauillationes, quaſi non ad omnia, quæ definiendo explicata ſunt, accommodetur definitio. idq; tum incidet maxime, cum obſcura eſt & latēs

ambiguitas.

ambiguitas. Atq; etiam ratiocinatio confici poteſt, diuiſione & explicatione adhibita, quot modis dicatur, id quod in definitione concluditur. Si enim ſatis explicatum non ſit, vlla ratione earum, quibus id dicitur, profecto eo modo res recte explicata non erit. Proximus locus eſt, quando per tranſlationem definitio explicatur. vt ſi quis ſcientiam definiat immutabilem eſſe, & quæ nunquam decidat, aut terram altricem, aut temperantiam concentum. Eſt enim obſcurum quicquid per tranſlationem dicitur. Calumniari etiam poterimus aduerſus eum, qui tranſlatione vſus erit, ꝙ nõ proprio verbo ſit vſus: quandoquidem non apte erit explicata definitio, ꝙ in temperantia contingit, quandoquidẽ in ſonis omnis concentus cernitur. Præterea, ſi concentus genus ſit temperantiæ, idem in duobus generibus erit, quorum neutrum alterum continet. neq; enim concentus virtutem continet, nec virtus concentum. Deinceps locus ſequitur. quando aliquis in definiendo verbis inuſitatis vtitur. id quod Plato fecit, qui oculum ὀφρυόσκιον.i. cilij vmbrã definiuit, & araneam σηψιδακές.i. vt ita dicam putrimordacem. aut ſi quis medullam oſſium procreatricẽ dicat. quicquid enim inſitatum eſt id obſcurum eſt. Sunt etiam nõnulla, quæ nec per ambiguitatem, nec per tranſlationem, nec proprie dicuntur. vt ſi lex definiatur eſſe modus, vel imago eorum, quæ natura iuſta ſunt, quæ omnia tranſlatione deteriora ſunt. Tranſlatio enim illuſtrat, declaratq; quodammodo propter ſimilitudinem id, quod ſignificatur: quippe cum omnes, qui transferunt verba, ea propter quandam ſimilitudinem tranſferant. At vero illud tale nullo modo rem illuſtrat, quandoquidem ſimilitudo nulla reperitur, propter quam lex, modus, aut ſimulachrum dicatur: nec id proprie dici ſolet. ita ſi modum proprie, aut ſimulachrum legem dicant eſſe, mentiuntur, iiſq; definiant, mentiuntur. Eſt enim ſimulachrum id, cuius origo ab imitatione profecta eſt, quod in lege non reperitur. Quod ſi improprie id dicant, certe obſcure loquuntur, atque deterius

rius

rius quàm ea, quæ per tranſlationem dicuntur. Locus alius erit, quando contrarij definitio ex ea quæ data eſt, non intelligetur. Quæ enim recte definitiones conſtituuntur, etiam contrarias ſignificant, atque declarant. At quando per ſe prolata, non perſpicuum erit cuius ſit definitio, idq; in ijs vſu venit, quæ veteres pingebant, quæ quidem, niſi quæ ſuperſcripſiſſet, nunquã cognoſci intelligiq; potuiſſent. ac ex ijs quidem locis ad probandum non eſſe definitionem dilucidã argumẽta ducentur. Quando autem ea, quæ ad aliam rem trãſferetur, dabitur & conſtituetur definitio, primum videndum erit, an verbum aliquod adhibitum ſit eiuſmodi, quod conueniat omnibus rebus, aut quæ ſunt omnino in rerum natura, aut quæ ſubiectæ ſunt generi eidem rerum earum, quæ definiuntur. Sic enim ad aliã rem transferatur definitio neceſſe eſt. Nam & genus a cæteris, & differentia ab aliquo eorum, quæ ſunt in eodem genere, debet rem, quę definitur ſeiungere. Atqui nec quod rebus omnibus conuenit omnino, a nulla ſeparat, nec quod omnibus, quæ ſubiectæ ſunt eidem generi conuenit, ab ijs quæ ſunt in eodem genere ſecernit, ita ſuperuacaneum eſt tale illud quod adiectũ eſt. Alius locus erit, quando id quod adiectum eſt, eſt proprium: quo ſublato, & reliqua oratio propria eſt, & naturam rei explicat. Quare eſt in hominis definitione hoc totum, quod adijcitur, natum ad diſciplinam, eo enim ſublato propria eſt definitio, naturamq; rei indicat, atque, vt vno verbo complectatur omnia, id omne ſuperuacaneum eſt & redundans, quo ſublato, quod reliquum eſt planum facit rem eam, quæ definitur. Qualis eſt etiam animi definitio. ſi quidem numerus ſit, ſe ipſe mouens & agitans. Eſt enim animus id, quod ſe ipſum mouet, quemadmodum Plato definiuit: niſi forte proprium eſt illud quidem, quod expoſitum eſt, ſed numero ſublato, rei vim naturamq; non declarat, quorum vtrum verſus ſit, difficile eſt explicare. In his autem omnibus, quantum vtilitatis ratio poſtulet, videndum eſt. Qualis eſt pituitæ definitio illa humor

primus

primus ex cibo incoctus. vnus enim primus humor eſt, non multi. ita redundat illud incoctus, quandoquidem, ſublato illo, propria reliqua eſt futura definitio. Fieri enim non poteſt, vt aliquid ex cibo decidat, & aliud primum decidat, niſi forte pituita non eſt id omnino, quod ex cibo primum decidit, ſed primum eſt eorum, quæ non ſunt concocta, vt illud num concoctum addendum eſſe videatur. Nam ſi illo modo dicatur, non vera erit definitio, ſi quidem non eſt primũ omnium. Proximus locus erit, quoties aliquid eorum, quæ in definitione continentur, non omnibus ijs, quæ ſunt ſub eadem ſpecie, conuenit. Qualis definitio deterius & abſurdius explicata eſt ijs omnibus, in quibus aliquid adhibetur, quod omnibus naturis conuenit, illo enim modo reliqua propria erit definitio, & tota propria erit: quandoquidem ſi ad propriũ aliquid, quod verum eſt addatur, omnino propria eſt tota oratio. At ſi quid eorum, quæ in definitione collocata ſunt, non omnibus conueniat ijs, quæ eidem ſpeciei ſubijciuntur, tota eſſe oratio propria nullo modo poteſt. Neque enim de re viciſſim dicetur: cuius generis eſt hoc tutum, animal gradiens bipes quatuor cubitorum. neque enim eiuſmodi definitio de re viciſſim dicitur, propterea quod non omnibus ijs, quæ eidem ſpeciei ſubijciuntur: magnitudo quatuor cubitorum conuenit. Illud etiam videndum erit, an verbum idem iteratum eſt, vt ſi quis appetitionem definiat, voluptatis & delectationis cupiditatẽ. Rei enim iucundę omnis appetitio eſt, ita idem valet iucundi cupiditas, quod appetitio. Non erit igitur appetitionis definitio cupiditas rei iucundæ & ſuauis. nihil enim intereſt, appetitionem dicamus an cupiditatem rei iucundæ, vt vtrunque eorum proprium ſit voluptatis, niſi forte hoc alienum videri non poteſt: homo enim cum bipes ſit: certe bipes idem eſt quod homo. Eſt autem idem, quod homo, animal gradiens bipes, ita animal gradiens bipes, bipes eſt. Sed non ex hoc alienum quicquam & incommodum efficitur: quandoquidem

dem in animante, qui gradiens eſt ſolum, bis bipes non dicitur. Si enim bis de eodem bipes diceretur, cum autem de animante gradiente & bipede nomen bipedis dicatur. ſemel tantummodo bipes dicitur. Eadem eſt ratio appetitionis, propterea quod non in cupiditate intelligitur illud eſſe delectationis, ſed in tota oratione ita fit, vt ſemel etiam hoc loco ratio dicendi exprimatur. Atqui iterare idem verbum non eſt incommodum, ſed illud demum incommodum eſt ſæpe idem de aliqua re dicere, quod Xenocrati vſu venit, qui ſapientiam ait eſſe conſtitutionem & cognitioné naturarum, quippe cum conſtitutio quædam ſit cognitio, ita bis idem dixit adiecto verbo cognitionis. In eodem errore verſantur ij, qui refrigerationem caloris naturalis priuationem eſſe definiunt. nam cum eius quod inſitum eſt omnis ſit priuatio, ſuperuacaneum eſt nomen naturalis addere, ſatisq; erat addere caloris priuationem, quandoquidem ex ipſo nomine priuationis rei naturalis eſſe intelligitur. Rurſus videndum eſt, an ad id quod omnino dicitur, aliquid etiam quod in parte ſit, adiungatur. vt ſi quis æquitatem definiat imminutionem rerum vtilium atq; iuſtarum. Cum enim quod iuſtum eſt, etiam vtile ſit quidam, profecto in rebus vtilibus continetur. Ita illud rerum iuſtarum, redundat. ex quo fit, vt quod omnino & in totum dicitur, id adiectum ſit in parte. Quod idem fiet, ſi medicinam aliquis definiat ſciam rerum ſalubrium animali & homini. aut legem imaginem equum, quæ natura & vi ſua bona ſunt & iuſta. Nam quoniam quod iuſtum eſt, quædam pars eſt boni, is qui ita definit, ſæpe idem dicit. Ac vtrum recte, necne definitio explicata ſit ex his locis & alijs eiuſdem generis intelligemus. Ad probandum autem naturam rei explicatam eſſe aut non eſſe definiendo, ex ijs, quæ deinceps exponemus, argumenta ſumentur. Primum videbimus, num prioribus & magis perſpicuis verbis expoſita ſit definitio. Definitio enim rei cognoſcendæ gratia traditur. Et rem cognoſcimus non ex rebus,

bus,& verbis quibuſlibet, ſed ex prioribus & magis perſpicuis, quemadmodum in demonſtrationibus contingit. ea enim vis eſt omnis doctrinæ & diſciplinæ. Ex quo perſpicuum eſt. eum non explicare rem definiendo, qui non rebus eius generis rem illuſtret & aperiat definitione. Si enim rem definiuit, certæ multæ erunt eiuſdem rei definitiones, quippe cum perſpicuū ſit eum, qui rebus magis perſpicuis & notioribus definierit, aptius & commodius rem definiendo explicaſſe, ita eiuſdem rei vtraque definitio erit propria, quod non ita eſt. Sua enim cuiuſque rei vna eſt vis, atque natura. Itaque, ſi multæ eiuſdem rei definitiones erunt, vis & natura rei eius, quæ definitur, erit eadem, quæ vtraque definitione declaratur. Atqui & naturæ non ſunt eædem, quandoquidem aliæ & diuerſæ ſunt definitiones. Perſpicuum eſt igitur, eum non definiuiſſe rem, qui non magis perſpicuis neque notioribus rebus definierit. Ad probandum igitur non eſſe explicatam definitionem magis perſpicuis rebus, duplex locus ſuppetet. Nam aut videbimus, an ex magis dubijs omnino & ignotis, aut an nobis magis ignotis & dubijs expoſita ſit res definiendo, quoniam vtroque modo id fieri poteſt. Quod enim prius eſt, id eo quod poſterius eſt, notius eſt omnino. vt punctum linea, & linea plano, & planum ſolido, quemadmodum vnitas numero notior eſt, quoniam prior initiumq; eſt omnis numeri. itemq; elementum ſyllaba. Ac vero in noſtra cognitione contra interdum contingit. Nam & quod ſolidum eſt magis ſub ſenſum cadit, quam quod planum eſt, & quod planum eſt magis quam linea, & linea quam punctum: quippe cum hæc pleriſq; nota ſint omnia. Hęc enim cuiuſuis, illa ſubtilis & otioſi ingenij eſt diſcere. Et quanquam præſtat omnino eniti, vt poſteriores res ex prioribus intelligamus & cognoſcamus (habet enim id maiorem vim ad ſcientiam) tamen apud eos, qui rem ex his talibus non poſſunt cognoſcere, neceſſe eſt profecto rem definiendo aperire ijs rebus, quæ illis notæ ſunt & perſpicuæ. Cuius generis

neris ſunt & puncti & lineæ & plani definitiones, omnes enim res antiquiores poſterioribus explicantur: vt lineæ punctum, plani lineam, ſolidi planum extremum eſſe definiunt. Sed tamen illud intelligendum eſt, eos, qui ita definiunt. vim & naturam rei, quæ definitur explicare non poſſe. Niſi forte idem ſit & nobis notius, & notius omnino. ſiquidem omnes, qui recte rem definiunt, genere differentijsq; definire debent, quæ in ijs ſunt rebus, quæ omnino & per ſe notiores ſunt, & magis perſpicuæ, quam forma, quippe cum ſublato genere, ſublata differentia, forma tollatur. Ex quo fit, vt ſpecie priora ſint, & antiquiora. Atque etiam notiora eſſe, ex hoc intelligi poteſt, quod cognita ſpecie, genus & differentiã cognoſci neceſſe eſt. qui enim hominem nouit, etiam animal & bipes nouit: at cognito genere, aut cognita differentia, non neceſſe eſt ſpeciem eſſe cognitam. ita ſpecies minus nota & perſpicua eſt. Iam vero ita fiet, vt ij qui definitiones eiuſmodi veras eſſe confirmant: quæ ex ijs conſtant, quæ cuique perſpicua ſunt & nota, multas eiuſdem rei definitiones eſſe fateantur. Nam quoniam alia alijs, nec eadem omnibus notiora ſunt, vna cuique & alia aſſignanda erit definitio. ſiquidem definitio ex ijs, quæ cuique planiora ſunt & notiora, conſtitui debet. Præterea eiſdem alia alias magis aperta videntur. Nam a primo ortu ea, quę ſub ſenſum cadunt, vbi autem acriori ſunt iudicio, contra. Ita ne eidem quidem ſemper eandem definitionem dare debent ij qui definitionem rebus, quæ cuique magis perſpicuæ ſint tractari volunt. Ex quo perſpicuum eſt non ijs talibus, ſed ijs quæ omnino clariora ſunt, rem eſſe definiendam. quippe cum ita demum vna & eadem ſemper ſit futura definitio. Ac fortaſſe quod omnino & vi ſua notum eſt, non omnibus perſpicuum eſt, ſed ijs demum, qui bene animo conſtituti ſunt, quemadmodum id etiam, quod omnino ſalubre eſt, ijs ſalubre eſt, quorum bene affectum eſt corpus. Tractari ergo hæc debent omnia accurate & ſubtiliter, adhiberi autem in diſputationibus pro re

rum vſu. Sed conſenſu omnium euerti definitio tum poteſt facilime, cum nec omnino perſpicuis & notis, nec ijs, quæ nobis nota ſunt explicabitur]. Ac vna quidem ratione ita intelligetur, non eſſe perſpicuis traditam & apertam definitionem, ſi poſterioribus (quemadmodum ſupra dixi) priora declarabuntur. Alia autem ratione, ſi eius rei, quæ ſtabilis & certa eſt, incertis & mutabilibus nobis ſtatuetur definitio: quippe cũ prius ſit & clarius quod ſtabile & certum eſt, quam quod incertum & mutabile. Ad probandum autem non prioribus apertam definitionem eſſe, tribus ex locis argumenta ſumentur. Primus erit, ſi contrarijs contrarium definiendo aperietur, vt ſi bonum malo definiatur. ſimul enim naturæ ordine ſunt contraria & quibuſdam eadem ars in vtroque verſari videtur. Ex quo fit, vt alterum altero non ſit notius. Sed tamen illud conuenire non debemus, quædam eſſe, quæ aliter definiri non poſſunt. cuius generis eſt duplum, quod ſine ſimplo definiri non poteſt. Itemque omnia, quæ per ſe cum aliquo conferuntur. Nam cum eorum omnium vis & natura idem valeat, quod ad aliquid quodammodo affectum eſſe, profecto vtrunque ſine altero cognoſci non poteſt, vt neceſſe ſit alterum in alterius definitione contineri. Ac ſunt cognoſcenda illa quidem eius generis omnia, eiſq; in his (vt res feret) ita vtendum eſt. Alter locus nobis argumenta ſuppeditabit, quando in definitione aliquid adhibetur, quod idem valet quod res quæ definitur, id quod obſcurum eſt tum, cum non eodem verbo vtuntur, quod eſt rei quæ definitur. vt ſi Solem aſtrum luce perſpicuum definiant, qui enim locis vocabulo vtitur, etiam Solis vtitur. Vt autem hæc manifeſto deprehendantur, pro nomine definitio ſumendo eſt hoc modo. Dies eſt ſolis motus ſuper terram. ſic enim perſpicuum erit, eum qui motum ſuper terram, dixerit, etiam ſolem nominaſſe, vt ſolis nomine vſus ſit, qui dici vſus fuerit. huius etiam loci vſus erit, quando eo quod in eadem diuiſione numeratur, alterum eiuſdem generis definitur. vt ſi quis imparẽ numerum

definiat,qui parem vno vincit. Sunt enim ſimul ordine naturæ ea, quæ ex eodem genere diſtribuuntur in partes, cuiuſmodi ſunt impar & par, quæ numeri ſunt differentiæ. Quod item fiet ſi ſuperiora inferioribus definiendo aperiantur. vt ſi par numerus definiatur eſſe qui bifariam diuiditur, aut bonum habitus uirtutis. Nam & bifariam ā duobus,quæ ſunt paria ductum eſt, & virtus quædam eſt pars bonorum, ita hæc illis ſubiecta ſunt. Neceſſe eſt etiam eum qui eo quod infra eſt vtatur, etiam ſuperiore vti cum præſertim qui virtutis nomen vſurpat,boni etiam nomen vſurpet,quandoquidem virtus in numero bonorum habetur. Itemq; is qui bifariam dicat,pari vtitur,quoniam illud bifariam aliquid in duas partes diſtributum declarat, & duo paria ſunt. Atque hic quidem locus vnus eſt, vt generatim dicam, ex quo ad docendum definitionem non prioribus & magis perſpicuis eſſe illuſtratam, argumenta ducentur. Cuius partes erunt duo ſuperiores. Secundus locus erit, quando res, quæ definitur ex aliquo eſt genere, neque in genere ponitur. qui error in ijs omnibus verſatur, in quibus non ponitur genus definitionis.vt ſi quis corpus definiat,id quod habet tres dimenſiones,aut hominem,id quod rationem numerorum tenet, is genus non dicit magnitudinem eſſe, quæ tres habeat dimenſiones,aut genus hominis animal,quod rationem numerorum tenet. Genus autem quid res ſit, declarat, & primum eorum quæ in definitione dicuntur, collocatur. idem fiet, ſi res,quæ definitur in multis dicatur, neque ad omnia pertineat definitio. vt ſi quis grammaticam definiat, artem eſſe ſcribendi id, quod dictatur & profertur. De eſt enim, & legendi, quandoquidem non potius ſcribendi, quam legendi eam artem tradidit is, qui eam definiuit,vt non qui alterum. ſed qui vtrunque dixerit,definiiſſe videatur. ſiquidem eiuſdem rei multæ definitiones eſſe non poſſunt. Ac in nonnullis quidem hoc vere dicitur quod expoſitum eſt, in quibuſdam vero non item. cuius generis ea ſunt omnia, in quorum vtroque non per ſe res

quæ definitur cernitur, quemadmodum medicina in morbo & in valetudine verſantur, quorum in valetudine vi ſua & per ſe, in morbo temere & caſu cernitur, præſertim cum omnino alienum ſit à medicina morbum efficere atque generare. Ita non verius medicinam definiendo aperit is, qui vtrunque complexus eſt, quam is, qui alterum, imo vero deterius. quandoquidem quiuis alius morbum efficere poteſt. Proximus locus erit, quando non ad id quod preſtantius eſt, ſed ad id quod deterius, res quæ definitur accommodatur, cum plura ſint, in quibus vis eius intelligatur. Omnis enim ars viſq; omnis ad id quod continet præſtantiſſimum omniũ, referri videtur. Rurſus ſi res, quæ definitur in proprio & accommodato genere, non collocetur, argumenta ex his locis generis, quos ſupra expoſuimus, ducentur. Iam ſi quis ſuperiora genera definiendo dicat, non recte definiet. vt ſi quis iuſtitiam definiat, eſſe habitum efficientem æquabilitatis aut habitum, qui ſuum cuique tribuit, is enim ita definiendo, virtutem tranſit & tranſilit. Quoniam igitur iuſtitiæ genus prætermittit, vim eius & naturam non explicat, quippe cum cuiuſque rei vis ſit cum genere coniuncta. Hic autem locus idem valet quod ille. Non in proximo genere aliquid collocare. Qui enim proximo genere numerarit aliquid, is ſuperiora dixit omnia, quandoquidẽ in inferioribus ea quæ ſupra ſunt intelliguntur. Quo circa aut proximũ genus in definitione vſurpandum eſt, aut generi quod ſupra eſt, adiungendæ ſunt differentię omnes, quibus vicinum genus definiatur. Sic enim nihil prætermittetur exprimeturq; oratione inferius genus pro nomine. At qui ſuperius genus ſolum dixerit, non etiam inferius explicat. veluti qui plantam dicit, non etiam arborem declarat.

CONCLVSIONES.

Facilius eſt facere quàm recte facere.

Diffinientem oportet planiſsima interpretatione vti.

Omne inconſuetum eſt obſcurum.
Qui bene diffinit contraria conſigniſicat.
Simpliciter notum non eſt quod ab omnibus notum eſt, ſed á bene diſpoſitis intellectu.
Quæuis bona definitio debet conſtare ex genere & duabus differentijs.
Illud eſt ſuperfluum in definitione, quo ablato, illud quod remanet, manifeſtat diffinitum.
Ductio & commenſuratio ſunt æquiuoca.
Definitio debet dari per notiora & priora.
Impoßibile eſt unum oppoſitorum cognoſci ſine alio.
Dies eſt latio ſolis ſuper terram.
Oppoſita ſunt ſimul natura.
Vnius rei non poſſunt plures definitiones eſſe.

De locis acceptis à differentijs conſtituentibus definitionem. Cap. 2.

RVrſum in differentijs eodem modo videndum eſt, an generis differentias definiendo explicarit. Nam ſi rem aliquam non ſuis proprijs differentijs definierit, aut etiam aliquid dixerit eiuſmodi, quod nullius rei differentia eſſe poſſit, vt animal, vt ſubſtantiam, is, quoniam nihil tale differenriæ nomen obtinet, certe definiendi genere non vtetur. Atq; etiã illud videndum eſt, ſit ne aliquid; quod diuiſum quaſi ex altera parte differentiæ, quæ propoſita ſit, reſpondeat. Si enim non ſit, profecto quæ data eſt, non erit generis differentia, quandoquidem in differentia, quæ diuiduntur ex contrarijs partibus, genera omnia tribuuntur. vt animal in terrenum & pénigerum, in aquatile & bipes. Aut ſi eſt differentia, quam ex altera parte generis diuidant, nec de genere vere dicatur, perſpicuum eſt, neutram generis eſſe differẽtiam: præſertim,

cum omnes differentiæ,in quas genus tribuitur,de proprio & ſuo genere vere dicantur: Itemque, ſi vere illa quidem dicatur, neq; adiecta generi ſpeciem efficiat, profecto non erit generis hæc talis ſpeciei procreatrix differentia: quippe cum ſpeciei effectrix differentia ſpeciem procreet, ſi cum genere iungatur. Quod ſi hæc in differentijs non numeretur,nec ea quidem,quæ prolata eſt: quandoquidem in hanc etiam genus diuiſum eſt. Illud etiam conſiderandum eſt, an in negationem genus ſit diſtributum. Quod ij faciunt, qui lineam definiunt longitudinem eſſe latitudine carentem. Nam, cum nihil aliud indicet, niſi quod non habet latitudinem, ita fiet, vt genus definitionis formæ ſit particeps, quandoquidem longitudo omnis aut caret latitudine, aut habet latitudinem. & de rebus omnibus aut affirmantia, ant negantia vere dicuntur.Ita longitudo cum lineæ genus ſit, aut non habebit, aut habebit latitudinem. Atqui longitudo non habens latitudinem, ſpeciei ratio eſt. itemque habens latitudinem præſertim cum quod latitudinis expers eſt, & particeps, ſint differentiæ, ex differentia autem ac genere ſpeciei conſtat ratio & diffinitio, ita genus ſibi formæ definitionem vendicabit. Itemque differentiæ, quandoquidem altera differentiarum quas expoſuimus de genere dicitur neceſſario. Hic autem locus valet contra eos,qui ponunt ideas eſſe.Si enim non eſt ipſa longitudo, quonam tandem pacto de genere dicatur, quod aut latitudine caret, aut latitudinis eſt particeps?Debet enim alterum eorum de omni longitudine dici,ſiquidem futurum eſt, vt uere de genere dicatur. Quod non fit, cum ſint longitudines: quæ latitudine careant, & quæ habent latitudinem. Ergo hic locus contra eos ſolos valebit, qui genus vnum numero eſſe contendunt, quod ij faciunt, qui ideas ponunt. Nam & ipſam longitudinem & ipſum animal volunt genus eſſe. Quanquam in quibuſdam definiendis negatio adhibenda eſt neceſſario, cuius generi ſunt priuationes. Cæcum enim eſt id, quod aſpectum non ha-

bet tum, cum ei eſt aptus natura. Nihil auté intereſt, negatione res definiatur, an affirmatione eiuſmodi, cui neceſſe ſit negationem ex altera parte in diuidendo, reſpondere. vt ſi quis lineam, longitudinem, quæ latitudinem habeat, definierit. Quod enim habet latitudinem, ei quod ea caret, cum in eas quid diuiditur, reſpondet, præterea nihil, ita Rurſus in negationem genus tribuetur. Illud etiam videndum eſt, ſpeciem ne definiendo pro differentia dixerit. quod faciunt ij, qui conuicium cõtumeliam cum irriſione definiunt. Nam cum irriſio quędam ſit contumelia, fit, vt non differentia, ſed ſpecies ſit irriſio. Iam illud etiam, an genus in differentia definiendo numerarit, vt ſi quis virtuté, habitum bonum definiat. Eſt enim bonum uirtutis genus. Niſi forte non genus bonum eſt, ſed differentia, ſiquidem verum eſt illud, non poſſe idem in duobus generibus enumerari, quin vnum altero contineatur. Neque enim bono habitus, neque habitu bonum continetur, quandoquidem non omnis habitus bonus eſt, neque omne bonum habitus. Ita vtrunque eſſe genus nullo modo poteſt. Quod ſi habitus virtutis genus eſt, profectò bonum non uirtutis genus, ſed differentia eſt. Præterea habitus quid ſit, virtus declarat, bonum autem non quid ſit, ſed qualis indicat. Atqui quale quid ſignificat differentia. Videndum etiam eſt, an quid non quale quid, quæ data eſt differentia, declaret, quoniã qualitaté omnis differentia declarat. Atq; illud, etiam, forte ne an temere rei, quæ definiatur differentia conueniat. Vt enim nullum genus, ſic differentia nulla in ijs numeratur, quæ temere & caſu rei conueniunt, præſertim cum alicui conuenire, & non conuenire non poſſit differentia. Iam ſi de genere dicatur differentia, aut ſpecies, aut aliquid eorum quæ ſpeciei ſubiecta ſunt, nulla definitio eſt. Nihil enim eorũ quæ enumerata ſunt, de genere dici poteſt, quandoquidem in pluribus genus quam differentia reperiatur. Quod idem fiet, ſi de differentia genus dicatur, cum præſertim non de differentia genus, ſed de

ijs de quibus differentia dicatur. Veluti animal in homine, boue, cæteriſq; terrenis animalibus dicitur, non in ea differentia quæ de ſpecie dicitur. Si enim de ſingulis differentijs animal dicetur, certe multa animalia de ſpecie dici poterunt, cum præſertim in ſpecie differentia intelligatur. Præterea iſto pacto aut in ſpeciebus, aut in indiuiduis, omnes differentiæ numerabuntur, ſiquidem animalia eſſe ponantur. quandoquidem omne animal vel ſpeciei vel indiniduorũ nomen obtinet. Similiterq́; conſiderandum eſt, an ſpecies, vel aliquid eorum quæ ſubiecta, ſunt ſub ſpecie, de differentia dicatur, quod fieri non poteſt; quandoquidem ad plura differentia, quam ſpecies transfertur. Iſto etiã pacto fiet, vt in ſpecie differẽtia numeretur, ſi quid eorũ quæ ſpeciei ſubiecta ſunt de ea dicatur. Si enim de ea homo dicatur, certe homo differentia eſt. Illud etiam videndum eſt, an ſpecie non ſit prior differentia, debet enim vt genus ſequi. ſic ſpecie antecedere differẽtia. Illud etiam, an alterius generis ſit differentia ea, quæ producta eſt, quod quidem nec contineatur, nec contineat. Neque enim videtur duobus generibus data eadem differentia, quorum alterum ab altero minime contineatur. Sin ſecus, profecto illud etiam fiet, vt eadem ſpecies in duobus generibus, quorum vnum non contineatur ab altero. ex differentia enim genus concluditur, vt ex terreno & dipede, animal. Ita fit, vt in quo differentia etiam genus vtrunq; dicatur. Ex quo perſpicuum eſt, ſpeciem in duobus generibus eſſe, quorum vnum altero non comprehendatur. Niſi forte non omnino fieri non poteſt, vt eadem differentia duorum ſit generum, quorum neutrum alterum contineat: ſed adiungendum eſt, quorum vtrunque eidem minime ſubiicitur. Nam terrenum animal, & pennigerum animal genera ſunt, quorum neutrum alterum complectitur, quorum vtriuſque bipes differentia eſt: ita addendum illud eſt, quorum vtrunq; ſub idem genus nõ ſubiicitur. hæc enim duo animali ſubiecta ſunt. Illud etiam perſpicuum eſt, non neceſſario ex

omni differentia ſuum concludi genus, quãdoquidem eſſe duorum generum quorum vnum altero non contineturr, eadem poteſt quorumque altera neceſſe eſt ex ea concludi & probari, eaque quæ ſupra ſunt omnia: quemadmodum animal pennigerum vel terrenum ex bipede concluditur. Videndum etiam, an id, quod in aliquo eſſe quid ſignificat, differentiam naturæ explicarit. Neq; enim inter ſubſtantiam & ſubſtantiam hoc intereſt, quòd alicubi ſit. Itaque eos, qui animal in terrenum & aquatile partiuntur, reprehẽdunt: propterea quòd terrenum & áquatile in aliquo eſſe declarant. niſi forte in his non iure reprehendunt. Neque enim in aliquo eſſe aut alicubi aquatile & terrenum, ſed quale quid indicat, præſertim cum ſi ſit in loco, ſicco, tamen æque aquatile: & ſi in humido loco terrenum, non aquatile ſit futurum. Sed tamen hoc perſpicuum eſt, ſi quid eſſe in aliquo ſignificet differentia, in ea exponenda & explicanda peccari. Præterea videndum eſt, an perturbationem in differentia numerarit. Omnis enim perturbatio amplificata, ex ſtatu ſuo naturam dimouet, ex quo genere non eſt differentia. Magis enim ſtatum eius cuius eſt differentia, differentia conſeruat. neque fieri poteſt omnino, vt ſine ſua quicque differentia permaneat. ſublata enim terreni differentia, eſſe homo nullo modo poteſt. Quibus autem oommutatur id, in quo ea ſunt, eorum nihil illius differentia eſt: quandoquidem omnino eiuſmodi amplificata naturam è ſtatu ſuo dimouent. Quapropter qui talem aliquam differentiam dederit, in eo peccauit, quoniam differentijs omnino non commutare ſolemus. Iam ſi quis definiẽdo aliquid eorum, quæ cum aliquo conferuntur, non conſtituerit differentiam, quæ ad aliud aliquid referatur, errabit. Eorum enim, quæ cum aliquo conferuntur, tales etiam debent eſſe differentiæ. Quod in arte perſpici poteſt, quæ animo cernere, agere, & moliri dicitur. quæ ad aliquid referuntur omnia. Nam & rem omnino cernere & aliquid agere & aliquid moliri ac efficere dicitur. Illud etiam conſiderandum eſt, an ad id

definitionem

definitionem accõmodarit is qui rem definit, ad quod natura apta ſunt omnia, quæ cum aliquo conferuntur. Sunt enim quædam, quibus ad id ſolum vt licet, ad qđ natura aptum eſt vnumquodq; eorum, quę cum aliquo conferuntur. ſunt quibus etiam ad aliud licet, veluti aſpectu ad cernendum, tantummodo vti licet. at labro etiam quis hauriat, tamen ſi quis definiat, labrum inſtrumentum eſſe ad hauriendum, peccabit: quoniam ad id non eſt natum & comparatum. Definitio autem illius, ad quod natum & inſtitutum eſt, hæc eſt, id ad quod prudens, quia prudẽs ſit, vtitur, & propria cuiuſque rei ars & ſcientia. Peccabit etiam definiendo, qui rei, cui primum conuenit, non accommodat definitionem, quoties in pluribus intelligetur. vt ſi quis, exempli cauſa, prudentiam definiat, hominis aut animi virtutem, non eius partis animi, quæ rationis eſt particeps. Eſt enim prima ſedes prudentiæ in parte animi, quæ ratione vtitur, quandoquidem ex ea & animus, & homo prudẽs eſſe dicitur. Præterea ſi non habeat vim ad recipiendum id, ad quod expoſita eſt perturbatio, quæ definitur, vel affectio, vel quiduis aliud, vitioſe definiuit. Omnis enim affectio omnisq; perturbatio in eo ſita eſſe ſolet, cuius affectio & perturbatio, quem admodum ars in animo, cuius eſt affectio, ſita eſt. Interdum autem in his ipſis peccatur, velut ab ijs, qui aiunt ſomnum eſſe ſenſus imbecillitatem, & dubitationem, æqualitatem rationum cõtrariarum, & dolorem diſcordiam partium coniunctarũ natura, vehementiore motu excitatam. neq; enim ſomnus ineſt in ſenſu, quod neceſſe eſſet, ſi eſſet ſenſus imbecillitas. Itemq; ne dubitatio quidem in contrarijs rationibus ineſt, nec dolor in coniũctis natura partibus dolebunt enim res inanimæ, ſi quidem dolor eis aderit. Atque etiam illa ex eo genere valetudinis definitio eſt, apta compoſitio caloris & frigoris. Sic enim neceſſe erit valere res calentes & frigidas. Nam cum cuiuſq; rei apta compoſitio in illis ſit, quorum eſt apta compoſitio, certe in eis etiam valetudo inſit neceſſe eſt. Præterea, ita fiet, vt ij.

vt ij, qui ſic definiunt, id quod ſit in eo numerent neceſſario, quod vim habet ad efficiendum, aut contra. Neq;.n.dolor diſſenſio partium natura coniunctarum. ſed ꝙ ad eam efficiendam vim habet. nec imbecillitas ſenſus ſomnus, ſed alterum alterius efficiens eſt: quippe cum aut propter imbecillitatem ſenſus ſomno opprimamur, aut propter ſomnum, ſenſuum munere nõ fungamur. Itemq; dubitationem afferre ſolet contrariarum rationum æqualitas. Cum enim in vtranq; partem de aliqua re cogitamus, & paria ſunt momenta rationum, tum deniq; quid nobis agendum ſit, dubitamus. Iam omnium temporum habenda ratio eſt, ſicubi diſcrepent, vt ſi quis immortale animal, nunc non quod interit, definiat. Sic enim fiet, vt animal quod nũc interitus expers eſt, hoc tempore ſit immortale. Niſi forte in hoc id non eſt verum: eſt enim ambiguum, nũc interitus eſſe expers aliquid. Aut enim non interiſſe nunc ſignificat, aut non poſſe interire hoc tempore, aut eſſe hoc tempore eiuſmodi, vt nunquam intereat. Cum igitur dicimus, hoc tempore interitus expers eſſe animal, non hoc dicimus, tale eſſe nunc animal, vt nunquam occidat, hoc enim idem eſſet, quod immortale. Ita minime efficitur, vt id nunc ſit immortale. At tamen ſicubi id accidat, vt quod oratione explicetur, hoc tempore inſit, aut ſuperiore, id autem quod nomine declaratur non inſit, nunquam idem erit. Vſus ergo huius loci talis eſt. Atque etiam illud videndum eſt, id ne quod definitum ſit, alia oratione, ac ea quæ allata eſt, aptius explicetur. Vt ſi iuſtitia definiatur, ius ſuum cuiq; tribuens, iuſtus eſt enim potius qui ſuũ cuiq; vult tribuere, quàm qui id poteſt. ex quo ſit vt non ſit iuſtitia ius ſuum cuiq; tribuens, præſertim cum is demum iuſtus ſit, qui ſuum cuiq; pro dignitate tribuere velit. Illud etiam vitioſum eſt definiendi genus, cum res acceſſionem recipit, id autem quod oratione explicatur, non recipit, aut contra, cum id, quod oratione explicatur, recipit, res autem non recipit acceſſionem. Aut enim vtrunque, aut neutrum ca

pere

pere debet, ſiquidem idem eſt quod oratione explicatur, & res ipſa Vitioſum etiam illud genus eſt, cum vtrunq; acceſsionem illud quidem recipit, ſed non ſimul.vt ſi amor cupiditas concubendi definiatur. Cum enim is, qui vehementius amat . non magis concubitum appetat, fit vt non recipiat ſimul vtrunq; acceſsionem:quod quidem deberent,ſi quidem idem valerent. Quod idem fit,ſi propoſitis duobus, de quo magis res dicetur, de eo minus dicetur oratio. Vt ſi ignis definiatur corpus tenuiſsimum. Nam & ignis luce magis flamma eſt, & corpus tenuiſsimum flamma eſt minus luce.Atqui vtrunq; eidem magis conuenire deberet, ſi quidem idem valent. Vitioſum etiam eſt definiendi genus,ſi,duobus propoſitis,vnum vtrique æque conuenit, alterum non æque, ſed alteri magis. Item cum duo complectitur diffinitio, quorum vtrunque compleatur.vt ſi pulchrum definiatur id eſſe, quod vel oculos,vel aures demulceat, & id quod eſt, quod pati, vel facere quid poteſt. Sic enim ſimul idem & pulchrum erit & non pulchrum, itemq; idem erit & non erit: quandoquidem quod aures mouet ac demulcet, idem erit quod pulchrum. Ita quod non demulcet aures, idem valet,quod id, quod minime pulchrũ eſt. Rebus enim eiſdem eadem data ſunt contraria. Contrarium autem eſt pulchro id, quod pulchrum non eſt, eiq;, quod ſenſum auriũ ſuauitate quadam mouet, id, quod non mouet ſenſum aurium. Perſpicuũ eſt igitur, idem valere id, quod non mouet aures ſuauitate quadam, & id quod non eſt pulchrum. Si quid igitur eſt, quod ſenſum oculorum moueat, non aures, id & pulchrum & non pulchrum futurum eſt. Eodemq; modo idem eſſe & non eſſe doceremus. Iam vero ſi orationes pro nominibus ſumamus & generum & differentiarum, & eorum omnium, quæ definitio complectatur, an aliquid eorum diſcrepet, videndum eſt. Quod ſi res, quæ definitur in ijs ſit, quæ cum aliquo conferuntur, vel per ſe vel generis ſocietate cõſiderandum erit, an in definitione expreſſum non ſit id, cum quo vel ipſa

per

per ſe, vel generis communione conferatur, vt ſi quis ſcientiam opinionem immutabilem definiat, vel voluntatem cupiditatem ab ægritudine vacuam. Eorum enim omnium, quæ cum aliquo conferuntur natura, ad alterum refertur, quandoquidem vniuſcuiuſque eorũ, quæ ex illo ſunt genere, natura idem valet, quod ad aliquid quodammodo affectum eſſe. Debuit ergo ſciẽtia definiri, opinio de eo quod ſcientia continetur, & voluntas boni cupiditas. Quod item fiet, ſi grammatica literarum ſcientia definiatur. Exprimendum enim fuit definitione, cum quo ipſa genusúe conferretur. Aut illud videndum eſt, an alicuius eorum, quæ cum aliquo conferuntur, non ad finem directa ſit definitio, finis autem vnicuique propoſitum eſt quod optimum eſt. aut quo cætera omnia referuntur. Ita aut quod optimum eſt, aut finis & extremum exprimi debet. Vt cupiditatem non rei, quæ voluptatem affert, ſed ipſius voluptatis. quippe cum eius gratia etiam id, quod eam efficit, expetamus. Videndum etiam eſt, id ne ad quod retulerit, in ortu vel actione cõſiſtat. Nihil enim eorum finis eſt. egiſſe enim, & ortum eſſe, finis potius nomen, quàm vel oriri, vel agere obtinet. Quanquam non in omnibus rebus ita eſt: ferè enim omnes voluptatem capere ex quaque re malunt, quàm deſijſſe capere. ita agere potius finem conſtituunt, quàm egiſſe. Iam in quibuſdam ſi quanta qualiaq; ſint. & vbi fiant, itemq; cæteræ diſſimilitudines minime explicentur, vitioſa erit definitio. Vt ſi non aperiatur, qualis & quantæ gloriæ cupidus ſit ambitioſus. nam quoniam omnes gloria ducuntur, non ſatis eſt cupidum gloriæ dicere eum, qui gloriæ ſit appetens: addendæq; ſunt differentiæ, quas enumerauimus. Itemq; ſi auarus definiatur, quanto ſtudio pecuniæ teneatur, exponendum eſt; aut ſi impotẽs, quarum voluptatum ſit, in quibusq; verſetur. Neq; enim ſi quis qualicunq; & quauis voluptate vincatur, is continuo impotens habendus eſt: ſed is demum, qui certa quadam ſuperetur voluptate. Eiuſdem generis ſunt definitiones, & qua noctem defi

niunt

niunt vmbram terræ,& qua terremotum, motum terræ,& qua nubem,aeris craſſitudinem, & qua ventum, aeris motionem. Addendum enim quantum,& quale id ſit,& vbi fiat,& vnde. Quod eodem modo de alijs eiuſdem generis iudicandum eſt. Qui enim quamuis differentiam prætermittit, is naturam rei non explicat. In id autem quod prætermiſſum eſt, omnis ſemper dirigi debet argumentatio. Non enim ſi quomodo cunq; quãtũlibet terra mota ſit, continuo terremotus eſt: nec ſi aer quoquomodo aut quouis pellatur, ventus eſt. Eodem modo peccatur in appetionibus definiendis, cum quod videtur, non adijcitur, in cæterisq; omnibus, in quibus illud adijciendum eſt. vt ſi voluntas definiatur appetitio boni, & cupiditas appetitio rei, quæ voluptatem efficit, nec addatur, eius quod bonum videatur, aut eius rei, quæ voluptatem efficere videatur. Sæpe enim ignorant ij, qui cupiditate tenentur bonum eſſe, aut iucundum eſſe id, quod cupiunt. Ita non eſt neceſſe id eſſe bonum, aut iucundum, ſed modo videri. debuit ergo eo pacto explicatio fieri. Quod ſi ita, vt dixi, rem tradat & aperiat, ad ſpecies impellendus erit is, qui ponit ideas eſſe. Neque enim idea eſt in vlla re, quæ eſſe videatur, & appareat, & ſpecies ad ſpeciem referri videtur. vt ipſa cupiditas ipſius iucundi eſt, & ipſa voluntas ipſius boni. Non igitur eius quod bonũ eſſe videatur, ipſa voluntas erit. neq; rei, quæ voluptatem afferre videatur, ipſa cupiditas. ita non eſt eius quod bonum eſſe videatur, nec eius quod voluptatem afferre videatur. Abſurdum eſt enim, eſſe aliquid ipſum viſum bonum, aut iucundum. Iam ſi habitus definitio explicetur, ex eo in quo eſt habitus ducetur argumentum: & ſi eius in quo eſt habitus ex habitu. Itemq; in cæteris talibus. vt ſi iucundum dicatur quod prodeſt, etiam qui voluptate afficitur, adiuuatur. In definitionibus autem eius generis, fit, neſcio quo modo, vt is, qui rem definiendo aperit, plura vno definiat. Qui enim ſcientiam definit, quodammodo etiam definit ignorationem, itemq; is, qui quod doctum & indo-

ctum

ctum eſt, ſcire & ignorare. Si enim primum planum fiat, quodammodo etiam perſpicua fient omnia. Quapropter in his talibus, ſi quid diſcrepet, ex ijs locis, quos in contrarijs & coniugatis expoſuimus, argumenta ducemus. Atq; in ijs etiam, quæ cum aliquo conferuntur, videndum eſt, an ad quod genus accommodatum eſt, etiam ad illud aliquid relata ſit forma. Vt ſi opinio cum eo quod opinabile eſt confertur, etiã opinio quædam cum quodam opinabili conferetur. Et ſi res multiplex ad ſubmultiplicem refertur, etiam quædam multiplex ad quandam & certam ſubmultiplicem referetur. Si enim non ita explicata res eſt, profecto vitioſa erit definitio. Et illud videndum an contrarij explicata expoſitaq; ſit definitio contraria, vt ſit ne ſimplicis definitio contraria dupli definitioni. Si enim duplum eſt quod pari vincit, etiam ſimplum erit quod pari rei vincitur. Eadem eſt ratio eorum contrariorum quæ aduerſa dicuntur. Contrarij enim contraria erit definitio, vna quadam contrariorum coniunctione, hoc modo. Si id prodeſt, quod bono afficit, etiam id obeſt, quod malis afficit, aut quod bonis priuat. Alterum enim eorum contrariũ ſit eius quod priore libro dictum eſt, neceſſe eſt: ꝙ ſi neutrum contrarium ſit eius quod initio expoſitum eſt, certe neutra eorum, quæ poſterius expoſita ſunt, eſſe contrarij definitio vllo modo poteſt: ita ne ea quidem, quæ initio data eſt, vere & recte fuit explicata & conſtituta. Quoniamque contraria ſunt quædam, quæ alterius priuatione dicuntur, vt inæqualitas æqualitatis priuatio videtur eſſe. Inæqualia enim ſunt, quæ non ſunt æqua & paria: profecto id ſemper, quod priuatione dicitur, altero contrario definitur neceſſario, alterum non etiam neceſſe eſt illo, quod ex priuatione nominatur definiri. Sic enim fieret, vt vtrunq; ex altero cognoſceretur. Quare hoc vitium in contrarijs animaduertere debemus. vt ſi quis æqualitatem definiat, id quod inequalitati contrariorum eſt. definiẽdo enim aperit rem, eo quod ex priuatione appellatur. Iam vero

ro neceſſe eſt eum,qui ita definiat, ea re vti, quæ definiatur. Quod ita intelligetur ſi cum nomine commutetur oratio. Quando enim nihil intereſt inæqualitatem dicamus, an æqualitatis priuationem, certe erit æqualitas contrarium æqualitatis priuationi. ita eadem re vſus eſt. Quod ſi neutrum contrariorum priuatione dicatur, eodemqúe modo explicetur definitio, vt,bonum eſt quod malo eſt contrarium, certe bono malum erit contrarium. Eorum enim,quæ ita contraria ſunt, ſimiliter explicanda definitio eſt. Sic rurſus fiet, vt eam ipſam rem, quæ definiatur,adhibeat in definitione, præſertim cum inſit bonum in mali definitione.ita ſi bonum malo contrarium eſt, malum autem nihil refert,dicas,an quod bono eſt contrarium, efficietur, vt bonum contrarium ſit eius, quod bono contrarium eſt.ex quo perſpicuum eſt, eodem vſum eſſe eum,qui ita definiat. Vitioſa etiam definitio eſt, cum ita aliquid eorum quæ priuantia ſunt aperitur, vt cuius ſit priuatio, veluti habitus ne,an contrarij,an cuiuſuis minime explicetur. Quod idem fiet, ſi cuius aut in quo ſolet eſſe priuatio, non addatur omnino, aut in quo primo ſoleat habitare. vt ſi quis ignorationem priuationem eſſe dicat,nec addat priuationem eſſe ſcientiæ,aut non adiungat in quo verſari ſoleat,aut ſi adiungat,nō dicat in quo primo id habitare ſoleat. vt ſi quis non in ea parte animi, quæ rationis eſt particeps,ſed in homine vel in animo aliquid ſitum eſſe definiendo explicet. Si enim quiduis horum prætermiſerit,aberrabit. Eodemqúe modo ſi quis cecitatem, non aſpectus priuationem in oculis dixerit. Qui enim vim & naturam,rei alicuius accommodate apteqúe explicare vult definiendo, is debet & cuius rei ſit priuatio, & quæ res priuetur exponere. Illud etiam conſiderandum,an priuatione explicetur quod non numeratur in priuantibus. Qui quidem error in ignoratione verſari videtur ijs, qui ignorationem negatione non definiunt. Quod enim artis & ſcientiæ expers eſt, id ignorare minime videtur,ſed id demum,quod errat

& fallitur. itaq; nec res inanimas, nec pueros ignorare dicimus. Ita non priuatione ſcientiæ ignorantia dicitur. Iam illud videndum eſt, an ſimilibus nominis caſibus ſimiles definitionis caſus reſpondeant. vt ſi id prodeſt quod efficiens eſt valetudinis, vtiliter, accommodate ad valetudinem efficiendam, etiam quod profuit id valetudinem effecit. Spectandum eſt etiam ex idea, ſit ne vera & propria, quæ data eſt definitio. in nonnullis enim non contingit. Quemadmodum Plato definit, mortale, adiungens animantium definitionibus. Si enim idea eſt, certe non eſt mortalis, veluti ipſe homo, ita ideæ minime conueniet definitio. Omnino neceſſe eſt, ſi addatur id, quod efficiens eſt, aut patibile, in idea diſcrepare definitionem. Impatibiles enim & immutabiles videntur ideæ ijs, qui ideas defendunt. Quales definitiones contra eos valent.

Vitioſum etiam genus definiendi eſt, ſi omnium eorum, quæ ambigue dicantur, communis vna definitio ſtatuatur. Cum ſynonyma ſint ea, quorum vna eſt nomini congruens definitio, nullius certe eorum, quæ nomen complectitur, propria definitio eſt, quandoquidē æque omnibus homonymum conuenit. Quod etiam vitium in vitæ definitione reperitur, quam Dionyſius tradidit, motus generis quod aliter, coniūctus comeſq; naturæ. Neq; enim id inanimantibus magis ineſt: quam in ijs, quæ terra gignuntur, cum interim vitæ nō vnum genus ſit, aliudq; vitæ genus animantibus, aliud ijs quæ è terra gignuntur, tributum eſſe videatur. Atq; fieri poteſt, vt arbitratu noſtro ſic definitionem vitæ explicemus, quaſi ſit ſynonymum verbum, vnumq; ſit genus vitæ, ſic nihil etiam prohibet, eum qui homonymam & ambiguum perſpiciat, velitq; alterius definitionem tradere, ita diſſimulanter facere, vt non propriam, ſed cōmunem vtriq; ſtatuat definitionem. Sed tamen, vtrouis genere definiendi vtatur, certe aberrabit. Quoniā autem quædam homonyma obſcura ſunt, is quidem qui interrogat, eis pro ſynonymis vti debebit, non enim alteri vnius conueniet definitio. Ita alter

ter quodammodo definijſſe non videbitur, quoniam in omnia conuenire debet ſynonymum. is autem qui reſpondet, ambiguum debet diſtinguere. Quoniamque nonnulli eorum, qui rem aliquam defendunt in diſputationibus, ſynonymum ambiguum eſſe dicunt, quoties non conuenit in omnia, quæ ſtatuta eſt definitio, & ambiguum in ſynonymis ducunt, ſi vtriſq; conueniat, ante conuenire debet, quæ illa ſint, aut ante ratiocinandum eſt & concludendum ambiguum eſſe, aut ſynonymum, aut vtrumlibet. Facilius enim cõcedunt ij, qui quid ſequatur non prouident. Quod ſi non conuenerit inter eos, qui diſſerũt, & aliquid ſynonymum ambiguum eſſe dicat, propterea quod ea definitio, quę data eſt in hoc vel illo minime intelligatur, tum videndum eſt, an huius vel illius in cætera conueniat definitio. Perſpicuum eſt enim id reliqua omnia communi quadam nominis ſocietate complecti. Sin minus, plures certe erunt reliquorum definitiones. duæ enim nominis definitiones ad ea accommodabuntur, & prior, quæ data eſt, & poſterior. Rurſus, ſi quis quid eorum, quæ multis modis dicuntur definiat, neq; in ea omnia, quę verbum ambiguum complectitur, definitio conueniat, quod ambiguum non dicat, & nomen nec omnibus conuenire, quoniam ne definitio quidem in omnibus reperiatur, cõtra eum afferre debemus, appellatione vtẽdũ eſſe ea, quæ & tradita ſit, & conſequatur, nec illam equum eſſe infirmare, quædam autem eſſe in quibus a vulgi conſuetudine diſcedendum eſſe videatur.

CONCLVSIONES.

Omnis differentia ſpecifica cum genere facit ſpeciem.

In definitione poni debet genus proximum, uel omnes differentiæ proximum genus determinantes.

Quælibet paſſio magis facta abijcit a ſubſtantia, differentia uero ſaluat id, cuius eſt differentia.

Synonyma ſunt quorum eſt una nominis definitio.

De locis acceptis a definitionibus rerum compoſitarum. Cap. III.

SI autem alicuius eorum verborum, quæ coniuncta ſunt, definitio ſtatuatur, detracta alterius eorum, quæ copulata ſunt oratione, an reliqua ei quod reliquum eſt conueniat, videndum eſt. Si enim ſecus, profecto ne tota quidem toti conueniet vt ſi quis hoc totum lineam finitam rectam definiat, extremitatem plani habentis extremitates. cuius medium extremitatibus adiungitur, ſi finitę lineę hęc definitio eſt, extremitas plani quod habet extremitatis, hæc reliqua debet eſſe recti definitio, cuius medium extremitatibus addatur. Atqui linea infinita nec medium habet nec extremitates, cum interim recta ſit, ita non eſt eius quod reliquum eſt, reliqua definitio. Vitioſum etiam definiendi genus eſt, cum id, quod definitur, copulatum eſt, eiq; attribuitur definitio eiuſmodi, quæ æqualibus & paribus quaſi membris reſpondeat. Definitio autē paribus membris refertur, cum quot ſunt coniuncta, totidem etiam ſunt & nomina & verba in definitione. In his enim talibus ipſorum nominum aut omnium, aut aliquorum mutatio facienda eſt neceſſario: quandoquidem non plura ſunt hoc tempore, quàm ſuperiore nomina. debetq; is qui definit, pro nominibus omnibus maxime, ſin minus pluribus explicare definitionem. Sic enim ſimplicia verba nunquam definiat is, qui verba commutat, vt ſi pro veſte tunicam. Vehementius etiam in definiendo errabit, ſi verba magis dubia aſſumat. vt ſi pro homine albo, terrigenam & mortalem candidum. Neq; enim definiuit, cum minus apertum & perſpicuum ſit, quod ita dictum eſt. Atq; etiam in commutandis verbis, illud videndum eſt, an definiendo non idem eſſe declararit. Vt ſi quis artem, quæ rem animo cernit, definiat opinionem, quæ rem animo cernit & contemplatur. Opinio

nio enim non eſt idem quod ars & ſcientia: quod quidem deberet, ſi modo totum idem ſit futurum. Nam ꝙ animo rem cernit & contemplatur, in vtraq; oratione eſt, quod reliquum eſt ab his abhorret. Iam ſi quis alterum verbum commutet, neq; differētiam, ſed genus commutet, vitioſa erit definitio. Quod in exemplo quod modo protuli cernere licet. hoc enim totum, quod rem non cernit & contemplatur, verbo artis obſcurius eſt, quoniam hoc genus eſt, illud differentia, & genus, quoniam latiſſime patet, omnium eſt clariſſimum & planiſſimum. Ergo non genus mutandum fuit, ſed differentia: quandoquidem obſcurior eſt. Niſi forte ridicula hæc reprehenſio eſt. præſertim cum nihil prohibeat differentiam notiſſimo verbo ſignificari, genus non item. Quæ cum ita erunt, certe generis, non differentiæ nomen mutandum erit. Quod ſi quis non nomen pro nomine, ſed orationem pro nomine mutet, profecto magis differentiæ quàm generis explicanda definitio eſt. quandoquidem rei illuſtrandæ & cognoſcendæ gratia definitio traditur, & minus nota differentia quam genus eſt. Si vero differentiæ definitionem explanarit, an ad aliquid aliud definitio transferatur, videndum eſt. Vt ſi numerum imparem dicat, numerum, qui medium aliquid habet, exponendum eſt, quemadmodum medium habeat. Nā & numerus in vtraque oratione eſt, & imparis verbum in definitione mutatum. Atqui medium aliquid & linea & corpus habent, cum non ſint imparia. Non igitur propria eſt illa imparis definitio. Quod ſi multis modis dicatur id, quod medium aliquid habet, diſtinguendum eſt, quemadmodum medium complectatur, ita aut refelletur reprehenderturq; definitio, aut vitioſa eſſe concludetur. Præterea, vitioſa etiam erit, ſi id cuius definitio ſtatuitur, in iis, quæ ſunt, numeretur, quod autem definitioni ſubijcitur, non numeretur. vt ſi quis, exempli gratia, rem albam eſſe dicat, colorem cū igne permixtum. neq; enim quod expers eſt corporis, permiſceri poteſt cum corpore. Ita color

permixtus & confuſus cum corpore nullus eſt, & aliquod albũ eſt. Iam ij omnes, qui non diſtinguunt in ijs, quæ cũ aliquo conferunt̃, id, cũ quo conferunt̃, pluraq; complectunt̃ dicendo, aut omnino aut quadam ex parte, vitioſe definiunt. vt ſi quis, exempli cauſa, medicinã dicat artem eſſe eius quod eſt. Nam ſi nullius eorum, quæ ſunt, medicina ars eſt, certe vitioſa falſaq; eſt omnino definitio. Sin alicuius eſt alicuius non eſt ars quadam ex parte falſa eſt, debet enim eſſe omniũ, ſi quidẽ per ſe non temere & caſu eorum, quæ ſunt eſſe dicitur id ꝙ in cæteris, quę cũ aliquo conferunt̃ perſpici licet. Quicquid enim ſcientia & arte continetur cũ ſcientia & arte confert̃. Eadem eſt cæterorum ratio, quãdoquidem, quæ cum aliquo conferunt̃, reciprocantur omnia. Omne enim quod arte continet̃, in ijs eſt, quæ cum aliquo conferuntur. Præterea, ſi is, qui non per ſe, verum fortitudo & caſu rem explicat, recte explicet & aperiat definiendo, non cum vno, ſed cum pluribus vnumquodq; eorum, quæ cum aliquo conferuntur, comparabit. Nihil enim prohibet, eandem rem & eſſe albam, & bonam eſſe. Itaq; vt cum quouis eorum collatum quid definiat, recte definierit, ſi modo is qui re aduentitia temere aliquam explanat, recte explanat. Poſtremo hæc talis definitio propria rei, quæ explicata eſt & data, eſſe non poteſt. Neq; enim medicina ſola, ſed pleręque etiam aliæ artes in rebus, quæ ſunt verſantur: ita vnaquæque ars in eo quod eſt, verſabitur. ex quo perſpicuum eſt, hanc ipſam nullius artis eſſe definitionẽ, præſertim cum propria non cõmunis definitio eſſe debeat. Sed interdum non rem nudam, verum rem, quæ in laude verſatur, beneq; affecta & perfecta eſt, definiunt, quo ex genere oratoris & furis definitio eſt. Si enim oratoris eſt, qui quod in quaq; re ad faciendam fidem valet, perſpicere poteſt, neq; quicquam eorũ prętermittit, & futuris qui clam accidit, certe vterq; bonus erit, qui ſit eiuſmodi, & orator bonus, & fur bonus. Neq; enim fur eſt qui clam ſumit, ſed qui vult clã ſumere. Rurſus vitioſa erit definitio, ſi id quod per ſe

expeten-

expetendum eſt, vt ad agendum faciendumúe impellens, aut quiduis propter aliud expetendum, explicet. Vt ſi iuſtitia, legum cuſtos, vel ſapientia beatæ vitæ effectrix definiantur. Efficientia enim & cōſeruantia in rebus ſunt, quæ propter aliud expetuntur. Et quãquam nihil prohibet, id quod propter ſe expetitur, etiam propter aliud expetendum, tamen in eo peccatur, ſi quis ita id quod propter ſe expetendum eſt definiat. Nam cum in cuiuſq; rei vi & natura explicanda optimum quicq; adhibendum ſit, id autem quod propter ſe expetitur, ei quod propter aliud anteponatur, fit vt illud ipſum potius ſignificare debeat definitio. Atque etiam illud conſiderandum eſt, is ne, qui aliquid definit, hoc & illud eſſe, an ex hoc & illud eſſe definiat. Nam ſi hoc & illud eſſe definiat, fiet, vt & vtriq; conueniat & neutri vt ſi quis exempli gratia, iuſtitiam definiat temperantiam eſſe & fortitudinem. Nam ſi duo ſunt, quorum vterq; altero ſit præditus, vterq; & neuter iuſtus erit. quandoquidem ambo iuſtitiam habẽt, & vterq; non habet. Quod ſi hoc non videtur admodũ abſurdum eſſe, propterea quod in alijs quibuſdam hoc contingit (nihil enim prohibet duos habere minam, & neutrum habere) at illud certe perabſurdum videbit, eiſdem contraria conuenire. Quod fiet, ſi eorum vnus temperantia & ignauia ſit præditus, in altero fortitudo & intemperantia inſit. Vterque enim iuſtitiam & iniuſtitiam habebit. Si enim iuſtitia eſt fortitudo & temperantia, iniuſtitia etiam ignauia erit & intemperantia. Omninoq; omnia argumẽta, quæ ſumi poſſunt ad demonſtrandum totum non eſſe idem quod partes, ad efficiendum id quod dictum eſt, valebunt: quippe cum is, qui eiuſmodi definitionem ſtatuit & inducit, idem eſſe partes, & totum confirmare videatur. Aptiſſima autem omnium in hoc genere argumenta ducent ab ijs, in quibus aperta & perſpicua partim compoſitio eſt, cuius generis eſt domus: & ſi qua ſunt ſimilia. Perſpicuum eſt enim ſi partes ſint, nihil prohibere nõ eſſe totum. Ita non ſunt idem totum & partes. Si vero

res,quæ definiatur non eſſe hoc & illud, ſed ex hoc & illo conſtare dicat,primũ videndũ erit, an vnũ aliquid ex ijs ipſis minime natura conſtare queat.Quædam.n. veluti linea & numerus,ita affecta ſunt inter ſeſe,vt nihil ex eis effici poſſit. deinde id ne quod definitione apertum eſt,& in vna re aliqua prima ſitũ eſſe ſoleat, ea autem,ex quibns ipſum conſtare ille dixerit,non in vna re prima ineſſe ſoleat, verum vtrunq; in altero. Perſpicuum eſt enim ex ijs, nunquam illud ex his conſtare poſſe,præſertim cũ in quo partes,etiam totum neceſſe ſit exiſtere. Ita non in vna re prima totum, ſed in pluribus inerit. Quod ſi & partes & totũ in vna re prima inſint,illud conſiderandum eſt, an nõ in eadem re, ſed in alia partes,in alia totum. Tum ſublato toto, an vna etiam partes tollantur, & intereant, videndũ eſt. Contra enim effici debet, vt interemptis partibus, totum intereat,interempto vero toto,nõ neceſſe eſt pars interire. Aut illud,an totum bonum vel malum eſt, & partes neutrum,vel contra, partes in bonis aut in malis ſint,& totum in neutro. Neq;.n. ex re vlla,quæ nec bona,nec mala eſt,aliquid quod bonum ſit aut malum effici poteſt,neq; ex ijs quæ ipſa mala ſunt vel bona, fieri,aliquid poteſt,quod ſit in malis vel bonis. Aut maius ne altera pars bonum ſit,quam altera malum,quod autem ex ijs conſtare dixerit, non ſit maius bonum quàm malum. Vt, ſi, exempli gratia, imprudentia & fortitudine & falſa opinione cõſtare dicatur. quorum fortitudo maius bonum eſt,quam malum falſa opinio. Debuit igitur etiam id, quod ex illis eſt,& maiore eſſe conſequens, & eſſe aut bonum omnino, aut maius bonum,quam malum. Quod non neceſſe eſt,niſi vtrunque per ſe in bonis malisue ducatur: quippe cum multa efficientia per ſe non ſint illa quidem bona,coniuncta autem & commixta cum quibuſdam, in bonis numerentur. Alia ſunt contra, quorum vtrunq; bonũ eſt: quæ ſi coniungantur,vel mala erunt,vel indifferentia. Quod autem poſterius dictum eſt, facillime in rebus ſalubribus vel peſtilentibus perſpici poteſt. Quædam

enim

enim medicinę eam vim habēt,vt & vtraq; per ſe proſit,& ſi coniunctæ mixtæq́; adhibeantur,ſint obfuturæ. Iam illud quoq; videndum eſt, an ex meliore & deteriore parte aliquid conſtare dicatur, quorum meliore totum non ſit deterius,& deteriore præſtantius. Quanquam autem hoc non neceſſarium eſt, niſi per ſe ſint ea,ex quibus illud cōcretum eſt, in bonis, tamen nihil prohibet totum in bonis nō numerari. quod in ijs quæ modo cōmemorani, perſpici licet. illud etiam, eodem ne nomine totum & pars altera appellentur. Non.n.debent,ſicuti nec ſyllabæ quidem, quoniam nec ſyllaba, nec quicquam eorum elementorum, ex quibus cōſtat, eodem appellantur nomine. Vitioſum etiam eſt,rationem concretionis non exponere. Non enim ſatis eſt ad aperiendum declarandumq́; aliquid,id ex his,vel illis conſtare dicere, præſertim cum eorum omnium, quæ concreta ſunt,vis & natura non ſit ex his vel illis conſtare, ſed hoc vel illo modo ex his, vel illis effici. Id quod animaduerti licet in domo. Neq; enim ſi quæ res quouis modo diſponatur, continuo domus erit. Quod ſi quid eſſe hoc cum illo definiat, primum admonendus eſt hoc cum illo aliquid eſſe, idem quod hoc & illud, aut quod eſſe ex hoc & illo valere. Qui enim dicit aliquid mel cum aqua eſſe, is vel mel & aquam dicit eſſe, vel ex melle & aqua conſtare. Ita ſi vtrumuis horum idem eſſe concedat, quod eſſe hoc cum illo aliquid, eadem omnino ſumenda erunt argumenta, quæ ad vtrunq; refellendum ſupra expoſuimus. Deinde, diuiſione adhibita, quot modis aliquid cum alio dicatur eſſe, nullo modo ne hoc cum illo ſit, videndum erit. Vt ſi dicatur aliquid eſſe cum alio, vel vt in aliquo eodem, q̃ ea capiat, veluti iuſtitia & fortitudo in animo inſunt, vel in eodem loco, vel in eodem tempore, & nullo modo id quod quæritur de his vere dicatur, profecto nullius erit propria & vera ea: quæ ſtatuta eſt definitio, quandoquidem nullo modo hoc cum illo eſt. Sin diuiſione adhibita, quot modis aliquid cum altero eſſe dicatur, vere ſit in eo-

deni tempore vtrunque, videndum eſt, an vtrunque minus ad eundem finem pertinere poſſit. vt ſi quis fortitudinem definiat, audaciam cum recta ratione. fieri enim poteſt, vt audacia prouectus ſit aliquis ſpoliandi, cum recta ratione ac intelligentia de rebus ſalubribus ſit prædītus. Atqui non habebitur fortis is, qui eodem tempore hac re cum illa valebit. Iam vero illud etiam, an ad idem vtrunq; referatur, vt ad res medicas: nihil enim prohibet, aliquam audaciam & rectam intelligentiam ad medicinam afferre: cum interim fortis non erit is, qui hoc cum illo coniunxerit. Neq; enim ad illud & aliud vtrunq; eorum referri debet, neq; ad quamuis eandem rem, ſed ad finem fortitudinis: qualia ſunt Martis & belli pericula, aut ſi quis alius magis ei propoſitus eſt finis. Sunt autem quædam, quæ non in eam, quam expoſui cadant diuiſionem. vt ſi ira, ægritudo eſt cum contemptus opinione. hoc enim declarat, ex opinione eiuſmodi naſci ægritudinem. hoc autem ex illo naſci, non idem eſt quod hoc cum illo eſſe, vllo genere eodem, quæ expoſita ſunt a nobis. Rurſus, ſi quis definiendo aliquarnm rerum concretionem, totum eſſe dixerit: vt corporis & animi concretionem eſſe animal. illud videndum eſt, an qualis ſit concretio explicarit: vt ſi quis definiendo carnem vel os, dixerit eſſe, ignis, terræ aeriſq; concretionem. neq; enim ſatis eſt concretionem dicere, ſed qualis ea ſit, exponendum eſt: quandoquidem non ſi quouis: non hæc ipſa coaleſcant, continuo caro naſcitur: ſed ſi hoc modo coaleſcant, caro: ſin illo modo, os gignitur: præſertim cum omni concretioni direptio & diſſolutio contraria ſit, neq; ſit vlli eorum, quæ expoſuimus. Iam ſi æque probabile eſt, eſſe quod concretum eſt concretionem, aut nihil, nullum autem animal, quorum vnumquodq; concretum eſt, concretio eſt: ne vllum quidem eorum, quæ concreta ſunt, concretio erit. Præterea, ſi pari ratione alicui conuenire natura ſua ſolent contraria, & altero rem definiendo aperuerit aliquis, certe non ve-

ra erit definitio. Sin ſecus, profectò plures eiuſdē rei definitiones erunt. Qui enim hoc potius, quàm altero rem definierit, quandoquidem æque in eodem vtrunq; reperiri ſolet? Ex quo genere eſt illa animi definitio, natura capax ſcientiæ. Pari enim ratione ignorationis eſt capax. Quòd ſi cui ad totam definitionem, euertendam nullum ſuppetat argumentum, propterea, quod totum obſcurum eſt & abſtruſum, is ad partem aliquam, quæ nota erit, & non rectè explicata videatur, omnem argumentationem dirigere debebit. Euerſa enim parte, tota etiā euertetur definitio. Quęque obſcuræ ſunt definitiones, eas, ita vt expoſui, omnes exquirere ac conſiderare debemus, corrigēdo & reſtituendo, vt & aliquid lucis & argumentorum copiam afferamus. Neceſſe eſt enim eum, qui audire vult, aut quod ab eo, qui interrogat aſſumitur approbare, aut certe ipſum, quod tandem definitione aperiatur exponere. Iam vero, quemadmodum in concionibus legem ſunt ſoliti ferre, quæ ſi melior ſit, ſuperiorem abrogant, ſic in definitionibus faciendum eſt, aliaq; inducenda eſt definitio. Si enim verior videatur, magiſq; id, quod definitur declarare, certe euerſa erit prior: quandoquidem non ſunt eiuſdem rei plures definitiones. Ad omnes autem definitiones non minima in eo vis eſt, ſi id, de quo agitur, ipſe tecum conſiderare definias, aut definitionem, quæ rectè tradita & explicata ſit, aſſumas. Nam, vt maior quædam nobis argumentorum copia ſuppetet, neceſſe eſt quaſi exemplar, & quid in definitionibus prætermiſſum ſit, & quid redūdet intueri. Ac de definitionum quidem locis hactenus.

CONCLVSIONES.

Fur eſt non tantum qui clam ſumit, ſed qui clam ſumere uult.

Sexti libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE Topicorum. Lib. VII.

SVMMA LIBRI.

De uarijs locis eiuſdem & diuerſi, & conſtructionis & deſtructionis prædicatorum.

Loci de eodem & diuerſo. Caput primum.

NVNC vtrum id, de quo agitur idem ſit, an alterum, eo genere quod de eodem maxime proprium expoſui, dicendum eſt. Idem autem maxime proprie dixi, quod vnum eſt numero. Ac primus locus ſumitur ex caſibus coniugatis & contrarijs. Si enim iuſtitia & fortitudo idem ſunt, iuſtus & fortis idem erunt, & iuſte idem quod fortiter. Eadem eſt contrariorum ratio. Nam ſi qua eadem ſunt, eorum etiam contraria eadem in quauis repugnantia eorum, quas expoſui. Nihil enim intereſt huic, an illi contrarium ſumatur, quandoquidem eadem ſunt. Alter locus ex ijs ducitur, quæ vim habent efficiendi quid vel interimendi, itemq; ex ortu & interitu, & vno nomine ex ijs, quæ ad vtrunque eodem modo affecta ſunt. Quæ enim omnino eadem ſunt, eorum etiam origines, & interitus ijdem ſunt, & ea, quæ vim habent efficiendi, & ea, quæ interimendi. Atque etiam illud videndum eſt, an quorum alterum maxime quiduis dicitur, eorũ etiam alterum eodem modo dicatur. Quemadmodum Xenocrates beatam vitam & rectã eandem eſſe docet: quandoquidem

doquidem recta & integra vita, & beata maxime vna ex omnibus expetenda eſt. vnum enim eſſe quod maxi me expetatur,& quod maximum ſit. Quod idem in cæteris contingit. Sed illud intelligendum eſt, vtrunque eorum, quæ maxime expetenda eſſe, aut etiã maxima dicentur, vnũ numero eſſe oportet. Sin ſecus, eſſe idem non docebimus. Nõ enim, ſi Græcorum fortiſſimi ſint Peloponneſij & Lacedemonij, continuo Peloponneſios & Lacedæmonios eoſdem eſſe neceſſe eſt: quandoquidem non vnus numero eſt Peloponneſius & Lacedæmonius, ſed vnum alterum complectatur neceſſe eſt, quemadmodum Lacedæmonios Peloponneſij. aliter enim, fiet vt ſi alteri alteros non complectantur, ipſi inter ſe meliores ſint. Nam neceſſe eſt Lacedæmonijs meliores eſſe Peloponneſijs, ſi alteri alteris non complectantur. ſunt enim cæteris omnibus præſtantiores. Itemque Peloponneſijs anteponuntur Lacedæmonij, quoniam ipſi cæteros vincunt. Ita fiet, vt alteri alteris præſtantiores ſint. Perſpicuum eſt igitur, vnum numero eſſe oportere id, quod optimum & maximum dicitur, ſi futurum eſt, vt idem eſſe doceatur. Itaque Xenocrates non demonſtrauit: quandoquidem non eadem numero eſt beata & recta vita. Nõ igitur neceſſe eſt eandem eſſe vitam, quòd vtraque expetenda ſit maxime, ſed alteram ab altera cõtineri. Rurſus videndum eſt duobus propoſitis, ſi quid & vnũ eorum idem ſunt, an etiam id & alterum idem ſunt. Si enim ambo non idem valent, quod aliquid, quod idem eſt, profecto eadem ipſa non erunt. Iam ex attributis rerum, & ijs rebus, quibus hæc ipſa attributa ſunt, ducenda ſunt argumenta, hoc modo: Duobus propoſitis, quæ vni attributa ſunt, eadem omnia alteri etiam attribui debent. vt quibus vnum eorum attributum eſt, etiam alterum attribui debet. Et ſi quid horum abſit, profecto ea, quæ propoſita ſunt, non ſunt eadem. Videndum eſt etiam, an in uno genere categoriæ minus vtrunque numeretur, vnumque qualitatem, alterum quãtitatem, aliud relationem indicet. Illud etiã,

an vtriuſq; minime ſit idem genus, ſed vnum bonum, alterum malum: aut hoc virtus, illud ſcientia. Aut ſi genus idem eædem ne minus ſint differentiæ, quæ de vtroque dicantur: ſed de hoc, quæ rem animo cernit ſcientia: de illo, ea cuius opus eſt in agendo. Quod idẽ in cæteris omnibus videndum eſt diligenter. Ex maiore hoc modo ducentur: Si vnum elationem habet, alterum non habet, aut ſi vtrunque habet, ſed non ſimul. Quemadmodum qui vehementius amat, non magis concubitum appetit, ita non idem eſt amor, quod concubitus appetitio. Ex adiunctione hoc modo, Si vtrunque ad idem additum, idem totum non faciat, & reddat, aut ſi eadẽ re ab vtroque detracta, quod reliquum eſt aliud manet, vt ſi quis duplum ſimpli, & multiplum ſimpli idem eſſe dicat. Deiunctio enim ab vtroq; ſimplo, quæ reliqua ſunt idem declarare debent, neque declarant, cum præſertim duplum & multiplum non idẽ efficiant. Neque vero id modo videndum eſt, an ex propoſito iam aliquod incommodum efficiatur, ſed illud etiã, an ex fictione poſſit aliquid tale effici. Quod ij ſuſcipere coguntur, qui inane aliquid & plenum aeris idem eſſe dicunt. Perſpicuum eſt enim ſi aer euadat & abeat, non minus inane, quin etiam magis futurum eſſe, plenum aeris quid nõ futurũ. Ergo poſito aliquo, ſiue quod falſum, ſiue quod verum ſit: (nihil enim refert) ſi alterum tollatur eorum, alterum non item, eadem illa non erunt. Atque, vt ſummatim complectar, in ijs, quæ de vtroque quouis modo dicuntur. & in quibus hæc ipſa dicuntur, illud conſiderandum eſt, aliquo ne loco hæc diſcrepent. Quæ enim de uno eorum, quæ eadem ſunt dicuntur, ea de altero etiam dici debent omnia. & in quibus vnum dicitur, alterum etiam dici debet. Et quoniam multis modis idem dicitur, an alio genere aliaq; ratione eadem ſint, videndum eſt. Quæ enim eiuſdem generis vel ſpeciei ſunt, ea nõ eadem numero ſunt neceſſario. In quo an genere necne eadem aliqua ſint, conſiderabimus. Poſtremo, ſi unum ſine altero cohærere poteſt, certe non idem valebunt.

Ac loci qui ex eodem ducuntur, expoſiti ſunt. Ex ijs auté, quæ adhuc expoſita ſunt, intelligi poteſt, omnes locos, qui ex eodem ſumuntur, ad refellendum valere, & in eis quemadmodũ ſupra dixi, magnam vim eſſe ad vertendam definitionem. Nam ſi nomen & definitio non idem declarent, certe non vera erit, quæ conſtituta definitio eſt. Eorum autem locorum qui ad confirmandum quid ſumuntur, nullus ad definitioné probandum valet. Non enim ſatis eſt ad confirmandam definitionem idem eſſe id quod definitioni, nominiq́; quod definitur ſubiectum eſſe docere, ſed cætera omnia, quæ præpoſuimus complecti debet definitio. Sic igitur definitionem ex ijsque locis euertere debemus. Quod ſi probare eam & conſtituere velimus, primum intelligendum eſt, neminem, aut paucos certe eorum qui diſputant, definitionem per ratiocinationem tractare & concludere ſolere, eamque omnes principio initioque ſumere. Cuiuſmodi ſunt geometræ, & ij, qui in numerorum ratione vurſantur, cæteriſq́ue diſciplinis generis eiuſdem. deinde illud intelligendum eſt, non eſſe huius diſputationis ſubtiliter explicare, quid ſit definitio, & quemadmodum ſit definiendum. Nunc quidē quo ad hic locus poſtulare videtur, eatenus hoc ſolum dicendum eſt, & definitionem & vim naturamque rei per ratiocinationem poſſe concludi. Nam cum definitio oratio ſit, quæ quid ſit res explicat, eaq́; ſola, quæ in definitione dicuntur, in natura dici debeant: (dicuntur autem de natura rei genera & differentiæ) profecto ſi quis ea ſolum ſumat, quæ de natura rei dici debent, quæ hæc ipſa complectetur oratio, definitio ſit neceſſe eſt. non enim aliud definitio eſſe poteſt: quandoquidem nihil aliud in rei natura dicitur. Ergo illud quidem perſpicuum eſt, definitionem per ratiocinationem poſſe concludi. Quibus autem ex locis ſumenda ſint arguméta ad probandam definitionem, alijs libris accuratius expoſuimus, qui ijdem ad hunc locum pertinent. Ex ijs enim contrarijs, quæ aduerſa dicimus, & cæteris contrarijs elicienda ſunt argumenta, ſiue to-

tam

tam definitionem ſiue ſingulas partes ſpectemus. Nam ſi oppoſita & cõtraria oppoſiti definitio eſt, ea etiam, quæ ſtatuta & poſita eſt, eius ſit de quo agitur neceſſe eſt. Quoniam autem aduerſorum plures ſunt coniunctiones, ſumenda eſt ex aduerſis quæ contraria definitio videatur maxime. Ac ex tota quidẽ definitione argumenta, quemadmodum expoſui tradenda ſunt. Ex partibus autem hoc modo, & primum ex genere. Si cõtrariũ in contrario eſt, id autẽ de quo agitur, non eſt in eodem, certe in contrario genere erit: quandoquidem neceſſe eſt contraria aut in eodem genere eſſe, aut in contrarijs. Atque etiam conttarias differentias de contrarijs dici æquum putamus: vt exempli cauſa, de albis & nigris. quorum de his quod vim habet comparandi, de illis quod vim habet diſſipãdi aſpectus, dicitur. Ita ſi de contrario contrariæ dicuntur, profecto de eo quod propoſitũ eſt, eæ etiam differentiæ, quæ ſtatutæ ſunt, dicentur. Ex quo fit, vt quoniam & genus & differentiæ recte explicate ſunt, definitio vera ſit, quæ data eſt. Aut non neceſſe eſt in cõtrarijs contrarias dici differentias, niſi in genere eodem conrraria reperiantur, Quorum autem contraria ſunt genera, nihil prohibet eandem differentiã de vtriſq; dici, vt de iuſtitia & iniuſtitia, quorum illa virtus, hæc vitium, de animo dicitur. Ita animi differẽtia in vtroq; dicitur, quoniam corporis etiam ſua virtus eſt & vitium. Hoc igitur verum eſt quidem certe, cõtrariorum aut contrarias, aut eaſdem eſſe differentias. Si ergo de contrario contraria dicitur, de hoc autem non item: profecto in hoc ipſo ea, quæ ſtatuta eſt intelligetur. Cum autem ex genere & differentijs definitio ſit, ſi contrarij perſpicua & clara ſit definitio, eius etiam de quo agitur, perſpicua claraq; erit definitio. Quoniam enim contrarium in eodem genere eſt in quo alterum contrarium, aut in contrario: quandoque item differentiæ aut contrariæ de contrarijs, aut eædẽ dicuntur: certe de eo quod in controuerſiam incidit, aut idem genus, quod etiam de contrario dicetur & differentiæ contrariæ vel omnes,

nes, vel nonnullę, & cæteræ eædem, vel contra differentiæ eædem & genera contraria, vel vtraque contraria & genera & differentiæ, quoniam eadem eſſe vtraque non poſſunt. Sin ſecus, ex contrarijs eadem erit definitio. Ex caſibus etiam & coniugatis ducuntur argumenta. Genera enim alia ſequuntur, & definitiones aliæ alias hoc modo, Si obliuio eſt depulſio ſcientiæ, etiam obliuiſci depellere ſcientiam erit, & oblitum eſſe idem, quod depuliſſe ſcientiam. Si igitur vnum eorum, quæ dixi, conceſſum ſit, cætera etiam cõcedantur neceſſe eſt. Itemq́ue ſi interitus diſſolutio eſt naturæ, interimere etiam erit diſſoluere naturam, & accommodatæ ad interimendum, idem quòd accomodatæ ad diſſoluendum. Et ſi id, quod vim habet ad interimendum, idem eſt quod id, quod vim habet ad dirimendam naturam, interitus etiam diremptio erit naturæ. Eadẽ eſt cæterorum ratio. Ita fit, vt ſi vnumquodlibet ſumptum ſit, etiam reliqua omnia concedantur. Ex ijs, quæ eodem modo inter ſe affecta ſunt, hoc modo, Si id quod ſalubre eſt, efficiens eſt valetudinis, id etiam, quod valeat ad firmam conſtitutionem corporis, efficiens erit firmæ corporis cõſtitutionis, & quòd prodeſt, ad bonũ efficiendum pertinebit. Eodem enim modo ad ſuum quicque eorum finem affectum eſt. Ita ſi vnius eorum definitio eſt, vim habere ad efficiendum finem, vniuſcuiuſque etiam cæterorum, hæc propria erit definitio. Ex maiore etiam & ex ſimilitudine quot modis licet confirmare, duo cum duobus comparantur, hoc modo, Si hæc magis huius rei, quàm illa illius rei definitio eſt, quæ autem minus videtur, definitio eſt, etiam quæ magis videtur, definitio erit. Et ſi pari ratione hæc huius rei, & illa illius rei definitio eſt, & vna alterius rei eſt, reliqua etiã reliquæ rei erit. Quod ſi vna definitio cum duabus rebus, aut res vna cum duabus defintionibus conferantur, nullus huius loci vſus erit. Neque enim duarum rerum vna definitio, neque duæ vnius rei definitiones eſſe poſſunt. Maxime autem apti & accommodati ſunt ex omnibus lo-

ci ij, qui modo expoſiti ſunt,& qui ex caſibus coniugatiſque ſumuntur. Itaque ij maxime in mente & cogitatione defixi atque parati eſſe debent.(maxime enim apti ſunt ad multas quæſtiones) atque etiam ex cæteris omnibus ij, qui latiſſime patent,quoniam ex cæteris omnibus valent plurimum.vt ſi propoſitis rebus ſingulis & formis,videas, an in ea omnia conueniat definitio: quandoquidem ſynonyma eſt ſpecies.

Qui quidem locus contra eos etiam valet. vt ſupra dixi, qui ideas eſſe ponunt. Iam ſi per tranſlationem nomen quod definitur dixit, aut idem de ſe dici,vt alterum, & ſi quis alius locus,late pateat, firmusque ſit, is adhibendus eſt.

CONCLVSIONES.

Quæcunque eadem ſimpliciter ſunt, earum generationes & corruptiones ſunt eadem.

Idem maxime eſt quod eſt vnum numero.

Vita integra & beata ex omnibus maxime expetenda eſt.

Contraria ſunt uel in eodem, uel in contrarijs generibus.

Definitio non eſt aliud quàm res diffinita.

Quæ ambo eidem non ſunt eadem, ſibiinuicem non ſunt.

Loci de prædicatorum conſtructione & deſtructione. Cap. 2.

DIfficilius autem eſſe confirmare & probare, quam refellere ad definitionem,ex ijs quæ deinceps dicemus, perſpici poterit. Neque enim facilis eſt cognitu definitio, neque ij, quos interrogamus, libẽter dent propoſitiones eiuſmodi. Eorum quæ data

data definitio complectitur, vnum genus eſſe, alterum differentiam. Et in natura rei genus differentiasq; dici, ſine quibus ratiocinatione concludi non poteſt definitio. Nam ſi quædam etiam alia in rei natura dicantur, certe dubium eſt, ea ne, quæ ſtatuta eſt, an alia eius definitio ſit: quandoquidem definitio oratio eſt, quæ quid res ſit explicat. Quod etiam ex his intelligi poteſt, quia facilius eſt vnum quam plura concludere. Ac ei quidem, qui euertit, ſatis eſt in vnum dirigere argumentationem: quippe cum ſi vnum qualecunque refellamus, euerterimus definitionem. At vero ei, qui confirmat, omnium eorum, quæ definitio complectitur, neceſſaria concurſio eſt. Præterea ei, qui probat definitionem, de toto genere tractanda eſt ratiocinatio. Debet enim de omnibus definitio dici, quæ nomen complectitur, & præterea viciſſim, de quibus definitio, nomen etiam dici debet, ſi futura ſit propria, quæ eſt ſtatuta definitio. At ei, qui refellit, non eſt neceſſe de toto genere monſtrare. Satis eſt enim docere, non vere dici de aliquo eorum, quæ nõ ſubiecta ſunt, definitionem. Quod ſi totum & omnino refellendum ſit, certe non neceſſe eſt reprehendendo reciprocari argumentationem. Satis enim eſt eum, qui refellit omnino oſtendere, in aliquo eorum, quæ nomen complectitur, definitionem non intelligi, contraq; non neceſſe eſt docere, de quibus oratio non dicatur, nomen quidem dici quod definiatur. Iam ſi omnibus etiam, quæ nomen complectitur conueniat, non ſolis autem ijs, definitio euerſa erit. Similis eſt ratio proprij & generis. Vtrunque enim eorũ facilius refellitur quam probatur. Atq; id quidem de proprio, ex ijs, quæ dicta ſunt perſpici poteſt. fere enim in coniunctione explicatur proprium. Ita vno verbo reprehenſo licet refellere. at ei qui probat proprium, omnia concludẽda ſunt neceſſario. Cætera autem omnia fere, quæ ad definitionem, ad proprium etiam conueniet aſſumere. Eum enim oportet qui probat, omnibus ijs, quæ ſubiecta ſunt nomini, docere conuenire. at eum, qui refellit, ſatis eſt uni docere non

re non conuenire: ſin conueniat omnibus, at non ſolis, hoc etiam pacto reprehenſum erit, quemadmodũ in definitione diximus. Genus autẽ vno modo licet probare, ſi omnibus conuenire doceamus, refelli autem duobus. Nam & ſi nulli, & ſi cui doceatur non conuenire, euerſum erit. Iam eum qui probat, non ſatis eſt ipſum ineſſe monſtrare, ſed eum etiam oportet, quare vt genus inſit oſtendere. At eum qui refellit, ſatis eſt non ineſſe docere in aliquo, vel in nullo. Videtur autẽ vt in cæteris rebus, facilius eſſe diſſipare quam diſſipata & diſperſa connectere, ſic in his refellere quam probare. Accidentis porro generalis facilior refutatio, quã confirmatio eſt. Confirmando enim docendum eſt, conuenire omnibus, in refutatione ſatis eſt, vni oſtẽdere non conuenire. Contra id quod tanquam pars ſubiectum eſt generali, facilius confirmatur quam reprehẽditur. Ad probandum enim ſatis eſt alicui docere conuenire, refutando autem, nulli conuenire docendum eſt. Atque etiam illud perſpicuum eſt quid ita facillima ſit vna ex omnibus refutatio definitionis. plura enim quam pleraq; eorum, quæ expoſuimus. complectitur, atque ex pluribus facilius efficitur concluſio, quoniam in multis ſæpius quam in paucis rebus error verſari ſolet. Præterea ad definitionem euertendam, ex alijs argumenta ſumi poſſunt. Siue oratio non eſt propria, ſiue non eſt genus quod datum eſt, ſiue aliquid eorum, quæ complectitur, nõ conueniat, euerſa erit definitio. Ac vero ad cætera refutanda neque ea, quæ ex definitionibus exiſtunt, neque alia ſumi poſſunt. Sola enim ea, quæ ad accidens ſumuntur, ei ſunt cũ cæteris omnibus communia: quippe cum ineſſe & conuenire omnia debeant, Si vero genus non vt proprium conueniat, nõ idcirco genus euerſum erit. Itemq; non neceſſe eſt proprium vt genus, neque accidens vt genus vel proprium conuenire, ſed ſolum conuenire. Ita fieri non poteſt, vt ex cæteris ad alia, niſi ad definitiones argumenta ducantur. Perſpicuum eſt, igitur definitionis vnius ex omnibus & refutationem facillimam eſſe, & difficilli-

nam probationem. Nam effici, & illa concludi debent omnia. Siquidem & conuenire illa ipſa docendum eſt, & genus eſſe id, quod affertur & propriam eſſe orationem, & præterea rei naturam declarari oratione. atqui id preclare obeundum eſt. Ad definitionis hanc naturam proxime ex reliquis accedit proprium. Nam & facillimum eſt ad refutandum, quod fere conſtet ex multis verbis, & probandum difficillimum, quòd multa concurrere & quaſi conuenire debeant, quodque ſoli rei inſit, & cum ea reciprocetur. Omnium autem accidens facillimum eſt ad probandum. Cum enim cætera non ſolum conuenire, ſed etiam hoc vel illo modo conuenire docendum ſit, tamen ſatis eſt oſtendere, conuenire & ineſſe accidens, difficillimeque accidens refellitur, propterea quòd per pauca complectitur: neque enim declaratur in accidēte quomodo conueniat. Itaque cætera omnia duobus modis refelli poſſunt, & docendo non conuenire ea, & non hoc vel illo modo conuenire, accidens autem refutari non poteſt, niſi oſtendatur non conuenire. Ac loci quidem fere expoſiti ſunt, ex quibus nobis ad quamque quæſtionem magna argumentorum ſuppetet copia.

CONCLVSIONES.

Facilius eſt deſtruere quàm conſtruere.

Veriſimile eſt in multis fieri peccatum, quàm in paucis.

Septimi libri Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE Topicorum. Lib. VIII.

SVMMA LIBRI.

De locis communibus aptis ad inſtruendum interrogantem & reſpondentem.

Loci pro inſtructione interrogantis. Caput primum.

SEQVITVR, vt de diſpoſitione & ordine argumẽtorum interrogandique ratione dicendum eſſe videatur. Primũ quidem locum, ex quo argumentum ſumat inuenire debet is, qui quæſtionem poſiturus eſt: deinde quærere ipſe per ſe & diſponere omnia, poſtremo hæc omnia apud alios tractare & eloqui, Ac loci quidem philoſopho cum dialectico communis inuentio eſt, argumentorum autem diſpoſitio, & interrogatio, quoniam hoc totum alterum, qui contra diſputet requirit, propria ſunt dialectici. Philoſophus enim, quique per ſe & ſolus exquirit omnia, vera ne ſint & nota ea, ex quibus efficitur concluſio, neque ipſa concedat is, qui contra diſputat, minus laborat, quod finitima ſint & coniuncta ijs, quæ à principio propoſita ſunt, & quod prouideat, quid effici concludique oporteat. In quo profecto dabit operam, vt quam clariſſimæ ſint maximeque coniunctæ cum re enunciationes: quippe cum ex his talibus conficiantur, quæ ſcientiam gignunt ratiocinationes. Loci quidem, ex quibus ducenda ſunt argumenta, ſuperioribus

rioribus libris expoſiti ſunt à nobis. Nunc de eorum diſpoſitione quærédiq; ratione ita dicemus,ſi ante eas propoſitiones,quæ præter neceſſarias reliquæ ſunt,partiamur.Neceſſariæ autẽ dicuntur eæ,ex quibus ratiocinatio conſtat.Quatuor autem genera ſunt earum, quæ præter has aſſumuntur. Aut enim inductionis gratia, vt quod vniuerſum eſt detur,aut augẽdæ & amplificandæ argumentationis, aut occulendæ celandæq; concluſionis,aut illuſtrandæ aperiendæq; orationis cauſa,eo omnis propoſitio ſumitur,præterea nulla. Sed eo omnis diligentia conferenda eſt,vt his ipſis vel argumẽtationẽ amplificemus,vel in interrogãdo vtamur. Quanquam autẽ eas, quæ occulendæ concluſionis cauſa aſſumuntur,certandi ſtudio adhibemus, eis tamen, quoniam hoc totũ cum altero tranſigẽdum eſt, vti neceſſe eſt. Neceſſarias igitur, ex quibus conficitur ratiocinatio,non ſtatim proponere,ſed ad ſummas proficiſci debemus. Non enim debet aliquis,exempli cauſa,contrariorũ quæ aduerſa dicuntur,eandem, artem eſſe ſumere,etiam ſi id velit, ſed contrariorum. Hoc enim conceſſo & poſito, etiã aduerſorum eandẽ artem eſſe concludet, ſiquidẽ aduerſa ſubiecta ſunt contrarijs. Quod ſi non concedat, tum per aduerſorum ſingulorum inductionem tractanda erit argumentatio. Nam aut in ratiocinatione,aut in inductione ſumendæ ſunt neceſſariæ propoſitiones, aut quedam in ratiocinatione,quędam in inductione. Quæque valde perſpicuæ, & claræ ſunt, eas præponere debemus, propterea quòd obſcurior eſt ſemper magisq; dubia in receſſu,& in inductione concluſio, & quod facile eſt eas proponere,quæ vſui eſſe poſſunt,ei etiam,qui illo modo ſumere non poſſit. Quæ autem præter neceſſarias enumeratæ ſunt, & illarum ipſarum cauſa ſumi debent,& ita adhiberi, vt à ſingulis ad vniuerſas & generales,à non dubijs clariſq; ad obſcuras dubiaſq; perueniamus inducendo. Clariora autem ſunt ea,quæ ſenſui ſubiecta ſunt, aut per ſe, aut certe pleriſq;. Qui autem concluſionem occulere inſtituit, is ante ratiocinari debet fere, ex quibus

id, quod initio propoſitum eſt, concludi efficique poſſit. Quod ita fiet, ſi quis non ſolum neceſſarias, ſed aliquam etiam earum, quæ ad illas vtiles, erunt concludat. Illud etiam proderit concluſiones tacere, easq; poſt vniuerſas enumerare. Sic enim a primo propoſito abertrahit longiſſime. Atque etiam eum oportet, qui obſcure vult interrogare, ita hoc præſtare, vt quæſita tota oratione, effectaque concluſione, alter cauſa, quæ ſit, requirat. idque ex ſuperiore loco efficietur facillime. Si enim ſola concluſio pronuncietur, incertum erit quemadmodum efficiatur. quod is, qui contra diſputat, vnde efficeretur non prouideret, cum priores ratiocinationes in membra digeſtæ nō eſſet. Minime autem digeritur in membra ratiocinatio concluſionis, tum cum eius ſumptiones non enumerantur, & diſponuntur, ſed illa, ex quibus conficitur ratiocinatio. Vtile erit etiā, non crebras enunciationes ſumere, ex quibus ratiocinationes conſtant, viciſſimq; aliā & aliam efficere concluſionem. Collatis enim vnum in locum ijs omnibus, quæ apta ſunt & coniuncta, facilius quid ex eis efficiatur intelligi poteſt. Atque etiam generalis quædam ex definitione non eorum de quibus agitur, ſed coniugatorum, ſumenda propoſitio eſt. Falſa enim cōcluſione ſe ipſi capiunt ij, qui reſpondent: cum coniugati ſumitur definitio, quaſi vniuerſam generalemque minime concedant propoſitionem. vt ſi hoc ſumendum ſit, eum qui iraſcatur, appetentem eſſe vltionis, ſumaturque ira libido eſſe puniendi eum, qui contempſiſſe videatur, certe ſumpto hoc, omnino quod uolumus habebimus. At ſi quis definitionem afferat eorum, de quibus agitur, fere fit, vt is, qui reſpondet ei reſiſtat, quod facilior ſit in his occurrendi ratio. Cuius generis illud eſt, Non omnes qui iraſcuntur, pœnam appetere. nos enim parentibus iraſcimur, neque eos ſupplicio affici optamus. & quanquam non videtur vere hoc loco occurri, propterea quod nonnullis ſatis grauis pœna eſt aliorum moleſtia & pœnitentia, habet tamen aliquid probabilitatis & authoritatis, vt non

vt non ſine cauſa propoſitum negatum eſſe videatur. Definitioni autem iræ tam facile reſiſti non poteſt. Præterea iis qui quæſtionem ponit, ait, proponere debet, vt non ad id de quo agitur, ſed alio quod affert pertinere videatur. Declinant enim omnes qui poſcunt quæſtionem ea omnia quæ ad propoſitum pertinent. Dare etiam operam debet, vt quam maxime incertum ſit, vtrum id, de quo agetur, an eius contrarium velit ſumere. Cum enim id, quod ad propoſitum pertinet, obſcurum eſt, æque apparet, tum facilius concedunt quod illis probatur. Iam vero ex ſimilitudinis collatione interrogandi erunt, quoniam quod veriſimile eſt, vniuerſa re & toto genere obſcurius & occultius eſt. velut quemadmodum ars & inertia eadem eſt contrariorum, ſic ſenſum eundem verſari in cõtrarijs. aut contra, quando ſenſus in cõtrarijs rebus cernitur, etiã artem. Quod quidem genus finitimum eſt inductioni, non idem valet. Illic enim ex rebus ſingulis ad vniuerſas peruenitur, in ſimilitudine autem non peruenitur ad vniuerſas, in quibus ſimilia omnia continentur. ipſe etiam ſibi interdum debet reſiſtere. Suſpectos enim non habent eos, qui æqui in diſputando videntur. Vtile eſt etiam ea proponere, quæ vſitata & trita ſunt, in omniumq; ore verſantur. Neque enim audent vſitata repudiare & tollere, quod vnde reſiſtant, non habent, & quia hæc illis vſitata ſunt, haud periculum eſt, ne ea reprehendant. Iam & ſtudium noſtrum in aliqua re ſumẽda diſſimulare, etiã ſi vtile ſit debemus, (iis enim qui magnum ſtudium in aliqua re ponunt, reſiſtunt libentius) & ſimilitudinum collatione proponere, quia facilius concedunt id quod alterius cauſa, quam quod ipſum per ſe ſumitur. Magna etiã vis in eo eſt, ad probandum obſcure quod volumus, ſi id non proponamus quod ſumendum eſt, ſed id quod illud conſequitur neceſſario. Facilius enim dant & concedunt illud ipſum, quod non æque ex eo percipi poteſt, quid ſit efficiendum, quo quidem ſumpto, etiam illud ſumptum erit. Illud etiam plurimum valet, extremo loco

id proponere, quod in primis efficere velimus. Solent enim omnes primæ diſputationi reſiſtere acrius & diligentius, propterea quod omnes qui diſputant, ea in primis proferre ſolent, in quibus maius ſtudium curamq; poſuerunt. Quanquam apud nonnullos hæc prima dici debent, cuiuſmodi ſunt difficiles, qui quidem ea concedunt facilius, quæ prima diſputatione afferuntur, ſi modo quid ſequatur, non omnino appareat, ad extrema autē, difficiles ſe proteruoſq; præbent. Quod idem de ijs iudicandum eſt, qui acutos ſe putant in reſpondendo. poſitis enim conceſſiſque per multis, captionibus & quaſi præſtigijs quibuſdā vtuntur in concluſione: quaſi ex ijs, quæ poſita ſunt, minime ſequatur. Illud facile concedunt, & freti ingenio ſuo, & rati nullum ſe incommodum conſecuturum. Poſtremo producenda erunt & amplificanda, interijciendaq; in argumentatione ea omnia, quæ nihil ad rem pertinere videbuntur. Id quod ij ſoliti ſunt facere, qui falſo aliquid deſcribunt & delineant. Nam cum multa ſunt, difficilis eſt falſi diiudicatio. Itaque celant & obſcurant rem interdū ii, qui obſcure vtuntur interrogationibus, ea proponentes ſumētesq; omnia, quæ nunquam per ſe ac ſingula darenter. Atq; ex his locis argumēta ducenda erunt, ad celādam diſſimulandamq; concluſionem.

CONCLVSIONES.

Diſcenti ſemper ſunt vera proponenda.

Qui magnum ſtudium in aliqua re ponunt libentius reſiſtunt.

Alii loci pro inductione reſpondent is. Cap. 2.

IN ornanda autem amplificandaque diſputatione rerum finitimarum & coniunctarum adhibenda inductio atque diuiſio eſt. Inductio quidem quid ſit, facile perſpicitur. Diuiſio autem talis eſt, vt artem arte præſtantiorem eſſe, aut quia certior ſit, aut quia

quia in rebus melioribus verſetur.Et artium alias eſſe, quarum omnes opus eſt in cognoſcendo, alias quarum in agendo,alias quarũ in faciendo. Hæc.n.& ornatum afferunt,orationi, nec neceſſaria ſunt ad efficiendam concluſionem, dilucidam autem & perſpicuam argumentationem facient.exemplum, ſimilitudinisq́; collatio.Exempla aut ẽ propria & ad rem apta eſſe debẽt, & eiuſmodi ex quibus res intelligatur. Cuiuſmodi illam ſunt quæ Homerus,nõ quæ Cherillus, commemorat. Sic.n.notius erit & clarius id, quod proponitur. In differendo aũt ratiocinatione vtẽdum erit apud dialecticos potius,quam apud multitudinem.Inductio cõtra magis multitudinem cõmouet. Sed de his generibus iam dixi. In quibuſdam rebus facile poteſt is qui inductione vtitur,quærere & inuenire id, quod totum dicitur,in alijs non facile poteſt,quod omnibus ſimilitudinibus non eſt cõmune nomen impoſitũ. Quinetiã cum genus vniuerſum concludi debet,eandemq́; cæterorum ſimilium rationem aiunt eſſe tum id profecto difficillimum eſt,quæ nam eorum quæ commemorata ſunt eiuſdem ſint generis,quæ non ſint explicare dicendo.Ob eamq́; cauſam ſæpe diſputantes inter ſe diſſident & hærent,dum alij ſimilia eſſe confirmant, quæ nõ ſunt ſimilia, alij ſimilia num ſimilia ſint, ambigũt. Quocirca in his omnibus omni ratione efficiendũ eſt: vt nomina fabricentur, vt nec ei qui poſcit queſtionẽ, num eius quod affertur non ſit ſimilis ratio, hærere liceat, nec ei qui rogat, calumniari, eandem eſſe rationem, quod multa eorum, quorum ſimilis ratio non eſt,eodem modo dici videantur. Cum autem inductione multarum rerum adhibita, non dat alter, id de toto genere, tum equum eſt vt reſiſtat & refellat, poſtulare.Quod ſi in aliquibus non doceat hoc modo contingere,non erit æquum rogare, quorum tandem non ſit ſimilis ratio. Primum enim argumentatio per inductionem tractanda eſt,tum poſtulandum, vt reſiſtatur. Sed poſtulandum eſt, vt occurratur nobis, non in eo ipſo quod proponitur, niſi forte vnum eſt ſolum

lum eius generis, vt duo ſunt tantummodo parium nu merorum primus. Debet enim is, qui reſiſtit in alio genere reſiſtere, aut certe dicere, hoc vel illud ſolum eſſe ex eo genere. Quod autem ad eos attinet, qui in toto genere occurrunt nobis, nec in eodem genere occurrunt, ſed in eo quod eodem nomine, ſed ambiguo continetur (veluti habere aliquem non ſuum colorem, aut pedem, aut manum, quoniam & pictor habeat non ſuū colorem, & cocus non ſuum pedem) in his omnibus, diuiſione adhibita, interrogare debemus. Nam ſi ambiguum lateat, neq; aperiatur, recte in propoſitione nobis videbitur reſiſtere. Quod ſi in ſimili genere, non in ambiguo reſiſtens, noſtrum labefactet rogatum, detracto eo, in quo reſiſtit nobis, quod reliquum eſt in toto genere valere docebimus, dum quod cōmodum eſt effecerimus. Quod in obliuionis verbo & oblitum eſſe animaduerti poteſt. Non enim concedunt eum oblitum eſſe, qui cōmutatione aliqua artem amiſerit, ꝙ caſu & interitu eius eam amiſit, non obliuione obruit. Quod ergo reliquum eſt, dempto eo in quo occurſum eſt nobis, cōmemorari debet: vt ſi quis remanente re, artem amiſit, eum oblitum eſſe. Eodemq; modo de ijs iudicandum eſt, qui hoc loco nobis occurrunt. Maiori bono maius malum eſſe contrarium. Proferunt enim valetudinem, quæ cum minus ſit bonum quàm firma corporis conſtitutio, tamen ei maius bonum contrariū eſt. morbum enim maius malum eſſe infirma affectione corporis. Ex his etiam id detrahendum eſt, in quo occurritur. eo enim ſublato, facilius licebit proponere vt maiori bono maius malum contrarium eſſe, niſi vnū alterum vna ſecum inferat, vt firma corporis affectio valetudinem. Quod idem faciendum erit, non ſolum, ſi quis nobis occurret, ſed etiam ſi non occurret, & tamen id negabit & abnuet, ꝙ aliquid tale prouideat futurum. Sublato enim eo in quo nobis reſiſtit, dare & concedere cogetur id, quod reliquum eſt, ꝙ in eo quod reliquum eſt, aliquid contineri, quod non ſit ita: minime animaduertat. Quod ſi dare nolit etiam tum

cum

cum petitum eſt, vt reſiſtet, certe quo reſiſtat nobis non habebit. Sunt autem propoſitiones eiuſmodi, quæ quadam ex parte falſæ ſunt, quadam ex parte veræ. in quibus eo quod ex parte eſt ſublato, reliquum licebit verum relinquere. Si vero multa proponamus, in quibus nobis minime reſiſtat, tum vt concedat omnino, petere debemus. Propoſitio enim dialectica eſt, quæ magna ex parte rem ita habere declarat, neque refelli tur. Cum autem eadem res & ſine incommodo & cum incommodo per ratiocinationem concludi poteſt, hoc an illo modo efficiatur, nihil ad eum qui neceſſaria ratione non probabili concludit. is autem, qui probabili ratione vtitur, non debet argumentationem tractare per ratiocinationem, per quam alter incommodo vrgeatur. Nam & cum nullo incommodo vrgent, concludendo, nihil controuerſiæ loci relinquunt: & cum incommodo vrgent, tum niſi ſit euidens & perſpicuum id falſum eſſe, alij incommodum id negant eſſe. Ita non habent quod volunt ij, qui quæſtionem ponunt. Proponenda autem ſunt ea, quæ magna ex parte ita ſe habent, & refelli aut non poſſunt omnino, aut certe id facile, quaſi prima facie perſpici nõ poteſt. Cum.n.in rebus quibuſdam nõ ita eſſe perſpicere nequeũt, tum id quod propoſitum ſumptumq; eſt, quaſi verum ſit ſolent concedere. Nunquam autem quæri debet concluſio: ſin ſecus, cum alter reſiſtet, ratiocinatio nunquam ad exitum perduci poterit. Sæpe enim etiam cum nulla interrogatio & quæſtio ponitur, ſed vt conſequens concluditur, id negatur effici. quod cum faciunt illi, certe ab ijs qui non vident qui ex conceſſis ſequatur, minime reprehendi videntur.
Cum igitur vnus rogat, neq; id ait effici, alter autem negat omnino, tum ratiocinationi nihil omnino loci relinqui videtur. Neq; vero quicquid de toto genere dicitur, dialectica propoſitio eſt. ex quo genere illud eſt, quid eſt homo? aut hoc, quot modis bonum dicitũ? Propoſitio.n.dialectica eſt, ad quam reſpondere licet etiam, aut non: quod non licet ad ſuperiores. Ita non

eſt dialectica quæſtio vlla, niſi is qui proponit, eam ex plicet aut diſtinguat hoc modo: An bonũ hoc vel illo modo dicatᷓ? quam quidẽ quæſtionem licet vel negare vel concedere. Quocirca enitendum eſt, vt ita, vt dixi, omnes hę ponanᷓ quęſtiones. Quin illud etiam par eſt ab illo requirere, quot ſint bonorum genera, quãdo ex plicatione & diuiſione adhibita a nobis, ille vllo modo concedet. Qui autẽ vnã orationẽ in multas quęſtio nes rogando diſtribuit, is inſcienter quærit. Nam ſi is qui rogatᷓ, ad rogatũ reſpondeat, profecto ille aut multas quæſtiones ponere, aut ſæpe idem quærere videatᷓ neceſſe eſt. Ita aut nugatur, nihilq; agit: aut ratiocinationem, per quam argumentationem tractet, non habet, quandoquidem ex paucis quibuſdam omnis con ſtat ratiocinatio. Quod ſi minus reſpondeat, hic illum coarguere non poteſt, aut certe eum relinquit. Illud autem intelligendum eſt, omnia propoſita, quæ argumentis per difficiliter probantur, eadem facilia eſſe ad defendẽdum. cuius generis ea ſunt, quæ & prima ſunt, & vltima ordine naturæ. Nam & prima ac perſpicua certum modum definitionemq; requirunt, & vltima multis cõcludantur neceſſe eſt ab eo, qui iam inde per ſpicuis & primis continuatam ſeriem argumentorum perſequi velit. Aliter enim fallaces ac captioſæ argumentationes videbuntur, præſertim cum aliquid doceri non poſſit, nec demonſtrari, niſi a proprijs initijs & principijs capto exordio, vſq; ad vltima perueniatur. Ac conſtitui explicariq; rem definiendo no lunt ij, qui reſpondent, nec ſi explicemus, attendunt. Sed profecto facilis non eſt differendi ratio, niſi quid ſit aut quale id, de quo inſtituitur diſputatio, intelligatur. quod in principijs & perſpicuis contingit maxi me, quibus cætera probantur, ipſa alijs non poſſunt, definitioneq; aperienda ſunt & cognoſcenda neceſſario. Difficilia etiam probatu ea ſunt omnia, quæ principiorum vicinitatem ſequuntur. Neque enim multa ad ea probanda, argumenta poſſunt ſuppetere, cum pauca interiecta ſint inter ipſa & initium, qui-

bus

bus neceſſe eſt conſequentia omnia monſtrari. Definitiones autem eæ ex omnibus euerti poſſunt difficillime, quæ verbis eiuſmodi explicatæ ſunt, vt primum dubium ſit vno modo, an pluribus dicantur: deinde incertum, vtrum proprie de re, quæ definitur dicantur, an per tranſlationem. Nam quia dubium eſt illud non perſpicuum, inde nulla argumentorum copia ſuppetit quia hoc incertum, an per tranſlationem dicantur, non poſſunt refelli. Omnino quæſtio omnis ſi difficilis eſt probatu, vel definitionem requirit, vel in ijs eſt, quæ multis modis, aut quæ per tranſlationem dicuntur, aut non longe abeſt a principijs, aut eo certe difficilis eſt, quia non eſt prima facie perſpicuum, quo ſit ex genere eorum, quæ expoſita ſunt, id quod in controuerſiam venit, affertq; dubitationem. Nam ſi quo ex genere ſit intelligatur. illud etiam intelligetur, aut definitione explicandum id eſſe, aut diuiſionem adhibendam, aut definiendas eſſe medias propoſitiones, quibus vltimæ probentur. Pleraq; etiam propoſita, niſi recte tradita & explicata definitione, neq; diſputari facile, neq; probari argumentando poſſunt. quo ex genere illud eſt. Sit ne vnum vni contrarium, an multa? Quod ſi contraria definiantur, certe illud facile erit explicare, ſint necne plura eorundem contraria. Quod eodem modo iudicandum eſt de ijs, quæ definitionem requirunt. Atq; etiam in mathematicis videntur quædam non facile deſcribi poſſe prætermiſſione definitionis: quale eſt illud, Eam lineam, quæ ad latus planum ſecat, ſimili ratione & lineam ſecare, & locum, quod definitione adhibita facile intelligetur, quoniam & loco & lineę eadem reſpondet, quaſi ex altera parte diuiſio. quæ quidem analogi definitio eſt. Omnino prima elementa & initia, definitionibus expoſitis, vt quid ſit linea, quid orbis, facile probari demonſtrariq; poſſunt: verum ad ſingula eorum probanda non multis argumentis vti poſſumus, propterea q non multa ſunt in medio eorum collocata. Definitionibus autem initiorum prætermiſſis,

vix,

vix,aut ne vix quidem probari poſſunt. Quod idem fit in ijs principijs, quæ diſſerendo adhibentur. Hoc igitur intelligendum eſt, cum propoſitum aliquod difficile eſt probatũ,id aliqua de cauſa earũ quas expoſui, euenire. Cum autem propoſitio & enunciatio difficiliorem habebunt probationem,q̃ propoſitum, dubitare liceat,ſint necne ſic probandæ. Nam ſi eas non probet, ſed ijs etiam ad rem propoſitam concludendam vti velit, maius ſibi quidem opus,q̃ quod initio præſcripſerit:ſin eas probet,ijs certe,quæ minus valent ad faciendam fidem, alter adducetur vt credat. At ſi quæſtio difficilior non reddetur, ponenda eſt, ſi non, dubijs & perſpicuis dubia concludenda erunt, non eſt probanda. At ei qui ſe dat in diſciplinam, ponenda non eſt, niſi ſit notior: ei autem qui exercitationis gratia diſputat, ponenda, ſi modo vera eſſe videatur. Ex quo perſpicuum eſt,non eodem modo ab eo, qui probabili ratione, & eo qui neceſſaria concludit, propoſitiones eſſe afferendas. Quemadmodum ponenda & diſponenda ſit quæſtio, ſatis fere dictum eſt.

CONCLVSIONES.

Ars & ſcientia arte & ſcientia præſtantior eſt uel quia certior, uel quia melior, ideſt de rebus melioribus.

Inductio multitudinem magis mouet.

Maiori bono maius malum contrariatur.

De locis reſpondentis. Cap. III.

NVnc de ratione reſpondendi ita diſſeremus, ſi ante quod eius ſit officium, qui & recte poſcit, & recte ponit quæſtionem, dixerimus. Eſt autem eius qui ponit quæſtionem, ita argumentationem tractare, vt eum qui cum diſputet, abſurdiſſima quæ ex propoſito efficiuntur neceſſario, cogat concedere.

eius vero, qui quæſtionem poſcit, dare operam, ne quod incommodum ſua culpa, ſed ex propoſito ſequi efficiq; videatur, nec quicquam, quod ſit contra opinionem omnium. Aliter enim peccatur, cũ quis proponit primus quod non debet: aliter, cum eius, quod proponitur ea vis & natura eſt, vt defendi nullo modo queat. Non ſunt autem certa neque conſtituta adhuc a quoquam officia eorum, qui exercitationis & periculi faciendi gratia diſputant. neque enim idem propoſitũ eſt doctoribus aut diſcipulis, quod ijs qui certandi ſtudio diſputant: neque idem his ipſis, & ijs quorum ad cognitionem & ſcientiam omnis dirigitur exercitatio. Nam & diſcipulis ea ſemper tradenda ſunt, quæ probantur omnibus, quoniam nemo eo operam confert, vt falſa doceat: & eorum qui certandi ſtudio diſputant, is qui quæſtionem ponit, ſemper aliquid facere videri debet, & is qui cum diſputat nulla in re illi concedere. Quoniã aũt in conuentu & congreſſu dialecticorũ, qui non certandi ſtudio, ſed vel tentandi, vel cognitionis gratia inter ſe differunt, non eſt adhuc a quoquam, vt dixi, expoſitũ & traditũ, quid inueſtigare, quid dare, aut nõ dare oporteat eum, qui poſcit quæſtionẽ, vt gnauiter, aut non gnauiter, ac preclare decreta ſua defendat, nos hoc loco inſtituimus dicere. Qui igitur reſpondendi munere fungitur, is conſultationẽ defendat neceſſe eſt, vel probabilẽ vel nõ probabilẽ, vel neutrã; ita tamen vt aut probetur, aut non probetur omnino, vel cũ adiunctione, vt alicui vel eidẽ, vel alij. Quo autẽ modo probabilis, vel non probabilis ſit, nihil intereſt: quandoquidem idem genus retinẽndum erit præclare reſpondendi ad rogatum, aut dãdi, aut non dandi rogatũ. Ac non probabile quidem ſi ſit propoſitum, probabilem: ſin probabile, non probabilem neceſſe eſt. concluſionem effici. Contrarium.n. propoſiti ſemper concludit is qui interrogat. Quod ſi id de quo agitur ſit eiuſmodi, vt nec probetur, nec improbetur, eiuſdem generis efficietur concluſio. Quoniam autem is, qui ſcite ratiocinatur & concludit, rebus non

dubijs

dubijs & perſpicuis id quod dubiũ eſt, aperit & oſtendit, profectò ſi id de quo quærit non ſit probabile omnino, non debet is qui poſcit quæſtionem neq; id dare quod non probet omnino, neq; id quod illud quidem probetur, ſed minus quam concluſio: quippe cum propoſitum non ſi probabile ſit, concluſio probabilis ſit futura. Ita fit, vt ea, quæ ſumuntur, omnia probabilia eſſe debeant, ac magis probabilia quam id de quo quæritur, ſi quidem magis perſpicuis minus probabilia velit concluderé. Ita ſi non ſit ex eo genere id quod quærit, non id debet, qui reſpondet concedere. Sin autem probabile omnino ſit propoſitũ, improbabilis etiam omnino concluſio erit. Itaq; danda erunt quæ probantur omnia, & eorum quæ non probantur, ſi qua magis probabilia ſint concluſione. Sic.n. ſatis abunde diſputatũ fuiſſe videbitur. Quod idem faciundum erit, ſi nec minus ſit probabilis, nec probabilis quæſtio. Sic.n. & quę probantur, danda ſunt omnia, & quæ non probantur, ſi qua magis probabilia, quam concluſio, erunt. Sic enim fiet, vt probetur magis oratio. Ac ſi id de quo agitur omnino probabile ſit, aut non probabile, tum cum ijs comparandum erit, quæ omnino probantur. Sin autẽ non omnino probabile, aut non probabile, ſed ei modo qui reſpondet, tum ex ijs quæ ei probantur, aut minus probantur iudicare debet, quid concedendum, aut non concedendum eſſe videatur. Quod ſi alterius ſententiam defendat is qui reſpondet, certe eius mentem & ſententiam ſpectare debebit, vt quid concedendum ſit aut negandum intelligat. Itaq; qui alienas ſententias introducunt, vt bonum & malum eſſe idem, vt placet Heraclito, ij non dant, in eodem ſimul non ineſſe contraria: non quod non probetur hoc eis, ſed quod Heracliti ſententia ita dicendum eſt. Quod etiam ij faciũt, qui alij ab alijs propoſita accipiunt. Exquirunt enim illi, quid ſit reſponſurus is, qui rem proponit. Hoc igitur perſpicuum eſt, quæ exquirere is debeat, qui reſpõdet, ſiue omnino probabile, ſiue alicui ſit id quod queritur. Quando autem neceſſe eſt omne rogatum aut probabile

bile eſſe,aut non probabile,aut neutrum, & vel ad concluſionem efficiendam valere vel non valere rogatũ,ſi probetur,neq; ad concluſionem efficiendam valeat, id & dare & probabile dicere debemus. Eo.n.poſito & cõceſſo,propoſitum primum non euertitur. Si autem neque probetur ipſum, neq; ad concluſionem efficiendã valeat,id quidem dandum eſt, ſed ita tamen,vt nõ probari ſignificemus vitandæ amentiæ gratia. Si vero & probabile ſit, & ad rem pertineat, reſpondendum erit id quidem videri & probari, ſed propoſitum adeo finitimum eſſe, vt eo conceſſo, propoſitum tollatur neceſſario. Si ad concluſionem efficiendam valeat, & admodum ſit improbabile, reſpondendum erit concluſionem eo poſito & conceſſo effici, ſed ſtultum id eſſe quod afferatur. Cum autem nec probabile quid, nec minus probabile rogabitur, tum ſi ad concluſionem efficiendam nihil valeat, id dandum erit, nulla facta diſtinctione:ſin valeat,exponendum eſt, eo poſito, ſublatum iri id,de quo agatur. Sic enim & eo qui poſcit quæſtionem, nihil eius culpa futurũ eſt, ſi quid concedere & dare debeat, prouidebit: & is qui quæſtionem ponit, concluſionem efficiet, cum ei ea dabuntur omnia, quæ magis quàm concluſio probentur. Qui autem inſtituunt argumentationem tractare per ratiocinationem, ſumptis ijs quæ minus quàm concluſio approbantur, ijs quoniam inſcienter ratiocinantur, quæ rogant, dari concediq; non debent. Eodem modo eis occurrendum erit, cum res dubias & obſcuras,& quæ multis modis dicuntur,afferent. Nam quoniam ei qui poſcit quæſtionem, ſi minus intelligat,licet dicere, Non intelligo, & quod multis modis dicitur non neceſſario id aut concedere aut negare debet. profecto ſi quid afferatur quod obſcurum ſit, ſine vlla dubitatione & mora ſe id non intelligere fatebitur. Sæpe enim ex eo, quod dant & concedunt ij, quibus obſcura nec aperta quæſtio ponitur, abſurdum aliquid incidit. Cum autem cognitum apertumq; erit id quod multis modis dicitur, ſi omni ex parte &

omnino verum ſit, aut falſum quod aſſertur, id omnino concedi negariúe debebit. ſin quadam ex parte falſum ſit, & quadam ex parte verum id ambigue dici, & in illo vere, & in hoc falſo dici indicabit. Nam ſi id poſterius diſtinguat, dubium erit, an in prima diſputatione ambiguum perſpexerit. Quod ſi ambiguum verbum non attendat, idq; tum cum alterius habet rationem, concedat: ſi ad alterum impellatur, fateri debet, ſe id conceſſiſſe, cum non ipſum illud ad quod vocatur, ſed alterum ipſe ſpectaret & attenderet. Cum enim plura eidem nomini & orationi ſubiecta ſunt, tum facile exiſtit controuerſia. Sin rogatum & planum ſit & ſimplex, aut etiam, aut non reſpondendum eſt. Quoniamq; omnis propoſitio quæ valet ad concluſionem efficiendam, aut aliqua earum eſt ex quibus ratiocinatio conficitur, aut ad aliquam earum refertur (perſpicuum eſt autem cum alterius probandæ gratia aſſumitur, eo ſumi ꝙ multa ſimilia requirantur, quippe cum fere per inductionem vel ſimilitudinem id quod de toto genere & omnino dicitur, concludatur) ſingula omnia concedenda ſunt, ſi vera ſint & probabilia, vniuerſa autem refelli debent. Impedire enim curſum orationis niſi reſiſtas vere, aut ſaltem videare, hoc eſt iniquum ſe in diſputando difficilemque præbere. Ita ſimilia exiſtant, neq; det in toto genere dici, cum refellere nequeat, profecto difficilem ſe proteruumq; præbebit. Iam vero ſi non habeat contra argumentum ſumere ad refellendum, tum multo etiam magis difficilis proteruuſq; videbitur. Quanquam ne hoc quidem ſatis eſt. Multæ enim rationes extant, ſententijs omnium contrariæ, quarum difficilis eſt explicatio. cuius generis eſt Zenonis ratio, qua tollit motum, & ſtadij traiectionem. nec vero propterea eorum contraria minus defendi concediq; debent. Ergo ſi quis nec contradicere poſſit, nec reſiſtere, & tamen non concedat, is profecto iniquum ſe præbebit in diſputando. eſt enim in diſputationibus iniquitas & proteruia, reſponſio quæ præter modos quos expoſuimus,

vim

vim habet ad interimendam tollendamqúe concluſionem. Defendere autem & propoſitum & definitionem, ita par eſt, ſi ante argumenta ipſi in nos quaſi aduerſariorum tela iaciamus. Quibus enim rationibus infirmant noſtra decreta ij qui ponunt quæſtionem, ijs ipſis reſiſtere debemus. Propoſitum autem non probabile, timidè defendendum eſt. Multis autem modis non probabile eſſe poteſt. Nam & id non probabile eſt, ex quo efficitur, vt incommoda & abſurda quædam fateamur, vt ſi quis vel omnia vel nihil moueri dicat, & ea omnia quæ deterior ſtatus & conſtitutio ſequi ſolet, & quæ hominum voluntatibus repugnant quale illud eſt. Voluptas eſt bonum, & facere quam accipere præſtat iniuriam. Non enim quaſi diſputationis gratia defendat, ſed tanquam ea dicat, quę probet & ſentiat: ita eum oderunt. Argumenta autem quibus falſum concluditur, diſſoluenda ſunt, infirmando euertendoqúe eo, ex quo falſum effectum eſt. Neque enim quouis ſublato argumentum explicatur, ne ſi falſum quidem ſit id quod ſit euerſum. Multa enim falſa in argumentatione contineri poſſunt. vt ſi quis ſumat eum qui ſedeat ſcribere, & Socratem ſedere, ex his efficitur ſcribere Socratem. Euerſa igitur hac enunciatione, Socrates ſedet, non tamen diſſoluta & explicata argumentatio eſt. Et quamquam falſa enunciatio eſt, non tamen falſa eſt oratio. Si quis enim ſedeat, neq; ſcribat, non iam in hac tali cauſa hæc ipſa accommodata explicatio eſt. Non igitur hoc refellendum eſt, ſed illud, eum qui ſedeat ſcribere, cum prẹſertim non omnis ſcribat qui ſedet. Ita fit vt diſſoluat argumentum is qui falſi cauſam tollit, & explicationem intelligit is qui cauſam argumentationis cognouerit, quemadmodum in ijs quæ falſo & vitioſe deſcribuntur contingit. Neq; enim ſatis eſt reſiſtere, etiam ſi falſum ſit quod refellitur ſed etiam cur falſum ſit docendum eſt. Sic enim verum occurrendo ratione & conſilio ductus necne ſit intelligetur.

CONCLVSIONES.

Diſcipulis uera ſemper proponenda ſunt.

Cum reſpondenti proponitur multiplex quod non intelligat, conceſſum eſt ei dicere, Non intelligo.

Defendere quippiam uolentes par eſt ut ipſi prius in ſe argumenta quaſi tela iaciant.

Facere quàm ſuſcipere iniuriam præſtat.

Cõmunes loci pro interrogãte & reſpõdẽte. Cap. IIII.

IMpediri autem argumentatio poteſt, ne concludatur, quatuor modis. Primum id ex quo falſum eſt refellendo. Secundo, occurrendo ei qui quæſtionem ponit. Sæpe enim non explicato & diſſoluto argumento, tamen is qui rogat progredi non poteſt longius. Tertio, refellendo rogatum. Fit enim interdum, vt ex ijs, quæ quæruntur, non quod volumus conſequamur, propterea quod vitioſe quæſtio ponitur, quibuſdam autem poſitis & conceſſis, efficiatur concluſio. Ac ſi vltra progredi is qui rogat non poteſt, occurſum erit roganti, ſin poteſt, rogato. Quartum genus reſiſtendi, & deterrimum id eſt, quod ad tempus refert. Nonnulli enim in refellendo ea afferunt, quæ ad diſſerendum plus temporis deſiderant, quam diſputandi conſuetudo. Ac reſiſtendi quidem quatuor, vt dixi, genera ſunt. Sed prima vna ex omnibus explicatio eſt, cætera impedimenta ſunt quædam concluſionum. Reprehenſio autem argumentationis non eadem ex eius natura, & ex interrogandi ratione naſcitur. fere enim fit culpa eorum, qui rogantur, vt non recte tractetur argumentatio, quod non concedant ea, quæ magnã facultatem ſuggerant ad id efficiendum, quod quæriť. Neque enim in alterutro ſolum poſitum eſt, vt communis res recte ad finem exitumq; perducatur. Quapropter

propter interdum qui aliquid reſpondet, refellendus eſt neceſſario, non ipſum propoſitum, tum denique cum is, qui quæſtionem poſcit, inſtructus calumnijs paratus venit ad contradicendum. ita iniquos ſe præbentes, diſputationes non dialecticas, ſed concertationum plenas inſtituunt & inuehunt. Et quoniam exercitationis approbationiſq; cauſa non eruditionis, hæ tales diſputationes comparatæ ſunt, profecto non modo vera, ſed etiam falſa concludenda ſunt, nec ex veris, ſemper, ſed interdum etiam ex falſis. Nam & plerunq; vero poſito, is qui contra diſputat refellere debet, vt ſint proponenda falſa, & falſum quod poſitum eſt interdum falſis euerti tolliq; debet, cum præſertim nihil prohibeat falſa alicui, magis quam vera probari. Ita ſi ex ijs, quæ illi probantur, progrediatur argumentatio facilius aſſentietur, non adiuuabitur. Sed omnes debent, qui alio diſputationem recte traducere & trahere volunt, vt Geometra geometrice, ſic dialectice, non pugnaciter traducere, ſiue falſum, ſiue verum ſit id, quod concluditur. Quæ autem ſint dialecticæ ratiocinationes, ſupra expoſitum eſt. Vt autem in rebus vſu venit vt ſocius iniquus & ſceleratus ſit is, qui rem communem impedit, ſic in diſputationibus, in quibus etiam commune quiddam propoſitum eſt vtriq;, præterquam in ijs, qui certandi ſtudio diſputant. Neque enim vtrique eorum licet eundem finem conſequi, præſertim cum plures vno vincere non poſſint. Vtrum autem in reſpondendo, an in rogando id efficiant, nihil intereſt. Nam & qui certandi ſtudio rogat, vitioſe & præpoſtere diſſerit, & qui reſpondendo non concedit, neq; dat quod videtur probabile, neq; inducit in animum audire, quid tandem velit is, qui ponit quæſtionem. Ex quo perſpicuũ eſt, non eodem modo argumentationem ſi per ſe conſideretur, reprehendendam eſſe: & eum, qui eam rogando tractat. Nihil enim prohibet, vitioſam argumentationem eſſe, cum interim is, qui queſtionem ponit, quã poterit accommodatiſsime, cum eo, qui reſpondet,

diſputabit. Nam ſi res ſit cum difficilibus & proteruis, non poteſt profecto ſtatim quas quiſq; velit, ſed quas poſsit, tractare per ratiocinationem argumentationes. Quoniam autem incertum eſt, quando contraria homines ſumunt, & quando id quod principio ſumptum eſt, (ſæpe enim ipſi ſecum & ſoli cum aliquid loquuntur, repugnantia dicunt, negatoqúe eo quod prius eſt conueniunt poſterius. itaque cum rogantur, ſæpe repugnantia, & quod primo loco propoſitum eſt, concedunt) eo vitioſas argumentationes neceſſe eſt effici. Culpa eſt iſta eorum qui reſpondent, qui quædam non concedunt: alia eiuſdem generis concedunt. Ex quo etiam perſpicuum eſt, non eodem modo refellendos eſſe eos qui quæſtionem ponunt: & ipſam argumentationem. Argumentatio autem quinque modis reprehendi ſolet. Primo, cum ex ijs quæ rogata ſunt & quæſita, nihil concluditur, omnino, nec quod ad rem pertineat, quod falſa ſint, vel non probabilia omnia, aut certe plurima eorum, ex quibus concluſio efficitur, & quod nec detractis quibuſdam, nec additis, nec alijs detractis, alijs additis efficitur concluſio. Secundo, ſi tractetur per ratiocinationem, quæ ad rem non pertineat, ex ijs argumentatio, & ita vt ſupra dictum eſt. Tertio, ſi additis quibuſdam conficiatur ratiocinatio, ſed quæ deteriora ſint quam quæ rogata ſunt minusqúe probabilia concluſione. Quarto, ſi detractis quibuſdam idem contingat. Interdum enim plura ſumuntur quam neceſſe eſt, vt non ex eo quia hæc conceſſa ſunt, efficiatur concluſio. Poſtremo, ſi ex minus probabilibus, & credibilibus efficiatur, quam ſit concluſio, aut ſi ex veris, ſed quæ difficilius & maiore negotio quam id quod quæritur, oſtendi poſſunt. Neque vero id poſtulandum eſt, vt omnes quæ de propoſito inſtituuntur, æque probabiles ſint ratiocinationes, & æque valeant ad faciendam fidem. Eorum enim quæ exquiruntur partim prima facie faciliora ſunt natura ſua, partim difficiliora, vt ſi quibuſcunq; probabilibus poſsint concludentur, recte

concluſa

concluſa videantur. Perſpicuum eſt igitur, non eodem modo argumentationem refellendam eſſe, cum ad quæſtionem refertur,& cũ per ſe exquiritur. Nihil enim prohibet argumẽtationem per ſe vitioſam eſſe, quæ ſi ad quæſtionem referatur, vera erit, viciſsimqúe vera per ſe conſiderata, cum quæſtione collata vitioſa eſſe poteſt, cum facile eſt ex multis probabilibus & veris eſſe concluſionem. Fit autem interdum, vt argumentatio etiam quæ concludit, ea quæ non concludit ſit deterior, cum illa ex ijs quæ minus probantur, concludit, nec ex eo genere quæſtio eſt, hæc autem talia requirit, quæ probabilia & vera ſint nec ex ijs quæ aſſumpta ſunt, argumentatio eſt. Neq; vero ij qui ex falſis verum concludunt, iure reprehendi poſſunt,cum preſertim & neceſſe ſit ſemper falſum ex falſis,& liceat interdum verum ex falſis concludi. quod ex libris quos de iudicio ſcripſi, perſpici poteſt. Cum autem argumentatio quæ expoſita eſt, alicuius rei demonſtratio erit,ſi qua ſit alia propoſitio, quæ cum concluſione nullam habeat coniunctionem, ex ea non efficietur concluſio. Sin ſpeciem præ ſe ferat coniunctionis, falax erit concluſio, non neceſſaria. Eſt enim φιλοσόφημα ratiocinatio neceſſaria, epicherema autem, ratiocinatio probabilis. ſophiſma autem, ratiocinatio pugnax. ἀπόρημα, ratio in vtranque partem diſſerendi. Quod ſi ex vtraq; propoſitione probabili aliquid oſtendatur,neq; æque probẽtur, nihil prohibet id quod demonſtratum eſt, magis quàm vtranque probari. At ſi vna ſit probabilis, altera neutro modo, aut ſi hæc probetur, illa non probetur æque, tum æque & non æqualiter, quod demonſtratione concluditur, probabitur. ſin altera magis probetur, magis etiam probabitur. Atque etiam in tractandis argumentationibus per ratiocinationem peccatur, cum aliquid pluribus oſtenditur, quod paucioribus poteſt, quæ etiam in argumentatione reperiuntur. Cuius generis illud eſt quod ſumitur ad probandum,

opinionem aliam alia verius dici opinionem. Si quis velit & poſcat hanc enunciationem, ipſe res ſingulæ ſunt maxime. Sunt autem res opinabiles ipſum quod vere eſt, Sunt igitur illæ res, quæ ipſæ ſunt, aliquibus verius. Quod autem ex eo nominatur, quod magis & verius eſt, ipſum magis eſt, & vera eſt etiam ipſa opinio, quæ quibuſdam certior eſt. Atqui hæc duo placuerunt, & ipſam opinionem veram eſſe, & ipſas res ſingulas eſſe maxime. Ita ea opinio quæ veriſſima eſt, certior erit. Sed quod vitium in hac eſt ratiocinatione? An ob eam cauſam, quod facit vt cauſa ex qua ratiocinatio conficitur, ignoretur? Argumentatio autem perſpicua eſt vno modo, qui maxime in populi ore verſatur, cum ita concluſa eſt, vt iam nulla ſit opus interrogatione. altero: qui etiam crebris vſurpatur ſermonibus, cum ſumpta ſunt ea, ex quibus eſſe neceſſe eſt quod concluditur. ſint autem ea ex alijs concluſionibus collecta. preterea, ſi quid prætermiſſum ſit, quod valde ſit probabile. Falſa autem dicitur quatuor modis, & cum videtur concludere, neq; concludit, quod vocatur concluſio & ratiocinatio ad concertationes ſpectans. & cum efficit illa quidem aliquid, ſed quod minus ad rem pertineat, quod ijs contingit maxime, quibus incommodo alij vrgentur. aut aliquid concludit, quod ad id quod agitur pertinet, ſed non propria accommodataq; ratione, id eſt, ſi ea, quæ non eſt medicinæ propria, videatur medicinæ eſſe, aut geometrarum quæ non eſt, aut dialecticorum quæ non eſt, ſiue verum, ſiue falſum ſit quod efficitur. Alio modo falſa eſt argumentatio, cum ex falſis concludit. cuius generis erit alia falſa, alia vera concluſio. Nam & falſum ſemper ex falſis & verum interdum ex falſis, vt ſupra dixi, concluditur. Ac oratio quidem, quod falſa ſit, culpa eſt eius qui argumentationem tractat potius, quam argumentationis. Nec vero culpa eſt ſemper diſputantis, ſed tum denique cum falſam ſe

aliquam

aliquam argumentationem tractaſſe ignorat. quandoquidem falſam orationem & propoſitioné per ſe quidem magis quã multas veras approbamus, dum ijs quæ maxime probantur, aliquid eorum quæ vera ſunt ipſa refellit. (Nam cum ſit eiuſmodi, tamen verorum neceſſaria concluſio eſt.) quippe cum aliquid eorum, quæ poſita ſunt, ab eſſe debeat omnino, vt id demonſtretur. Si vero & falſis & valde abſurdis verum concludat argumentatio, multo certe deterior ijs futura eſt, quæ falſum concludunt. Cuius generis argumentatio, etiam falſum concludere poteſt. Perſpicuum eſt igitur, primum videndum eſſe, an concludat argumentatio, deinde, verum ne an falſum, tũ, ex quibus. Nam ſi ex falſis, ſed quæ probabilia ſint dialectica erit, ſin ex veris, ſed quæ non probentur, vitioſa, ſi & falſa, & quæ valde improbentur, profecto vitioſa erit aut omnino, aut in re de qua agitur. Quemadmodũ autem is qui quæſtioné ponit, id quod initio propoſitum eſt & contraria petat, ad veritatem expoſitum eſt in ijs libris quos de iudicio ſcripſimus, quemadmodũ ad opinionem, nunc dicendum eſt. Petendi autem id quod initio dictum eſt, quinque ſunt genera. Primum & clariſſimum, ſi quis id petat, quod eget probatione quodquidem in eadem re non facile ignoratur. Synonymis autem, ijsque omnibus quorum ſe nomen & definitio idem declarant magis. Alterum cum id quod ſingillatim demõſtrari debet, omnino & totum aliquis petit. vt ſi quis probãs contrariorum quæ aduerſa dicuntur, vnam eſſe artem, putat contrariorum omnino vnam eſſe. videtur enim quod per ſe probari debeat, id vna cum alijs pluribus petere. Tertium, ſi quis ſigillatim petat, quod propoſitum eſt ad demonſtrandum omnino. vt ſi omnium aduerſorum eſſe propoſitum ſit, aliquorum petat. Nam videtur hic etiam quod cum multis erat docendum, id petere per ſe ac ſeparatim. Rurſus ſi quis adhibita diuiſione, id de quo agitur petat, vt ſi demonſtrandum ſit, medicinam eſſe ſalubrium & contrariorum, ſeparatim petat vtrunque, aut ſi quis
alterum

alterum petat eorum, quorum alia alijs conſequuntur neceſſario. vt latus cum diametro componi non poſſe, cum probandum ſit diametrum cum latere poſſe. Contraria etiam tot modis, quot ea, quæ initio dicta ſunt, petuntur. Primum, ſi contraria petat, affirmantia & negantia. Secundo, ſi contraria ex oppoſitione, vt bonum & malum, eſſe idem. Tertio, ſi quis omninò & totum ſumpſerit, & in parte petat quod repugnat. vt ſi quis hoc ſumpto, aduerſorum vnam eſſe artem, petat ſalubrium, & inſalubrium aliam artem. aut ſi hoc poſterio re petito, de toto genere repugnantiam ſumat. Rurſus, ſi quis contrariorum petat eius, quod ex poſitis, & conceſſis efficitur neceſſario. Item ſi quis contraria ipſa non ſumat, duo autem petat eiuſmodi, ex quibus repugnantia ſequetur. Sumere autem contraria, & petere id, quod initio poſitum eſt, hoc differunt, quòd huius error in concluſionem incidit. (illud enim ſpectantes peti id dicimus, quod initio poſitum eſt) contraria autem id propoſitionibus cernuntur, quod inter ſe quodammodo affectæ ſunt. Vt autem exercitatio & meditatio in argumẽtationibus eiuſmodi paretur, primum aſſueſcendũ eſt argumentationes conuertere. Sic enim maior nobis ad diſputandum argumentorum ſuppetet copia & in paucis multas argumẽtationes tenebimus, Conuertere enim eſt, vnum eorum, quæ data ſunt refellere, cõmutata cum reliquis interrogationibus concluſione. Nam ſi tollatur concluſio, vna aliqua propoſitio tollatur, neceſſe eſt: ſiquidem poſitis ijs omnibus, neceſſe ſit concluſionem effici. Ad omne vero propoſitum multum valet, in hanc an illam partem argumentum firmum ſit videre, & inuenta eius explicatione, illico quæſtionem ponere. Sic enim fiet, vt ſimul & in quærendo & in reſpondendo exercitati ſimus. Si nemo alius ſit, quo cum diſputemus, conferamusque hæc ipſa, at certe nobis viciſſim per nos & nobiſcum licebit. qua exercitatione ad omnem quæſtionem argumenta deligemus. Hoc enim & ad cogendum, & ad refellendum multum valet, cum alicui magna argumen-

men-

mentorum copia in vtranque partem diſſerendi ſuppetit. nam ad contrarias partes fiet tutior. Poſſeque ante perſpicere, & perſpexiſſe, quid vtranque quæſtionem & cauſam ſequatur, non paruum adiumentum adfert ad cognitionem, philoſophiæque rationem. Relinquetur enim, vt eorum recte alterum ſequamur. Sed ad id efficiendum ingenio opus eſt. Verumque ingenium & indoles in eo eſt, vt poſſis verum recte ſequi, & declinare falſum: quod quidem ij quibus acumen ingenij & indolem natura largita eſt, præclare efficere poſſunt. Cum enim amant & oderunt, quod affertur & proponitur, vere de eo quod præſtantiſſimum eſt iudicant. Cum vero, ad quæſtiones, quæ ſæpiſſime in diſputationẽ incidunt, parati & inſtructi argumentorum copia venire debemes, tum maxime ad eas, quibus capita prima propoſita & quæſtiones generales diſputantur. quoniam in his fere ii qui reſpondent, non habent quod dicant. Iam definitionum nobis magna vis ſuppetere debet, eaſque in promptu habere debemus maxime, quibus ea, quæ probantur, & prima & perſpicua declarantur, cum præſertim ex iis ratiocinationes conſtent. Danda eſt etiam opera, vt ea, in quæ alia argumenta incurrunt, teneamus. Vt enim in geometria vtile eſt, elementa & initia exercitatione parata & meditata habere, & in numerorum ratione, prima quaſi capita in prõptu habere, magnaq; in hoc ipſo vis eſt, vt alium etiam numerũ multiplicatum cognoſcant, ſic in argumentationibus, principia tenere, & propoſitiones in ore habere. Quemadmodũ enim in ea parte, in qua memoriæ ſedes eſt, loci collocati & diſpoſiti, ſtatim faciunt vt redeant res nobis in memoriã, ita hæc ipſa magnã nobis ad diſſerendum copiam ſuggerẽt, quod loci ipſi certi ſint, quos ſpectemus. Sed locus communis potius quam ratiocinatio memoriæ mandandus eſt. quippe cum difficile ſit, mediocrem principiorum & propoſitorum vim ac numerum ſuppetere. præterea argumẽtum vnum in multa diſtribuere aſſueſcendum eſt nobis: ita tamen, vt id obſcuriſſime

facere

facere videamur. Quod ita fiet, ſi quis longiſſime aberraret à vicinitate eorum, de quibus agitur. Ea autem argumenta in hoc genere plurimum valebunt, quæ de toto genere id maxime efficere poſſunt. Cuius generis illud eſt. Non eſſe vnam multarum rerum artem. Eadem enim ratio eſt eorum, quæ cum aliquo conferuntur, & contrariorum, quæ aduerſe dicuntur, & coniugatorum. Atq; etiam ad vniuerſi generis quæſtionem reuocari debet diſputatio, etiam ſi in parte ſit tractata. Sic enim ex vna multas etiam facere licebit. Quod explicari in arte Rhetorica de enthymematibus eodē modo iudicandum eſt. Idemque conferre ſe ſæpiſſime ad vniuerſi generis quæſtionem debet, ex qua concluſionem eliciat. Vidēdum eſt etiam ſemper, vt de pluribus rebus communibus tractetur oratio. Omnis enim quæ de parte, etiam de toto genere exponetur, ineſtq; in priuata ſingulari cauſa totius generis expoſitio & demonſtratio, quod ſine totius generis locis nihil concludi poteſt. Vſus autem argumentationum earum, quæ per inductionem tractantur, ad adoleſcentes, & ignaros earum, quæ per ratiocinationem ad peritos transferri accommodarique debet. Enitendumque eſt, vt ab iis, qui argumentationes per ratiocinationem tractare poſſunt, locos & propoſitiones, ab iis qui per inductionem, ſimilitudinum collationes comparationesque accipiamus. Sunt enim vtrique in hoc genere exercitati. Omnino is, qui exercitationis gratia diſputat, conari debet vel ratiocinationem de re aliqua efferre, vel explicationem, vel propoſitionem, vel argumento reſiſtere, ſiue quis recte ponat quæſtionem, ſiue non recte ipſe, aut alius, & qua de cauſa vtrunque ipſi efficiant. Ex his enim hæc tota ratio & facultas conſtat. exercitatio autē facultatis gratia ſuſcipitur, eius præſertim, quæ in proponendo aliquid & reſiſtendo argumentis cernitur. Dialecticus enim inſtructus paratusque eſt & ad proponendum quid, & ad reſiſtendum. Eſt autem proponere, vnum facere ex multis: quandoquidem vnum omnino ſumi debet ad id de quo agitur. reſiſtere

reſiſtere vero, multa ex vno. aut enim diſtinguit, aut euertit: cùm ex ijs, quæ propoſita ſunt, hoc concedit, illud non concedit. Quoniam autem vitioſe, & iniquæ diſputationes cum quibuſdam futuræ ſunt neceſſario, nec cum quouis diſputationes inſtituere, nec quemlibet in ſocietatem exercitationis recipere debemus. Itaque conſuetudo eius vitãda eſt, qui hoc vnum agit, hoc conatur vt ſe oſtentet in diſputando. Et quãquam æquum eſt omnino diſputare, tamen nõ ſemper decet. Quocirca non temere cum quibuſuis exercitationis cauſa confidendum eſt. hinc enim maledicta, hĩc contumeliæ, hinc iracundæ contentiones concertationesque naſcuntur. Neque enim fieri poteſt, vt qui vnum in locum diſcendi exercendæque artis gratia conueniunt, ſine concertationibus diſputare deſinant. Atq; vt finem diſcendi faciam, parata & expedita argumenta nobis eſſe debent ad eiuſmodi quæſtiones, quorum quo minor copia ſuppetet, eo plura valebunt, quo ex genere ſunt & ea, quæ per totius generis quæſtionem fuſa ſunt, & ea, quorum ex tempore difficilior ſuppeditatio & inuentio eſt.

CONCLVSIONES.

Socius iniquus & ſceleratus eſt qui commune bonum impedit.

Verum ex falſis nonnunquam, falſum autem non niſi ex falſis concludi licet.

Octo librorum Topicorum Finis.

ARISTOTELIS
STAGIRITAE
PERIPATETICORVM PRINCIPIS
ELENCHORVM
LIBER PRIMVS.

Ioachino Perionio Cormœriaceno Interprete.

SVMMA LIBRI.

Quæ nam ſit libri intentio, & de diſputationum varijs generibus. De locis ſophiſticis in dictione & extra dictionem, & de cauſis ſophiſticarum deceptionum. De ueris & falſis redargutionibus. De tentatiua interrogatione, quæ differentia ſit inter ſophiſticum & contentioſum. De captionibus denique Nugationis & Solœciſmi, & de ſophiſtica occultatione contra moleſte reſpondentes.

Quod nam ſit libri propoſitum: & eſſe aliquem ſyllogiſmum ſophiſticum oſtendit. Caput primum.

DE REPREHENSIONIBVS fallacibus, ijſq; quæ reprehenſionis ſpeciē præ ſe ferunt, cum captiones ſint, nō reprehenſiones, hoc ego ſermone dicere inſtitui. In quo à primis & elemẽtis, naturæ ordinem ſecutus, ordiar. Ac illud quidem perſpicuū eſt, alias eſſe ratiocinationes quæ vere proprieq; dicantur, aliàs quæ illarum ſpeciem & ſimilitudinem imitentur.

imitentur. Quod quidem vt in cæteris rebus, ſic in ſermonibus propter ſimilitudinẽ ſolet contingere. Vt .n. in alijs hominibus vera corporis conſtitutio ineſt, in alijs eius imago ac ſpecies,quod more pompãrũ ſe ipſi comunt & cõparant,quorũ illis elengantẽ honeſtamq; faciẽ forma, his fucus largiatur: Sic in rebus inanimis contingit,quarũ partim argentum ſunt reuera,partim aurũ. Aliæ non proprie vereq; dicuntur,iudicio tamen ſenſus videntur,qualia ſunt lithargirina & ſtãnea,quæ argentea & felle infecta, quæ aurea videntur. Eadẽ eſt & ratiocinationis & reprehẽſionis ratio,quarũ alia vere dicit,alia non,ſed quædã illius,quæ ignaros capiat, ſpecies ac ſimulatio. Imperitis .n. idẽ vſu venit, quod ijs,qui res procul proſpiciũt. Ratiocinatio enim eſt ex nonnullis, quibus poſitis, aliquid aliud præter ea,quæ poſita ſunt,ex his ipſis neceſſario efficitur. Reprehẽſio autẽ ratiocinatio eſt, cum oratione contraria concluſionis. Aliæ autẽ id nõ efficiunt, & tamẽ efficere videntur,idq; multis de cauſis.quarũ illa veriſſima eſt,& vulgariſſima,quã verba pepererunt. Nam qm̃ nõ licet nobis vna ferre nobiſcũ res,de quibus per ſe ac ſoli diſputemus, utimurq; ꝑ rebus verbis, quaſi quibuſdã notis, quod in verbis vſu venit, idẽ in rebus vſu venire exiſtimamus,quemadmodũ in calculis ijs vſu venit, qui rationẽ ſubducunt. Quanquã nõ eſt eadẽ huius rei verborumq; ratio,propterea ꝙ verborũ certus eſt, numerus, multitudiniſq; ſermonũ rerũ infinitior: ita eadẽ oratio vnumq; verbũ multa declarat neceſſario. Vt igitur illic ã peritis falluntur ij, qui rationes ſubducere neſciũt,ſic ĩ diſputationibus ij, qui verborũ vim ignorãt, facile,& cum ipſi diſputant,& cũ alios diſputantes audiũt, falluntur atque capiuntur. Atque hæc quidẽ cauſa eſt, alię quæ per multæ quas exponemus. ex quibus ficta & ſimulata nata ratiocinatio & reprehenſio eſt.

CONCLVSIONES.

Verborum ac nominum certus eſt numerus, rerum uero infinitior: ideo unum nomen plura ſignificat.

De

De diſputationum generibus. Cap. 2.

QVoniam autem quibuſdam vtilior & melior eſt ſapientiæ opinio ipſa ſapientia, detracta opinione (eſt enim ſophiſtice ſimulachrum ſimulatioque ſapientiæ, non vera ſapientia: & ſophiſtes is, qui ſimulatione ſpetieque ſapientiæ, non vera ſapientia quæſtum facit) profecto hi tales homines fateantur neceſſe eſt, malle ſe videri ſapientis fungi officio, quam fungi nec videri. Eſt autem perfecte ſapientis officium, ijs in rebus, quas quidem cognitas meditatasq; habeat, nec fallere, nec decipere, alteriusq; nodos & captiones indicare poſſe. quorum hoc in eo poſitum eſt, vt difendere: alterum in eo, vt refutare poſſis id, de quo diſputetur. Quocirca qui ſophiſticæ eſſe volunt, eos neceſſe eſt genus harum diſputationum exquirere & adipiſci: eſt enim in promptu: quandoquidem hac ipſa facultatem id, quod volunt, ſapientiæ ſimulachrum aſſequętur. Illud igitur perſpicuum eſt, tale genus eſſe diſputationũ, eamque vim & facultatem eos expetere, quos ſophiſtas vocamus. Deinceps ſequitur, vt quot genera ſint diſputationum captioſarum, quotque ex partibus hæc ipſa conſtet facultas, & quot ſint noſtri inſtituti partes, & de ijs, quæ ad hanc artem pertinent diſſeramus. Sunt igitur earum diſputationum, quæ ſunt in diſſerendo, genera quatuor. Aliæ enim ad docendum, aliæ ad diſſerendum valent: partim tentandi & experiundi, partim ſtudio certandi inſtituuntur. Sermones ad præcipiendum comparantur ij, qui ex proprijs verisque initijs artium omnium, non ex reſpondentis arbitrio ſententiaque concludun tur. debet enim is fidem adhibere, qui diſcit. Ad diſſerendum autem valent ij, qui ex probabilibus aliquid contra quam dictum eſt, efficitur. Tentandi autem experiundiq; gratia ſuſcipiuntur ij, qui ex ijs concludũt, quæ probat ijs, qui reſpondet, quæque tenere debet neceſſario, is qui ſibi artem arrogat. Quo de genere alio

loco diximus. Certandi autem ſtudio adhibentur, qui ex ijs, quæ probabilia videntur, nec ſunt, aliquid concludunt: aut ij, qui ſpeciem præ ſe ferunt concluſionis. Ac de ijs, qui ad præcipiendum demonſtrandumque comparantur, in libris de iudicandi arte diſſeruimus. de iis autem, quæ ad diſſerendum, & tentandum in ſuperioribus. de ijs quæ certãdi ſtudio, nunc dicendũ eſt.

CONCLVSIONES.

Oportet addiſcentem credere.
Sophiſtica eſt apparens ſapientia.
Nonnullis magis operæ pretium eſt, uideri ſapientes & non eſſe, quàm eſſe & non uideri.

Sophiſtarum fines, & de locis ſophiſticis in dictione. Cap. 3.

SEd primum intelligendum eſt, quot exquirant & inueſtigent ij, qui certandi vincendiq; ſtudio diſputant. Sunt autem numero quinque, reprehenſio, falſum, admirabile, & contra opinionem, ſolœciſmus, & quintum, facere vt nugetur is, qui contra diſputet, quod in eo poſitum eſt, vt ſæpe idem iterare cogatur. aut quod non eſt quidem, ſed ſpeciem quandam præ ſe fert illorum omnium. Volunt primum illi quidem, ac maxime videri coarguere eos, qui contra diſputant: deinde falſum aliquid oſtendere, tum ad aliquid, quod eſt contra opinionem omnium compellere, tũ ad ſolœciſmum impellere, id eſt facere vt barbare loquatur ex diſputatione is, qui contra diſputat, poſtremum omnium idem ſæpe dicere. Genera autem coarguendi & reprehendendi ſunt duo. Aliæ enim reprehenſiones in verbis ſunt, aliæ in rebus. Eorum, quæ in verbis ſpectantur, ſex genera ſunt, homonymia, ambiguitas, adiunctio, diſtinctio, accentus, forma orationis. Atque illud & inductione & ratiocinatione, ſiue

diſputabit. Nam ſi res ſit cum difficilibus & proteruis, non poteſt profecto ſtatim quas quiſq; velit, ſed quas poſsit, tractare per ratiocinationem argumentationes. Quoniam autem incertum eſt, quando contraria homines ſumunt, & quando id quod principio ſumptum eſt, (ſæpe enim ipſi ſecum & ſoli cum aliquid loquuntur, repugnantia dicunt, negatoqúe eo quod prius eſt conueniunt poſterius. itaque cum rogantur, ſæpe repugnantia, & quod primo loco propoſitum eſt, concedunt) eo vitioſas argumentationes neceſſe eſt effici. Culpa eſt iſta eorum qui reſpondent, qui quædam non concedunt: alia eiuſdem generis concedunt. Ex quo etiam perſpicuum eſt, non eodem modo refellendos eſſe eos qui quæſtionem ponunt: & ipſam argumentationem. Argumentatio autem quinque modis reprehendi ſolet. Primo, cum ex ijs quæ rogata ſunt & quæſita, nihil concluditur, omnino, nec quod ad rem pertineat, quod falſa ſint, vel non probabilia omnia, aut certe plurima eorum, ex quibus concluſio efficitur, & quod nec detractis quibuſdam, nec additis, nec alijs detractis, alijs additis efficitur concluſio. Secundo, ſi tractetur per ratiocinationem, quæ ad rem non pertineat, ex ijs argumentatio, & ita vt ſupra dictum eſt. Tertio, ſi additis quibuſdam conficiatur ratiocinatio, ſed quæ deteriora ſint quam quæ rogata ſunt minusqúe probabilia concluſione. Quarto, ſi detractis quibuſdam idem contingat. Interdum enim plura ſumuntur quam neceſſe eſt, vt non ex eo quia hæc conceſſa ſunt, efficiatur concluſio. Poſtremo, ſi ex minus probabilibus, & credibilibus efficiatur, quam ſit concluſio, aut ſi ex veris, ſed quæ difficilius & maiore negotio quam id quod quæritur, oſtendi poſſunt. Neque vero id poſtulandum eſt, vt omnes quæ de propoſito inſtituuntur, æque probabiles ſint ratiocinationes, & æque valeant ad faciendam fidem. Eorum enim quæ exquiruntur partim prima facie faciliora ſunt natura ſua, partim difficiliora, vt ſi quibuſcunq; probabilibus poſsint concludentur, recte

concluſa videantur. Perſpicuum eſt igitur, non eodem modo argnmentationem refellendam eſſe, cum ad quæſtionem refertur,& cũ per ſe exquiritur. Nihil enim prohibet argumẽtationem per ſe vitioſam eſſe, quæ ſi ad quæſtionem referatur, vera erit, vicisſimq́ue vera per ſe conſiderata, cum quæſtione collata vitioſa eſſe poteſt, cum facile eſt ex multis probabilibus & veris eſſe concluſionem. Fit autem interdum, vt argumentatio etiam quæ concludit, ea quæ non concludit ſit deterior, cum illa ex ijs quæ minus probantur, concludit, nec ex eo genere quæſtio eſt, hæc autem talia requirit, quæ probabilia & vera ſint nec ex ijs quæ aſſumpta ſunt, argumentatio eſt. Neq; vero ij qui ex falſis verum concludunt, iure reprĕhendi poſſunt, cum preſertim & neceſſe ſit ſemper falſum ex falſis,& liceat interdum verum ex falſis concludi. quod ex libris quos de iudicio ſcripſi, perſpici poteſt. Cum autem argumentatio quæ expoſita eſt, alicuius rei demonſtratio erit, ſi qua ſit alia propoſitio, quæ cum concluſione nullam habeat coniunctionem, ex ea non efficietur concluſio. Sin ſpeciem præ ſe ferat coniunctionis, falax erit concluſio, non neceſſaria. Eſt enim φιλοσόφημα ratiocinatio neceſſaria, epicherema autem, ratiocinatio probabilis. ſophiſma autem, ratiocinatio pugnax. ἀπόρημα, ratio in vtranqne partem diſſerendi. Quod ſi ex vtraq; propoſitione probabili aliquid oſtendatur, neq; æque probĕtur, nihil prohibet id quod demonſtratum eſt, magis quàm vtranque probari. At ſi vna ſit probabilis, altera neutro modo, aut ſi hæc probetnr, illa non probetur æque, tum æque & non æqualiter, quod demonſtratione concluditur, probabitur. ſin altera magis probetur, magis etiam probabitur. Atque etiam in tractandis argumentationibus per ratiocinationem peccatur, cum aliquid pluribus oſtenditur, quod paucioribus poteſt, quæ etiam in argumentatione reperiuntur. Cuius generis illud eſt quod ſumitur ad probandum,

opinionem aliam alia verius dici opinionem. Si quis velit & poſcat hanc enunciationem, ipſe res ſingulæ ſunt maxime. Sunt autem res opinabiles ipſum quod vere eſt, Sunt igitur illæ res, quæ ipſæ ſunt, aliquibus verius. Quod autem ex eo nominatur, quod magis & verius eſt, ipſum magis eſt, & vera eſt etiam ipſa opinio, quæ quibuſdam certior eſt. Atqui hæc duo placuerunt, & ipſam opinionem veram eſſe, & ipſas res ſingulas eſſe maxime. Ita ea opinio quæ veriſſima eſt, certior erit. Sed quod vitium in hac eſt ratiocinatione? An ob eam cauſam, quod facit vt cauſa ex qua ratiocinatio conficitur, ignoretur? Argumentatio autem perſpicua eſt vno modo, qui maxime in populi ore verſatur, cum ita concluſa eſt, vt iam nulla ſit opus interrogatione. altero: qui etiam crebris vſurpatur ſermonibus, cum ſumpta ſunt ea, ex quibus eſſe neceſſe eſt quod concluditur. ſint autem ea ex alijs concluſionibus collecta. preterea, ſi quid prætermiſſum ſit, quod valde ſit probabile. Falſa autem dicitur quatuor modis, & cum videtur concludere, neq; concludit, quod vocatur concluſio & ratiocinatio ad concertationes ſpectans. & cum efficit illa quidem aliquid, ſed quod minus ad rem pertineat, quod ijs contingit maxime, quibus incommodo alij vrgentur. aut aliquid concludit, quod ad id quod agitur pertinet, ſed non propria accommodatáq; ratione, id eſt, ſi ea, quæ non eſt medicinæ propria, videatur medicinæ eſſe, aut geometrarum quæ non eſt, aut dialecticorum quæ non eſt, ſiue verum, ſiue falſum ſit quod efficitur. Alio modo falſa eſt argumentatio, cum ex falſis concludit. cuius generis erit alia falſa, alia vera concluſio. Nam & falſum ſemper ex falſis & verum interdum ex falſis, vt ſupra dixi, concluditur. Ac oratio quidem, quod falſa ſit, culpa eſt eius qui argumentationem tractat potius, quam argumentationis. Nec vero culpa eſt ſemper diſputantis, ſed tum denique cum falſam ſe

aliquam argumentationem tractaſſe ignorat. quandoquidem falſam orationem & propoſitionē per ſe quidem magis quā multas veras approbamus, dum ijs quæ maxime probantur, aliquid eorum quæ vera ſunt ipſa refellit. (Nam cum ſit eiuſmodi, tamen verorum neceſſaria concluſio eſt.) quippe cum aliquid eorum, quæ poſita ſunt, ab eſſe debeat omnino, vt id demonſtretur. Si vero & falſis & valde abſurdis verum concludat argumentatio, multo certe deterior ijs futura eſt, quæ falſum concludunt. Cuius generis argumentatio, etiam falſum concludere poteſt. Perſpicuum eſt igitur, primum videndum eſſe, an concludat argumentatio, deinde, verum ne an falſum, tū, ex quibus. Nam ſi ex falſis, ſed quæ probabilia ſint dialectica erit, ſin ex veris, ſed quæ non probentur, vitioſa, ſi & falſa, & quæ valde improbentur, profecto vitioſa erit aut omnino, aut in re de qua agitur. Quemadmodū autem is qui quæſtionē ponit, id quod initio propoſitum eſt & contraria petat, ad veritatem expoſitum eſt in ijs libris quos de iudicio ſcripſimus, quemadmodū ad opinionem, nunc dicendum eſt. Petendi autem id quod initio dictum eſt, quinque ſunt genera. Primum & clariſſimum, ſi quis id petat, quod eget probatione quodquidem in eadem re non facile ignoratur. Synonymis autem, ijsque omnibus quorum ſe nomen & definitio idem declarant magis. Alterum cum id quod ſingillatim demōſtrari debet, omnino & totum aliquis petit. vt ſi quis probās contrariorum quæ aduerſa dicuntur, vnam eſſe artem, putat contrariorum omnino vnam eſſe. videtur enim quod per ſe probari debeat, id vna cum alijs pluribus petere. Tertium, ſi quis ſigillatim petat, quod propoſitum eſt ad demonſtrandum omnino. vt ſi omnium aduerſorum eſſe propoſitum ſit, aliquorum petat. Nam videtur hic etiam quod cum multis erat docendum, id petere per ſe ac ſeparatim. Rurſus ſi quis adhibita diuiſione, id de quo agitur petat, vt ſi demonſtrandum ſit, medicinam eſſe ſalubrium & contrariorum, ſeparatim petat vtrunque, aut ſi quis alterum

alterum petat eorum, quorum alia alijs conſequuntur neceſſario. vt latus cum diametro componi non poſſe, cum probandum ſit diametrum cum latere poſſe. Contraria etiam tot modis, quot ea, quæ initio dicta ſunt, petuntur. Primum, ſi contraria petat, affirmantia & negantia. Secundo, ſi contraria ex oppoſitione, vt bonum & malum, eſſe idem. Tertio, ſi quis omnino & totum ſumpſerit, & in parte petat quod repugnat. vt ſi quis hoc ſumpto, aduerſorum vnam eſſe artem, petat ſalubrium, & inſalubrium aliam artem. aut ſi hoc poſterio re petito, de toto genere repugnantiam ſumat. Rurſus, ſi quis contrariorum petat eius, quod ex poſitis, & conceſſis efficitur neceſſario. Item ſi quis contraria ipſa non ſumat, duo autem petat eiuſmodi, ex quibus repugnantia ſequetur. Sumere autem contraria, & petere id, quod initio poſitum eſt, hoc differunt, quòd huius error in concluſionem incidit. (illud enim ſpectantes peti id dicimus, quod initio poſitum eſt) contraria autem id propoſitionibus cernuntur, quod inter ſe quodammodo affectæ ſunt. Vt autem exercitatio & meditatio in argumẽtationibus eiuſmodi paretur, primum aſſueſcendũ eſt argumentationes conuertere. Sic enim maior nobis ad diſputandum argumentorum ſuppetet copia & in paucis multas argumẽtationes tenebimus, Conuertere enim eſt, vnum eorum, quæ data ſunt refellere, cõmutata cum reliquis interrogationibus concluſione. Nam ſi tollatur concluſio, vna aliqua propoſitio tollatur, neceſſe eſt: ſiquidem poſitis ijs omnibus, neceſſe ſit concluſionem effici. Ad omne vero propoſitum multum valet, in hanc an illam partem argumentum firmum ſit videre, & inuenta eius explicatione, illico quæſtionem ponere. Sic enim fiet, vt ſimul & in quærendo & in reſpondendo exercitati ſimus. Si nemo alius ſit, quo cum diſputemus, conferamuſque hæc ipſa, at certe nobis viciſſim per nos & nobiſcum licebit. qua exercitatione ad omnem quæſtionem argumenta deligemus. Hoc enim & ad cogendum, & ad refellendum multum valet, cum alicui magna argu-

mentorum copia in vtranque partem diſſerendi ſuppetit. nam ad contrarias partes fiet tutior. Poſſeque ante perſpicere, & perſpexiſſe, quid vtranque quæſtionem & cauſam ſequatur, non paruum adiumentum adfert ad cognitionem, philoſophiæque rationem. Relinquetur enim, vt eorum recte alterum ſequamur. Sed ad id efficiendum ingenio opus eſt. Verumque ingenium & indoles in eo eſt, vt poſſis verum recte ſequi, & declinare falſum: quod quidem ij quibus acumen ingenij & indolem natura largita eſt, præclare efficere poſſunt. Cum enim amant & oderunt, quod affertur & proponitur, vere de eo quod præſtantiſſimum eſt iudicant. Cum vero, ad quæſtiones, quæ ſæpiſſime in diſputationē incidunt, parati & inſtructi argumentorum copia venire debemes, tum maxime ad eas, quibus capita prima propoſita & quæſtiones generales diſputantur. quoniam in his fere ii qui reſpondent, non habent quod dicant. Iam definitionum nobis magna vis ſuppetere debet, eaſque in promptu habere debemus maxime, quibus ea, quæ probantur, & prima & perſpicua declarantur, cum præſertim ex iis ratiocinationes conſtent. Danda eſt etiam opera, vt ea, in quæ alia argumenta incurrunt, teneamus. Vt enim in geometria vtile eſt, elementa & initia exercitatione parata & meditata habere, & in numerorum ratione, prima quaſi capita in prōptu habere, magnaq; in hoc ipſo vis eſt, vt alium etiam numerū multiplicatum cognoſcant, ſic in argumentationibus, principia tenere, & propoſitiones in ore habere. Quemadmodū enim in ea parte, in qua memoriæ ſedes eſt, loci collocati & diſpoſiti, ſtatim faciunt vt redeant res nobis in memoriā, ita hæc ipſa magnā nobis ad diſſerendum copiam ſuggerēt, quod loci ipſi certi ſint, quos ſpectemus. Sed locus communis potius quam ratiocinatio memoriæ mandandus eſt. quippe cum difficile ſit, mediocrem principiorum & propoſitorum vim ac numerum ſuppetere. præterea argumētum vnum in multa diſtribuere aſſueſcendum eſt nobis: ita tamen, vt id obſcuriſſime

facere

facere videamur. Quod ita fiet, ſi quis longiſſime aberret à vicinitate eorum, de quibus agitur. Ea autem argumenta in hoc genere plurimum valebunt, quæ de toto genere id maxime efficere poſſunt. Cuius generis illud eſt. Non eſſe vnam multarum rerum artem. Eadem enim ratio eſt eorum, quæ cum aliquo conferuntur, & contrariorum, quæ aduerſe dicuntur, & coniugatorum. Atq; etiam ad vniuerſi generis quæſtionem reuocari debet diſputatio, etiam ſi in parte ſit tractata. Sic enim ex vna multas etiam facere licebit. Quod explicari in arte Rhetorica de enthymematibus eodẽ modo iudicandum eſt. Idemque conferre ſe ſæpiſſime ad vniuerſi generis quæſtionem debet, ex qua concluſionem eliciat. Vidẽdum eſt etiam ſemper, vt de pluribus rebus communibus tractetur oratio. Omnis enim quæ de parte, etiam de toto genere exponetur, ineſtq; in priuata ſingulari cauſa totius generis expoſitio & demonſtratio, quod ſine totius generis locis nihil concludi poteſt. Vſus autem argumentationum earum, quæ per inductionem tractantur, ad adoleſcentes, & ignaros earum, quæ per ratiocinationem ad peritos transferri accommodarique debet. Enitendumque eſt, vt ab ijs, qui argumentationes per ratiocinationem tractare poſſunt, locos & propoſitiones, ab ijs qui per inductionem, ſimilitudinum collationes comparationesque acci piamus. Sunt enim vtrique in hoc genere exercitati. Omnino is, qui exercitationis gratia diſputat, conari debet vel ratiocinationem de re aliqua efferre, vel explicationem, vel propoſitionem, vel argumento reſiſtere, ſiue quis recte ponat quæſtionem, ſiue non recte ipſe, aut alius, & qua de cauſa vtrunque ipſi efficiant. Ex his enim hæc tota ratio & facultas conſtat. exercitatio autẽ facultatis gratia ſuſcipitur, eius præſertim, quæ in proponendo aliquid & reſiſtendo argumentis cernitur. Dialecticus enim inſtructus paratusque eſt & ad proponendum quid, & ad reſiſtendum. Eſt autem proponere, vnum facere ex multis: quandoquidem vnum omnino ſumi debet ad id de quo agitur. reſiſtere

reſiſtere vero, multa ex vno. aut enim diſtinguit, aut euertit: cùm ex ijs, quæ propoſita ſunt, hoc concedit, illud non concedit. Quoniam autem vitioſe, & iniquæ diſputationes cum quibuſdam futuræ ſunt neceſſario, nec cum quouis diſputationes inſtituere, nec quemlibet in ſocietatem exercitationis recipere debemus. Itaque conſuetudo eius vitãda eſt, qui hoc vnum agit, hoc conatur vt ſe oſtentet in diſputando. Et quãquam æquum eſt omnino diſputare, tamen nõ ſemper decet. Quocirca non temere cum quibuſuis exercitationis cauſa confidendum eſt. hinc enim maledicta, hinc con tumeliæ, hinc iracundæ contentiones concertationesque naſcuntur. Neque enim fieri poteſt, vt qui vnum in locum diſcendi exercendæque artis gratia conueniunt, ſine concertationibus diſputare deſinant. Atq; vt finem diſcendi faciam, parata & expedita argumen ta nobis eſſe debent ad eiuſmodi quæſtiones, quorum quò minor copia ſuppetet, eo plura valebunt, quo ex genere ſunt & ea, quæ per totius generis quæſtionem fuſa ſunt, & ea, quorum ex tempore difficilior ſuppeditatio & inuentio eſt.

CONCLVSIONES.

Socius iniquus & ſceleratus eſt qui commune bonum impedit.

Verum ex falſis nonnunquam, falſum autem non niſi ex falſis concludi licet.

Octo librorum Topicorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

PERIPATETICORVM PRINCIPIS ELENCHORVM LIBER PRIMVS.

Ioachino Perionio Cormœriaceno Interprete.

SVMMA LIBRI.

Quæ nam ſit libri intentio, & de diſputationum varijs generibus. De locis ſophiſticis in dictione & extra dictionem, & de cauſis ſophiſticarum deceptionum. De ueris & falſis redargutionibus. De tentatiua interrogatione, quæ differentia ſit inter ſophiſticum & contentioſum. De captionibus denique Nugationis & Solœciſmi, & de ſophiſtica occultatione contra moleſte reſpondentes.

Quod nam ſit libri propoſitum: & eſſe aliquem ſyllogiſmum ſophiſticum oſtendit. Caput primum.

DE REPREHENSIONIBVS fallacibus, iisq; quæ reprehenſionis ſpeciē præ ſe ferunt, cum captiones ſint, nō reprehenſiones, hoc ego ſermone dicere inſtitui. In quo à primis & elemētis, naturæ ordinem ſecutus, ordiar. Ac illud quidem perſpicuū eſt, alias eſſe ratiocinationes quæ vere proprieq; dicantur, aliàs quæ illarum ſpeciem & ſimilitudinem imitentur.

imitentur. Quod quidem vt in cæteris rebus, ſic in ſermonibus propter ſimilitudinẽ ſolet contingere. Vt .n. in alijs hominibus vera corporis conſtitutio ineſt, in alijs eius imago ac ſpecies, quod more pompãrũ ſe ipſi comunt & cõparant, quorũ illis elengantẽ honeſtamq; faciẽ forma, his fucus largiatur: Sic in rebus inanimis contingit, quarũ partim argentum ſunt reuera, partim aurũ. Aliæ non proprie vereq; dicuntur, iudicio tamen ſenſus videntur, qualia ſunt lithargirina & ſtãnea, quæ argentea & felle infecta, quæ aurea videntur. Eadẽ eſt & ratiocinationis & reprehẽſionis ratio, quarũ alia vere dicit, alia non, ſed quædã illius, quæ ignaros capiat, ſpecies ac ſimulatio. Imperitis .n. idẽ vſu venit, quod ijs, qui res procul proſpiciũt. Ratiocinatio enim eſt ex nonnullis, quibus poſitis, aliquid aliud præter ea, quæ poſita ſunt, ex his ipſis neceſſario efficitur. Reprehẽſio autẽ ratiocinatio eſt, cum oratione contraria concluſionis. Aliæ autẽ id nõ efficiunt, & tamẽ efficere videntur, idq; multis de cauſis. quarũ illa veriſſima eſt, & vulgariſſima, quã verba pepererunt. Nam qm̃ nõ licet nobis vna ferre nobiſcũ res, de quibus per ſe ac ſoli diſputemus, utimurq; ꝓ rebus verbis, quaſi quibuſdã notis, quod in verbis vſu venit, idẽ in rebus vſu venire exiſtimamus; quemadmodũ in calculis ijs vſu venit, qui rationẽ ſubducunt. Quanquã nõ eſt eadẽ huius rei verborumq; ratio, propterea ꝙ verborũ certus eſt, numerus, multitudiniſq; ſermonũ rerũ infinitior: ita eadẽ oratio vnumq; verbũ multa declarat neceſſario. Vt igitur illic ã peritis falluntur ij, qui rationes ſubducere neſciũt, ſic ĩ diſputationibus ij, qui verborũ vim ignorãt, facile, & cum ipſi diſputant, & cũ alios diſputantes audiũt, falluntur atque capiuntur. Atque hæc quidẽ cauſa eſt, aliæ quæ per multæ quas exponemus. ex quibus ficta & ſimulata nata ratiocinatio & reprehenſio eſt.

CONCLVSIONES.

Verborum ac nominum certus eſt numerus, rerum uero infinitior: ideo unum nomen plura ſignificat.

De

De diſputationum generibus. Cap. 2.

QVoniam autem quibuſdam vtilior & melior eſt ſapientiæ opinio ipſa ſapientia, detracta opinione (eſt enim ſophiſtice ſimulachrum ſimulatioque ſapientiæ, non vera ſapientia: & ſophiſtes is, qui ſimulatione ſpetieque ſapientiæ, non vera ſapientia quæſtum facit) profecto hi tales homines fateantur neceſſe eſt, malle ſe videri ſapientis fungi officio, quam fungi nec videri. Eſt autem perfecte ſapientis officium, ijs in rebus, quas quidem cognitas meditatasq; habeat, nec fallere, nec decipere, alteriusq; nodos & captiones indicare poſſe. quorum hoc in eo poſitum eſt, vt difendere: alterum in eo, vt refutare poſſis id, de quo diſputetur. Quocirca qui ſophiſticæ eſſe volunt, eos neceſſe eſt genus harum diſputationum exquirere & adipiſci: eſt enim in promptu: quandoquidem hac ipſa facultatem id, quod volunt, ſapientiæ ſimulachrum aſſequētur. Illud igitur perſpicuum eſt, tale genus eſſe diſputationũ, eamque vim & facultatem eos expetere, quos ſophiſtas vocamus. Deinceps ſequitur, vt quot genera ſint diſputationum captioſarum, quotque ex partibus hæc ipſa conſtet facultas, & quot ſint noſtri inſtituti partes, & de ijs, quæ ad hanc artem pertinent diſſeramus. Sunt igitur earum diſputationum, quæ ſunt in diſſerendo, genera quatuor. Aliæ enim ad docendum, aliæ ad diſſerendum valent: partim tentandi & experiundi, partim ſtudio certandi inſtituuntur. Sermones ad præcipiendum comparantur ij, qui ex proprijs verisque initijs artium omnium, non ex reſpondentis arbitrio ſententiaque concludun tur. debet enim is fidem adhibere, qui diſcit. Ad diſſerendum autem valent ij, qui ex probabilibus aliquid contra quam dictum eſt, efficitur. Tentandi autem experiundiq; gratia ſuſcipiuntur ij, qui ex ijs concludūt, quæ probat ijs, qui reſpondet, quæque tenere debet neceſſario, is qui ſibi artem arrogat. Quo de genere alio

loco

loco diximus. Certandi autem ſtudio adhibentur, qui ex ijs, quæ probabilia videntur, nec ſunt, aliquid concludunt: aut ij, qui ſpeciem præ ſe ferunt concluſionis. Ac de ijs, qui ad præcipiendum demonſtrandumque comparantur, in libris de iudicandi arte diſſeruimus. de iis autem, quæ ad diſſerendum, & tentandum in ſuperioribus. de ijs quæ certādi ſtudio, nunc dicendū eſt.

CONCLVSIONES.

Oportet addiſcentem credere.
Sophiſtica eſt apparens ſapientia.
Nonnullis magis operæ pretium eſt, uideri ſapientes & non eſſe, quàm eſſe & non uideri.

Sophiſtarum fines, & de locis ſophiſticis in dictione. Cap. 3.

SEd primum intelligendum eſt, quot exquirant & inueſtigent ij, qui certandi vincendiq; ſtudio diſputant. Sunt autem numero quinque, reprehenſio, falſum, admirabile, & contra opinionem, ſolœciſmus, & quintum, facere vt nugetur is, qui contra diſputet, quod in eo poſitum eſt, vt ſæpe idem iterare cogatur. aut quod non eſt quidem, ſed ſpeciem quandam præ ſe fert illorum omnium. Volunt primum illi quidem, ac maxime videri coarguere eos, qui contra diſputant: deinde falſum aliquid oſtendere, tum ad aliquid, quod eſt contra opinionem omnium compellere, tū ad ſolœciſmum impellere, id eſt facere vt barbare loquatur ex diſputatione is, qui contra diſputat, poſtremum omnium idem ſæpe dicere. Genera autem coarguendi & reprehendendi ſunt duo. Aliæ enim reprehenſiones in verbis ſunt, aliæ in rebus. Eorum, quæ in verbis ſpectantur, ſex genera ſunt, homonymia, ambiguitas, adiunctio, diſtinctio, accentus, forma orationis. Atque illud & inductione & ratiocinatione, ſiue

alio aliquo argumento docere poteſt, tot nos modis iiſdem verbis & orationibus non eaſdem res ſolere declarare. Ex homonymia autē captiones ducuntur hoc modo: Qui ſciunt, diſcunt. quæ enim memoriæ prodita ſunt, diſcunt grammatici. Diſcere enim homonymum eſt. nam & ſcire is dicitur, qui doctrina vtitur, & is cui ars traditur. Eiuſdem generis illud eſt, mala eſſe in bonis, quoniam quę oportet facere bona ſunt, & mala oportet facere. Dupliciter enim oportere dicitur, quod neceſſarium eſt, id quod etiam in malis ſæpe contingit, propterea quod malum aliquod neceſſarium eſt: & bona oportet fieri dicimus. Simile illud eſt etiam. Eundem ſedere & ſtare, ægrotare & valere. Qui enim ſurgebat ſtat, & qui curabatur, valet, atqui ſurgit aliquis ſedens, & curatur ægrotans. ſed ægrum aliquid facere aut pati & accipere, non vnum aliquid declarat: verum interdum eum hoc tempore ægrotare, aut ſedere, interdum cum ante hac ægrotaſſe. tamen verum eſt, curatum eſſe ægrotantem: at valere non cum ægrotat & ægrotare non nunc quidem, ſed prius. Ex ambiguitate hoc modo, Velle me hoſtes capere: &, Num quod quis cognoſcit, id cognoſcit? fieri enim pōt, vt & is, qui cognoſcit, & id quod cognoſcitur. pro eo qui cognoſcit, hac orōne exponatur.

Cuius generis eſt illud, Num quod quis videt, id videt? columnam autem videt, videt igitur columna. Item illud, An quod tu ais eſſe, id tu ais eſſe? ais antem lapidem eſſe, tu igitur lapidem eſſe tu ais. Et, liceat ne ſilētia loqui? ambiguū eſt enim, etiam ſilentia dicere, vt & eum qui dicit, & ea quæ dicuntur, tacere intelligamur. Sunt antem tria genera eorum, quæ ex homonymia & ambiguitate naſcuntur. Vnum, cum oratio vel verbum aliquod proprie multa ſignificat, vt aquila vel canis. alterum, cum ſoliti ſumus ita dicere. tertium quando coniuncta verba multa ſignificant, ſeparata vnum: quale eſt, ſcire literas, vtrunque enim & ſcire, & literæ, fortaſſe vnū aliquid per ſe ſignificat, coniuncta autem, plura, aut ipſas literas habere ſcientiam,

tiam, aut alium habere literarũ ſcientiam. Ac homonymiæ quidem & ambiguitatis genera expoſita ſunt. Ex coniunctione autem hæ ſunt orationes, hoc modo, ſedentem ambulare poſſe, & eum qui non ſcribat, ſcribere. Neque enim idem ſignificat, ſi quis diſtinctione vtatur in proferendo, quòd ſi coniunctione, vt poſſe eũ, qui ſedeat ambulare, & eum qui non ſcribat, ſcribere, idem, quod ſi quis cum adiunctione dicat, eum qui non ſcribat, ſcribere. Significabit enim, eius eam vim eſſe, vt cum non ſcribit, ſcribere queat. at ſi non adhibeat adiunctionem, eum poſſe tum cum non ſcribat, ſcribere. Et diſcere nunc literas: ſiquidem didicit quæ ſciebat. Et eum, qui vnum tantummodo poſsit ferre multa ferre poſſe. Ex diſtinctione hoc modo, quinque ſunt tria & duo, & par numerus & impar. Et illud, Quod maius eſt, æquale eſſe, propterea tantum eſt & eo amplius. Non enim ſemper idem diſtincta, quod coniuncta eadem valet oratio. Cuius generis illa eſt, Ego te feci ſeruum exiſtentem liberum, Et illa, Quinquaginta virum centum heros liquit Achilles. Accentus autem ratio facit, vt in ijs quæ ſcripto nõ conſtant, qui diſſerunt non facile ſermonem habere poſſint, in ijs, quæ ſcripto conſtant, & in poematibus facilius poſſint. Quo in genere Homerum nonnulli corrigunt, & defendunt aduerſus eos, qui eum coarguunt, quaſi abſurde dixerit, Hoc οὐ putreſcit imbre. Quod illi dum accentu diſſoluunt, & explicant, ου acuto tono aiunt notatum. Et illud de Agamemnonis ſomnio ita explicant, vt dicant non ipſum Iouem dixiſſe, ſe dare victoriam velle, ſed eum ſomnio id dediſſe mandatum. Ab accentu hæc naſcuntur omnia. Ex forma autem orationis eueniunt, cum non idem eodem modo exponitur. vt ſi quis virile nomen pro muliebri dicat, aut muliebre pro virili, vel quod is interiectum pro altero, aut quantitatẽ pro qualitate, aut qualitatẽ pro quantitate, aut quod facit pro eo quod patitur, aut quod affectum ſit pro eo, quod facit, & ſi qua ſunt alia eiuſdem generis. Licet enim aliquid quod non eſt in iis

quæ faciunt, ſic oratione explicare, vt ſi in ijs, quæ faciunt eſſe. vt valere eadem orationis forma, qua ſecare & ædificare dicitur, cum interim illud quale quid & affectum quodam modo, hoc aliquid facere declarat. Quod eodem modo de alijs iudicandum eſt.

CONCLVSIONES.

Quinque ſunt termini, ad quos reſpondentes ducere conatur diſputantes: Redargutio, Falſum, Inopinabile, Solœciſmus, & Nugatio.

De locis Sophiſticis extra dictionem. Cap. 4.

EX his quidem locis reprehenſiones eæ, quæ ex verbo exiſtunt, ducuntur. Rerum autem captioſa ſunt genera ſeptem. Vnum ex accidente, alterum cum omnino aut non omnino, ſed quodammodo aut alicubi, aut aliquando, aut collatum cum aliquo dicitur, tertium, ex reprehenſionis ignoratione, quartum, à conſequentibus, quintum, ex eius, quod initio dictum eſt petitione, ſextum, cum pro cauſa id, quod non eſt cauſa, ponitur, ſeptimum, cum rogata plura pro vno proponuntur. Ac ex accidente quidem tum captioſa eſt & fallax concluſio, cum aliquid eodem modo æque rei, atque accidenti volunt conuenire. Quãdo enim eidem rei multa accidunt, profecto non eſt neceſſe ea omnia & ijs omnibus, quæ dicuntur, & ei de quo dicuntur, conuenire. Sic enim futura ſunt eadem omnia, vt ſophiſtæ contendunt. vt ſi Coriſcus ab homine diuerſus eſt, ipſe à ſe, quia homo eſt, diuerſus erit. aut, ſi Coriſcus alius eſt, alius Socrates, & Socrates homo eſt, Coriſcum ab homine diuerſum aiunt eſſe conceſſum, propterea quod accidit, vt is ſit homo, à quo ille dictus eſt eſſe diuerſus. Ex eo autem, quod hoc vel illud omnino dicitur, aut quodammodo non proprie, tum captioſum naſcitur genus concludendi, cum id,

id, quod in parte dicitur, omnino & in totum dictum eſſe ſumitur. vt ſi res, quæ nullæ ſunt, ſumantur non eſſe, quia ſunt opinabiles. Neque enim idem valet eſſe quadã ex parte, quod eſſe omnino, aut ſi aliquid quod eſt non eſſe ſumatur, quod rerum, quæ ſunt, aliqua vt homo non ſit. Neque enim non eſſe aliquid, idem quod non eſſe omnino efficit. Sed quia vicina ſunt & finitima hæc dicendi genera, eſſe aliqua ex parte, eſſe omnino, & non eſſe aliqua ex parte, non eſſe omnino, neque inter ea multum intereſt, ob eam cauſam idem valere & efficere videntur. Similis eſt ratio illius generis quòd ex his duobus naſcitur, quodammodo & omnino. vt ſi Indus omnino niger, candidis ſit dentibus, ex eoque albus, non niger concludatur, & ſi vtrunque quodammodo conueniat, ex eo eidem contraria conueniret. Atque hoc quidem genus captioſi argumenti in nonnullis facile eſt perſpicere omnibus, vt ſi quis ſumpto eo, Aethiopem eſſe candidis dentibus, an albus ſit requirat, & abſoluta interrogatione, ſi hac ex parte ſit albus, illud eundem nigrum & non nigrum eſſe, diſputando effectum eſſe & concluſum putet. Sunt autem quædam, in quibus id obſcurum eſt frequenter. cuius generis ea ſunt omnia, in quibus cum illud ipſum quodammodo & quadam ex parte dicitur, illud etiam omnino conſequens videtur. Itemque ea omnia, in quibus non eſt facile perſpicere, vtrum eorum recte dandum ſit, qualia ſunt ea omnia, quibus pari iure & æqualiter contraria conueniunt. Videtur enim aut vtrunque, aut certe neutrum dandum eſſe, dici omnino, vt ſi quid ex dimidia parte ſit album, & dimidij altera nigrum, id quæratur album ſit an nigrum. Ea autem captioſa argumenta, quæ ex eo oriuntur, quia quid ratiocinatio ſit, quid reprehenſio, non expoſitum ſit, ex pretermiſſione definitionis eueniunt. Eſt enim reprehenſio, oratio contraria vnius eiuſdemque non verbi, ſed rei: & verbi non ſynonymi, ſed eiuſdem, quæ quidem ex ijs, quæ data ſunt & conceſſa: efficitur concluditurque neceſſario, non adiuncto

eo ꝙ initio dictũ eſt, quod eadẽ ex parte, & in eadem re, eodemque modo, & in eodem tempore dicatur. Eodemq; modo falſum quid de aliquo dici poteſt. Sũt etiam quidam, qui alicuius eorum, quæ expoſita ſunt prætermiſſione videntur refellere, vt eandem rem duplã eſſe, & non duplã. duo enim vnius eſſe dupla, trium non eſſe dupla, aut ſi eadẽ res eiuſdem dupla ſit, & non dupla, ſed non ex eadem parte: vt longitudine dupla ſit, latitudine autẽ non dupla. aut ſi eiuſdem rei ſit: & eadem ex parte, eodemq; modo, ſed non eodem tempore, ita ſpeciem præ ſe ferunt reprehenſionis. Quod quidem genus ad ea, quæ ex verbo exiſtunt, referri poteſt. Quæ autem ex ſumptione & repetitione eius, quod initio dictum eſt, eueniunt, totidem modis exiſtunt, quot poteſt repeti id quod initio dictum eſt. Reprehendere autem in hoc genere videntur, propterea quod quid idem ſit, quid alterum, non poſſit perſpici. Ex conſequentibus captioſum genus reprehendendi ex eo naſcitur, quia retro viciſſim conſequens commeare putetur. Quando enim ſi hoc eſt, illud eſſe neceſſe eſt, putat ſi illud ſit, alterum etiam eſſe neceſſario. Ex quo fallaciæ & captiones, quæ in opinione & ſenſu conſidunt, oriuntur. ſæpe enim fel eſſe mel exiſtimamus, quoniam flauus color mel ſequitur. Et quia ſi pluit, ſequitur vt terra madefiat viciſſim ſi madefacta ſit, pluiſſe etiam putamus, quod non eſt neceſſe. In arte autem rhetorica argumenta, quæ per ſigna tractantur ſunt ex conſequentibus. Ad probandum enim aliquem adulterum, id quod conſequens eſt ſumunt, eum comptum eſſe, aut eum noctu errantem videri. quæ quidem in multis reperiuntur, ea autem, quæ dicuntur, non item. Quod idem fit in ijs artibus, quæ ad concludendum efficiendum quæ valent. Cuius generis eſt illa Meliſſi concluſio, Infinitam eſſe vniuerſitatem, aſſumpto illo, vniuerſitatis nullum eſſe ortum. ex eo enim, quod non eſt, nihil gigni poſſe, quod autem ortum habuit, ex initio natum eſſe. Si igitur non eſt generata, initium non habet vniuerſitas. Ita infinita eſt & intermina-

minata. Quod certe non efficitur neceſſario. nō enim ſi quicquid natum eſt, id initium habet, iccircò viciſſim, ſiquid initium habet, etiam natum eſt, ſicut nec ſi qui febre iactatur, calidus eſt, neceſſe eſt cum qui calidus eſt, febre iactari. Reprehenſio autem captioſa ex eo, quod pro cauſa id quod cauſa non eſt, ponitur, tum exiſtit, cum id quod cauſa non eſt, aſſumitur, quaſi ex illo reprehendendi naſcatur occaſio. quod in ratiocinationibus contingit, ijs quibus alij incommodo vrgentur, quoniam iis ipſis neceſſe eſt aliquid eorum, quæ poſita ſunt refellere. Si igitur in neceſſarijs interrogationibus ante concluſionem enumeretur id quod efficitur, & concluditur, nec fieri poteſt, ex eo ſæpe naſci videbitur reprehenſio, vt ſi animus idem quod vita. Si enim interitui ortus eſt contrarius, etiam alicui interitui ortus aliquis contrarius erit, mors autem quidam eſt interitus, & contraria vitæ eſt, ortus igitur vita eſt, & viuere oriri. quod fieri non poteſt. Non igitur idem eſt animus quod vita. Ita non effectum eſt, animum idem quod vitam eſſe (efficietur enim ac concludetur ex eo, id quod fieri non poteſt, etiam ſi quis neget animum idem eſſe quod vitam) ſed ſolum vitam morti, quæ eſt interitus, & interitui ortum eſſe contrarium. Argumenta igitur huius generis non ſunt illa quidem omnino infirma ad efficiendum aliquid, ſe ad id modo, quod poſitum eſt concludendum nihil valent. quod tamen genus latet plerunque eos ipſos, qui interrogant. Atque ex conſequentibus, & ex eo quod pro cauſa, id quod non eſt cauſa, ponitur, quæ argumenta captioſa ducerentur, expoſui, ex eo autem quod multæ interrogationes pro vna habentur tum exiſtunt cum ignorantur multæ eſſe, & ad eas tanquam vna ſit ſemel reſpondemur. Ac nonnullas quidem interrogationes multas eſſe facile eſt cernere, neque reſpondendum eſſe. Cuiusgeneris illa eſt, Sit ne terra mare, an cœlum? In quibuſdam difficilius eſt hoc perſpicere. Nam tãquam vna ſit, aut concedunt, propterea quod ad rogatum non reſpon-

dent, aut coargui videntur. Quo ex genere illa eſt, An hic & ille homo eſt? Si quis igitur hunc & illum fereat hominem, non homines feriet. Item hæc, propoſitis multis quorum partim bona ſunt, partim non bona, ſint ne bona omnia, an non bona? Vtrumuis enim reſpondeat, vel reprehenſioni cauſam dabit, vel certe id, quod perſpicue falſum eſt, dicere videbitur. Dicere enim aliquid eorum, quæ non ſunt in bonis, bonum eſſe, vel eorum quæ in bonis ſunt, non bonnm, falſum eſt. Interdum aſſumptis quibuſdam, vera erit reprehenſio, vt ſi quis det eadem ratione vnum multaque dici alba, nuda, & cæca. Si enim cæcum ideſt, quod non deſpicit, & cui natura aptus eſt aſpectus, etiam cæca erunt ea, quæ ſenſu oculorum carent, qui eis natura ſit aptus. Propoſitis igitur duobus, quorum vnum videat, alterum non videat, vtrunque aut reſpiciet, aut cæcum erit: quod fieri non poteſt.

CONCLVSIONES.

Redargutio eſt oratio qua conceditur & admittitur iam negatum, uel negatur iam conceſſum.

Quaſcunque redargutiones ſophiſticas ad ignorantiam redargutionis reduci. Cap. 5.

OMnes quidem ratiocinationes ac reprehenſiones, quæ proprie veræque non dicuntur, ſed has imitantur fallaciter: aut in has, quas expoſuimus formas reducendæ ſunt, aut certe omnes ad reprehenſionis ignorationem redigendæ, atque reuocandæ. Nam, vt hinc potiſſimum exordiar, omnia genera, quæ expoſui, ſub definitionem reprehenſionis concludi licet. Primum, ſi nihil valeant ad efficiendũ aliquid, quod cum ex ijs, q̃ poſita ſunt, effici debeat concluſio, neceſſario etiã dici, non videri dici debent omnia. Deinde ex ſingulis etiam diffinitionis partibus

id perſpici poteſt. Eorum.n.captioſorum argumentorum, quæ in verbo ſpectantur, alia ex eo quod multis modis dicitur, ducuntur, vt homonymia, vt ambiguũ, vt ſimilis forma. Solent.n.hoc vel illud ſignificare omnia, adiunctio autem & diſtinctio & accentus, quod nõ ſit eadem oratio, aut nomen, quod differat. Atqui vt res eadem, ſic eadem oratio & verbum debet eſſe, ſi futura ſit vera reprehenſio, aut ratiocinatio. vt ſi hoc cõcludendum eſt, veſtem non eſſe tunicam, ſed veſtem. Quanquam.n.id verum eſt, non tamen eſſe effectum, ſed præterea quæſtionem vnam, an idem declaret. opus eſt ponere ei, qui cauſam requirat. Quæ autem ex accidente ducuntur, definita ratiocinatione perſpici poſſunt, quandoquidem etiam reprehenſionis eadem debet eſſe definitio, niſi quod contrarię orationis nomen, addendum eſt. Eſt.n.reprehenſio, enunciationis, contrariæ concluſio. Quòd ſi accidens non concluditur, non reprehenditur. non enim ſi his poſitis, illud effici neceſſe eſt, hoc autem album eſt, neceſſe eſt illud album eſſe concluſione. Nec ſi triangulus duobus rectis pares habet angulos, ei autem accidit, vt forma ſit, aut primum, aut principium, efficitur vt forma, aut initium aut primum ſit. Non enim quia forma ſit, aut quia principium, aut primum, ſed quia triangulus, neceſſaria fuit concluſio. Eadem eſt ratio cæterorum. Si igitur reprehenſio quædam ratiocinatio eſt, nunquam certe reprehenſio valebit, quæ ex accidente ducetur. quin etiam ex eo artifices ac docti ab inſcijs coarguuntur, propterea quod ad doctos ratiocinationes ex accidente adhibent. At hi quoniam non poſſunt explicare, aut rogati concedunt, aut etiam, ſi non dent, tamen ſe dediſſe putant. Quæ vero ex eo, quod ex parte & in totum dicitur, ſumuntur argumenta, intelligi poſſunt, quod non in eodem in quo affirmatio, etiam negatio dicitur. Cum enim rei, quæ quadam ex parte alba eſt, illa, quæ aliqua ex parte non eſt alba, & eius, quæ omnino eſt alba, illa, quæ omnino non eſt alba, negatio ſit, ſi quis det aliquid eſſe quadam ex parte album, &

omnino

omnino id album, eſſe alter accipiat, eius profecto nulla erit reprehenſio, etiam ſi ignoratione naturæ reprehenſionis eſſe videatur. Facillime autem ex omnibus, quæ ſupra ſunt expoſita, ea, quæ ex reprehenſionis definitione ſumuntur, intelligi poſſunt. itaque hoc nomen habuerunt, Prætermiſſione enim verbi, aut orationis videntur eſſe, quæ non vere dicuntur reprehenſiones. Quæ ſi in has partes diſtribuantur, in omnibus hæc ipſa definitionis prætermiſſio communiter & promiſcue adhibenda erit. Ea etiam, quæ ex aſſumptione eius, quod initio dictum eſt, eueniunt, & quod id cauſa ponitur, quod non eſt cauſa, definitione reprehenſionis explicantur, præſertim cum ob eam cauſam, quia aliqua poſita ſunt, effici cõcluſio debeat. quod in ijs, quæ non ſunt cauſæ, non contingit, & tum ſequi etiam debeat, cum id quod initio dictum eſt, non enumeratur, quam vim non habent ea argumenta captioſa, quæ ſunt ex eius, quod initio dictum eſt, repetitione. Quæ autem ſunt ex conſequentibus, accidenti quaſi partes ſubijciuntur. Quod enim conſequens eſt, id efficitur & concluditur, ſed ab eo, quod concluditur, differt, quod id, quod concluditur, in vno ſolo intelligi licet, veluti quod flauum eſt, idem eſt quod mel, & quod album eſt, idem quod cygnus. At quod eſt ex conſequente, ſemper in pluribus cernitur. Quæ enim res idem ſunt, quod vna & eadem aliqua eſſe eaſdem æquum cenſemus. Ex quod conſequentis naſcitur reprehenſio, Nec vero id omni ex parte vere dicitur, vt ſi quid album ſit fortuito. nix enim & cygnus idem ſunt, quod album niſi forte id in Meliſſi argumentatione perſpicitur, in qua ſumit & accipit natum eſſe idem valere, quod principium habere, aut paria fieri idem eſſe, quod eandem accipere magnitudinem. Nam quoniam quod natum eſt, principium habet, iccirco id etiam quod initium habet, vult natum fuiſſe, quaſi hæc duo idem declarent, propterea quod initium habeat, & quod natum eſt, & quod finitum ac terminatum, Quod idem in ijs, quæ paria fiunt & æqualia

& æqualia, contingit. Si ea, quæ vnam & eandem magnitudinem ſumunt, paria ſunt, ea etiam, quæ paria ſiunt, eandem accipiunt magnitudinem. ita ſumit id, quod eſt conſequens. Quando igitur reprehenſio ea, quæ eſt ex concluſione in reprehenſionis ignoratione conſiſtit, profecto etiam ea, quæ eſt ex conſequentibus. ſed hoc genus alias tractabimus accuratius. Reprehenſiones autem, quæ ex eo oriuntur, quod ex multis vna fit interrogatio, ob eam cauſam eueniunt, quod vim naturamq; propoſitionis non explicamus, aut patimur. Propoſitio enim vnum de vno enunciat. quoniam vnius ſolius rei & omnino rei vna definitio eſt, vt hominis & vnius ſolius hominis, cæterarumq; rerum omnium. Quod ſi vna ſola propoſitio vnum de vno dicit, omnino etiam propoſitio erit, quæ ex hoc genere eſt interrogatio, cumq; ex propoſitionibus ratiocinatio conſtet, reprehenſio autem ſit ratiocinatio, reprehenſio etiam ex propoſitionibus erit. Si igitur vnum aliquid de vno enunciat pronunciatio, certe ex ignoratione reprehenſionis hæc quoq;, quam tractamus, reprehenſio naſcatur neceſſe eſt: quippe cum ea, quæ non vere dicitur propoſitionis ſpeciem præ ſe ferre videatur. Quod ſi quis det reſponſum, quaſi vna ſit interrogatio, reprehenſioni vere locus relinquetur, ſin ſecus, at dediſſe videtur, falſa erit reprehenſio. Quare hoc quidem confectum eſt, omnia hæc genera in reprehẽſionis ignorationem cadere ac referri, ita tamen, vt ea, quæ in oratione & verbis cernuntur, ob eam cauſam referantur, quod contrariæ enunciationis & repugnantiæ ſpecies quædam in eis exiſtat, quod reprehenſionis eſt proprium, cætera ex ratiocinationis definitione.

CONCLVSIO.

Vnius rei ſimpliciter una eſt definitio.

Decc-

Deceptionum ac ſophiſticarum captionum cauſæ. Cap. VI.

CAptioſa autem ſunt & fallacia ea, quæ ex homonymia & ambiguo eueniunt, tum deniq; cũ diſtinguere non poſſumus id, quod multis modis dicitur. quorundam enim non eſt facilis diſtinctio & explicatio, cuius generis ſunt, vnum id quod eſt, & idem. Quæ autem ex coniunctione & diſtinctione ducũtur, ea captioſa ſunt, propterea quòd nihil intereſſe putatur inter coniunctam & diſtinctam verbis orationem. Quod in plurimis cernere licet. Similis eſt eorum ratio, quæ ex rõnis oriuntur. neq;.n.aliud contenta aut remiſſa oratio declarare in vno videtur, niſi quod in pluribus. quæ vero ex forma dicendi exiſtũt, captioſa ſunt, propter ſimilitudinem orationis. Difficile eſt enim quæ eodem modo, quæ alio dicantur, explicare: quandoquidem is demum proxime ad veri cognitionem accedit, qui hoc ipſum præſtare poteſt. Idemq; annuere & nutu indicare ſolet, quod in vno dicitur, id omne nos aliquid eſſe exiſtimare, & pro vno accipere ſolere, quod vnum & naturam ſingulæ res, & id quod eſt ſequantur maxime. Quocirca in his, quæ ex verbis exiſtunt, hoc genus ponendum eſt. Primum, quod ſępius aut facilius falli capiq; ſolent ij, qui inter ſe, quam qui per ſe ac ſoli diſputant, aut rem aliquam exquirunt & conſiderant. Quæ enim cum alio inſtituitur diſputatio & conſideratio in oratione, ea autem, quam ſecum & per ſe quiſq; meditatur, in ipſa potius re cernitur. Deinde tum deniq; falli ſolent ij qui ipſi per ſe de re aliqua exquirunt, cum tractationem & inſtitutum ad argumentationem traducunt. Tum autem ſimilitudine & ſpecie veri fallimur. ſimilitudo autem ex verbo naſcitur. Quæ autem ſunt ex accidente, propterea fallaces ſunt concluſiones, quia quid idem ſit, quid aliud, quid vnum, quid multa, diiudicare non poſſumus. neq; quibus verbis, quæ de aliquo dicantur,

nec

nec cui rei hæc omnia conueniant. Quod eodem modo de ijs, quæ ſunt ex conſequentibus, iudicãdum eſt: conſequens enim pars accidentis eſt. Iam vero in multis hoc perſpicitur, enunciaturq; hoc modo, Si hæc res ab illa non diuellitur, nec altera ab altera. Quę autem prætermiſſione definitionis, quæq; illis duobus, dici aliqua ex parte & omnino, eueniunt; captioſæ ſunt quod aut nulla, aut parua eorum videtur diſtinctio. Quaſi enim nihil efficiat illud quadam ex parte, aut omnino, aut quodam modo, aut nunc, ita omnino concedimus. Similis eſt ratio earum, quæ id aſſumunt, quod initio dictum eſt, & quæ non habent vim efficiendi: quæq; plures interrogationes pro vna faciunt. Error enim in his omnibus verſatur, quod parua diſtinctio videatur. Neq; enim in his ſubtiliter & accurate, propter eam, quam dixi, cauſam, propoſitionis ratiocinationisq; definitionem exquirimus.

CONCLVSIONES.

Quæ cum alio inſtituitur diſputatio in oratione, quæ uero ſecum quiſque meditatur, in ipſa re cernitur. Sæpius falli capiq; ſolent hi, qui inter ſe, quàm qui per ſe ac ſoli his diſputant.

Ex quibus nam locis captiones falſi ſint. Cap. VII.

QVoniam autem quot cauſæ concluſiones efficiant, eas, quæ non vere dicuntur, ſed earum præ ſe ferunt ſpeciem, tenemus etiam cauſas fallacium & concluſionum & reprehenſionum. Apello autem fallacem & ſophiſtarum propriam non ſolum concluſionem ac reprehenſionem, quæ non proprie, verèque dicitur ſpecies, quæ eſt modus & ſimulatio veræ, ſed eam etiam, quæ vera eſt, ſed ei rei, de qua agitur, accommodata eſt fallaciter. Quo ex genere ſunt eæ, quibus ignari non in eo, quod agitur redargnûntur,

darguuntur,& docentur,quod rationis tentãdi eſt proprium. Eſt autem ratio tentandi pars dialecticæ: quapropter imperitiam eius, qui dat conceditq; argumentum,falſum concludi poteſt. at vero ſophiſtæ, & ſi ratiocinationibus ſuis repugnantia concludunt, tamen, ſi forte alij,qui contra diſputant, ignorent, minus ea exponunt, quibus argumentationibus etiam doctis & peritis tenebras offundunt. Atq; eas nobis eſſe cognitas, hac etiam vi a & ratione intelligi licet.Nam quibus de cauſis auditores putant aliqua, quaſi rogata ſint,concluſa eſſe & effecta,eædem cauſæ ei etiam, qui contra diſputat concluſionis videbuntur, ita hæc ipſa vel omnia, vel quædam cauſæ ſunt, cur falſæ ſint concluſiones.Cui enim quæſtio poſita non eſt, & ſe dediſſe & conceſsiſſe concluſionem putat, is ſi interrogatus eſſet,dediſſet,niſi quod in quibuſdam fere fit, vt ſimul & ante id,quod deeſt interrogemus, & falſum iudicemus. Quo ex genere ſunt eæ,quæ in verbo & ſolœciſmo verſantur. Quod ſi falſæ concluſiones contrariæ orationis & repugnantiæ, ex reprehenſione, quæ ſimulata ſictaque eſt, exiſtunt; certe a totidem cauſis concluſiones falſi efficientur, quot habet fallax reprehenſio. Fallax autem partes habet veræ. vniuſcuiuſq; enim prætermiſsione exiſtet reprehenſio, vt ex eo, quod non efficitur oratione & argumentatione, exiſtit argumentatio ea, quæ incommodo vrget, & ea quæ ex duabus vnam interrogationem facit ex propoſitione, & ea, quæ ex accidente & conſequentibus, quæ pars eſt eius, ſumitur ex eo, quod per ſe & vi ſua conuenit, itemque ea quæ non in re, ſed in nomine verſatur. præterea ex aliqua parte, aut ex eo omnibus his reprehenſiones videntur eæ, quæ omnino & totum dicunt, contrariam orationem, aut ex eadem parte, & cum eadem re collatum, & eodem modo. ea etiam, quæ ex eius,quod initio dictum eſt, aſſumptione exiſtit, propter eius totius, quod initio conceſſum eſt, enumerationem vitioſa eſt. Quapropter quæ ſint falſarum concluſionum cauſæ, intelligemus.

genus. nam & plures non poſſunt eſſe, & eæ, quas expoſui erunt omnium: Sophiſtarum autem reprehenſio, non omnino reprehenſio eſt, ſed contra aliquem tantummodo, quod eodem modo de concluſione iudicandum eſt. Ac ſi non ſumant eam, quæ ex homonymia euenit, vnum declarare aliquod verbum; & eam, quæ ex ſimili forma eſt, hoc vel illud ſolum, itemq; cætera: eæ profecto nec reprehenſiones, nec ratiocinatiões omnino, aut contra eum, qui interrogatur valebunt. Sin ſumant, contra eum, qui rogatur valebunt omnino non valebunt: quandoquidem ſumpſerunt, quod vnum declarat, ſed quod videtur, idque huic ipſi vnum aliquid declarare.

CONCLVSIO.

Sophiſtæ, & ſi rationibus ſuis repugnantia concludant, tamen ſi forte alij, contra diſputantes ignorent, minus ea exponunt, quibus etiam doctis & peritis tenebras offundunt.

De veris ac falſis redargutionibus. Cap. VIII.

QVod autem cauſas ſibi proponant in reprehendendo, ij, qui vere reprehendunt, non eſt quod ſine rerum omnium, quæ ſunt, ſcientia ſuſtinere & explicare conemur. Hoc autem non vnius artis eſt, quandoquidem incertus & infinitus ſcientiarum numerus eſt. ex quo fit, vt etiam demonſtrationum. Sunt etiam veræ reprehenſiones. Quę enim monſtrari, ac neceſſaria ratione concludi poſſunt, ea omnia etiam refellere ac reprehendere licet, ſi veri contrariam orationem ponas, vt ſi quis diametron menſura definiri ponat, neceſſaria ratione reprehendendi poteſt, eam non poſſe. Ita rerum omnium cognitionem teneat oportebit, preſertim cum reprehenſiones quędam ex geometrię, alię ex medicinę, nonnullę

nullæ cæterarum artium ex initijs, earumq; concluſionibus exiſtant. Quin etiam falſæ reprehenſiones infinitæ, incertæque ſunt. Sua enim ex quaq; arte vitioſa efficitur concluſio, vt ex Geometria geometrica, ex medicina medicinæ. Cum autem ex arte dico, ex illius initijs dico. Ex quo perſpicuum eſt, non omnium reprehenſionum, ſed earum modo, quæ ex dialectica petuntur, eſſe ſumendos & explicandos locos: quippe qui ad omnem artem & facultatem pertineant. Ac eam quidem reprehenſionem, quæ cuiuſq; artis propria eſt, artificis eſt tenere & cognoſſe, ſiue vere non dicatur, & tamen eius ſpeciem præ ſe ferat: ſiue vera ſit, & quamobrem: eam autem, quæ ex communibus progreditur, neq; vlli certæ arti ſubijcitur Dialectici. Si enim ex quibus conſtent ratiocinationes probabiles quacunque de re ſint, teneamus, ex quibus etiam reprehenſiones proficiſcantur, tenebimus. Eſt enim reprehenſio, repugnantiæ contrariæque orationis concluſio. ita reprehenſio eſt vna aut duæ ratiocinationes contrariæ enunciationis. Tenemus ergo, ex quibus omnes eiuſmodi exiſtant. Quòd ſi tenemus, etiam explicationes tenemus. Eis enim reſiſtere, id demum eas explicare eſt. Dictum etiam eſt, ex quibus eueniant reprehenſiones, quæ apparent & videntur, non cuiuis, ſed certis quibuſdam. Infinitæ enim erunt, ſi quis quibus de cauſis quibuſcunque videantur, animaduertat. Ergo illud quidem perſpicuũ eſt, Dialectici eſſe poſſe explicare, quibus de cauſis ex communibus ſi progrediatur, vera reprehenſio vel ſimulata & ficta, vel dialectica, vel quæ dialecticam fallaciter imitatur, vel quæ tentandi & experiundi ſtudio adhibetur, exiſtat.

CONCLVSIO.

Scientiarum & demonſtrationum incertus eſt numerus.

Non

Non recte deduci ad intellectum & nomen ipſas orationes. Cap. IX.

NEque vero captionum ea eſt diſſimilitudo ac diſtinctio, quam aiunt quidam eſſe, alias verborum eſſe, alias ſententiarum. Exiſtimare.n.captiones quaſdam in verbis, alias in ſententijs conſiſtere, non eaſdem eſſe, amentia eſt. Quid eſt enim, non mentem & ſententiam ſpectare, niſi cum non vtitur is qui interrogare ſe putat, nomine, ad id ad quod is qui rogatus eſt, conceſſit? Atqui hoc ipſum eſt etiam contra nomen diſputare. Ad mentem autem & ſentétiam dirigere diſputationem eſt, cum ad id adhibuit nomé, ad quod retulit intelligentiam & mentem is, qui reſpondet. Quod ſi quis nomen, quod multa ſignificat, vnum declarare putet, & is, qui interrogat, & is, qui cótra diſputat, veluti id, quod eſt, & vnum, certe multa ſignificant. Verum & is, qui reſpondet, & Zeno ponens quæſtionem, vnumq; putans eſſe id, quod eſt, interrogauit, eſtq; illa concluſio, vnum eſſe omnia: is ad nomen, vel ad mentem eius, qui rogatus eſt, omnem diriget diſputationem. At ſi quis plura ſignificare arbitretur, profecto non illius ſpectauit ſententiam. primum enim hæc ipſa duo, de verbis & ſententia controuerſiã eſſe, in ijs poſita ſunt captionibus, quæ multa declarant. Deinde in alterutro eorum, qui diſputant. Neque enim in oratione poſitum eſt, ad mentem & ſententiam conferre diſputationem: ſed in eo, vt is, qui reſpondet, ad ea, quæ dedit, quodammodo ſit. ffectis. tum vero ad nomen dirigi hæ omnes poſſunt, quoniam nomen hoc loco eſt, non ſententiam ſpectare. ſi enim non omnes ſint, certe aliæ erunt, quæ nec ad nomen, nec ad ſententiam conferentur. Hi autem omnes ita diſtribuunt, vt alias ad nomen, alias ad mentem ſententiamq; referant, alias non item. atqui ex ratiocinationibus, quæ ex ijs conſtant, quæ ambigua ſunt, quædam verborum ſunt ratiocinationes &

captiones. abſurdum eſt enim, non omnes,quæ verborum ſint, dicere ad nomen pertinere. Atqui ſunt captiones quædam,non ex eo quod is, qui reſpondet, ad eas quodammodo affectus eſt, ſed quod ipſa argumentatio interrogationem complectitur eiuſmodi, quæ multa declaret. Omninoq; perabſurdum eſt de reprehenſione,ante quam de ratiocinatione diſputare. Cũ enim reprehenſio repugnantiæ ſit ratiocinatio, fit vt de ratiocinatione prius,quam de refutatione differendum ſit neceſſario.Eſt.n.reprehenſio talis, ficta & ſimulata concluſio repugnantiæ. Itaq; vel in concluſione vitium eſt,vel in contraria enunciatione(addenda eſt enim contraria oratio) vel in vtraq;. Eſt autem huius captionis,ſilentia loqui,in contraria oratione, non in concluſione: illius vero,quæ non habet quis ea dabit, in vtraq; illius. Homeri poema formam & figuram propter circum,in concluſione. Quæ autem ratiocinatio in neutro verſatur,ea demum vera eſt.Sed vnde fluxit,eo ſe referat oratio. Illud igitur quæro, eæ ratiocinationes & captiones quæ in matematicorum diſciplinis verſantur,num ad ſententiarum captiones referantur? certe non. Illud etiam requiro, ſi cui triangulus multa ſignificare videatur, atq; is dederit eum duos angulos pars habere,non qua ex parte hanc figuram cõcludit,alter duos angulos rectos habere, num ad ſententiam alterius hic argumentationem direxerit: certe non. Iam ſi nomen multa ſignificet,vnuſq; neq; intelligat,neq; putet, qui alter contra eius ſententiam diſputauit? aut quo tandem pacto ponenda quæſtio eſt,niſi diuiſionem adhibendo,ſi quis roget,liceatne ſilentia loqui, nec ne? aut liceatne hoc modo,nõ illo? certe. Quod ſi quis non det vlla ex parte, alter autem concludat,nonne ex ſententia & mente eius effecit cõcluſionem? Atqui videtur hæc captio in ijs eſſe, quæ in nomine conſiſtunt Non igitur aliquod genus eſt captionum, ad ſententiam diſputationem dirigere, ſed aliæ ad nomen diriguntur, neq; omnes eius generis,nec veræ reprehenſiones,neq; eæ, quæ veras fallaciter

citer imitantur. Sunt.n.fucatæ & ſimulatæ reprehenſiones in is etiam,quæ non ſunt verborum, ex quo ſunt genere accidentis, & aliorum. Quod ſi quis putet diſtinctione hac opus eſſe, dico ſilentia loqui, alia hoc modo,alia illo modo,hoc certe quidem primum vitioſum eſt, putare. Interdum enim rogatum non dicitur multis modis. Fieri autem non poteſt, vt quis diſtinguat,quod diſtinguendum non putet.deinde vitioſum eſt & abſurdum aliquid docere: quandoquidem planũ facturus eſt quę ſit vis vocabuli ei,qui nec attendat,neque ſciat,neq; exiſtimet id aliam vim habere. Præterea id etiam in ijs, quæ non duobus modis dicuntur, quid prohibet contingere? veluti,ſitne in quatuor vnitates pares duabus? Sunt autem duo hæc hoc modo in quatuor,illa illo modo. Et ſit ne contrariorum eadem ars,necne?Sunt autem contraria alia ignorata,alia cognita: ex quo fit,vt qui hoc faciũdum exiſtimat, aliud eſſe docere,aliud diſputare, ignorare videatur. Illud etiam,eum qui doceat non rogare oportere, ſed perſpicuũ & planum facere,eum autẽ quid diſputet,rogare.

CONCLVSIONES.

Exiſtimare ex captionibus nõnullas in uerbis, nonnullas autem in ſententijs conſiſtere, & non eaſdem eſſe, amentia eſt.

Ad mentem & ſententiam dirigere diſputationem eſt, cum ad id adhibuit nomen, ad quod mentem retulit reſpondens.

De tentatiuæ interrogatione: & quid differat, contentioſus a Sophiſtico. Cap. X.

POſtremo, poſtulare vt affirmes, aut neges, non eſt eius,qui rem demonſtrat,ſed eius, qui periculum facit. Ratio enim experiundi quædam pars

Dialectice eſt. Itaq; in rebus omnibus verſatur, propo-
nitq; ſibi non doctum & peritum, ſed ignarum & impe-
ritum, eumq;, qui rerum ſibi ſcientiam non eſſe ſimu-
lat. Atq; is demum Dialecticus eſt, qui ex re, de qua
agitur, ea ſpectat, quæ ſunt omnium artium cōmunia.
qui autem hoc fallaciter facit, ſophiſtes. Atq; etiam
ratiocinatio vincendi ſtudio comparata & fallax vna
eſt, quæ ea videtur concludere, in quibus dialectica pe
riculum facit, etiam ſi vera ſit cōcluſio. Cauſam enim
ne cognoſcamus, nobis inſidias parat. Eæ etiam captio
ſæ & fallaces concluſiones, quæ non ex ijs progrediun
tur, quæ cuiuſq; artis ſunt, ex arte proficiſci videntur
nam vitioſæ deſcribendi rationes non ſunt in ijs, quæ
fallendi ſtudio adhibentur: quandoquidem ex ijs, quæ
arti ſubiecta ſunt, captiones progrediuntur. Nec ſi qua
vitioſa deſcribendi ratio in vera verſatur: qualis eſt
Hippocratis, cuius quadratum lunulis conficiebatur,
ſed, ſi vt Bryſo, circulum in quadrati formam redige-
bat ſic, circuli quadrati figuram efficiat; certe quia nō
accommodate ad rem ob eam cauſam fictus eſt ſimula
tusq;, non verus, itaq; in his, vel illis rebus verſa-
tur ratiocinatio, & ſi ratio cinatio eſt, tamen ſimula-
ta & ficta eſt oratio. Cum enim ad rem accommodata
videatur, fit, vt fallax ſit & iniqua. Vt enim ea, quæ in
cauſis forenſibus verſatur iniuſtitia, ſpeciem quandam
pre ſe fert iuſtitiæ, eſtq; iniuſta quædam pugna, ſic con
traria oratio, iniqua pugna eſt; ad liteſq; ſpectat.
Quemadmodum.n. illic omnes, qui ſibi victoriam pro
ponunt; ſic hic hi, qui pugnaces ſunt, tentant experiun
turque omnia. Ac ij quidem, qui vincendi ſtudio eos
ſe præſtant, homines litigioſi & amantes litium viden
tur: qui autem oſtentationis, aut quæſtus cauſa ſophi
ſtæ. Eſt enim ſophiſtice, vt diximus, quædam ratio quæ
rendi opes ſimulatione ſapientiæ. Itaq; ſtudio eſt illis
concluſio, quæ neceſſariam fallaciter imitetur. Suntq;
orationum earundem amantes, & ij, qui vincendi ſtu-
dio diſputant, & ſophiſtæ, ſed non eundem ſibi finem
proponunt. Eademque oratio litigioſa & fallax eſt,

ſed non eadem ex parte. ſed quia victoriæ ſpeciem ſequatur, litigioſa: quia ſapientiæ fallax nominatur. Eſt enim ſophiſticæ quædam fucata ſimulataque ſapientia, non vera. Qui autem certandi ſtudio diſputat, id eſt quodammodo ad dialecticum, quod is, qui vitioſe deſcribit, ad Geometram. ex eiſdem enim, ex quibus dialectica: fallacem concluſionem efficiunt. quemadmodum is, qui vitioſe deſcribit. ex iiſdem ex quibus Geometra. Sed hic non certandi ſtudium ſequi dicitur, quod ex principijs concluſionibusque artis vitioſe deſcribit, ille ex is, quæ dialecticæ tributa ſunt. Ac illud quidem dubium non eſt, quin is qui certandi ſtudio diſputat, in alijs diſciplinis verſetur: vt quadratum quod lunulis efficitur, non eſt litigioſum, Bryſonis litigioſum eſt. Atq; illud non ad alias artes transferri licet, niſi ad geometriam, quod ex proprijs initijs efficiatur: hoc ad multos licet, qui quid in quaq; arte effici poſſit, quid non poſſit non intelligunt. Apte enim transferetur. aut quemadmodum Antiphon quadratum efficere ſolebat, aut ſi quis neget ad valetudinem rectius & ſalubrius eſſe, a cœna deambulare; Zenonis ratione ductus: ea quoniam late patet, non eſt medicinæ. Ac ſi non omni ex parte eandem habet rationem is, qui pugnaciter diſputat, ac dialecticum, quam is qui vitioſe deſcribit, ad geometriam, nunquam is qui pugnaciter diſputat in illis verſaretur.

CONCLVSIONES.

Experiendi diſciplina eſt pars dialecticæ.

Dialectici eſt quæ in omnibus cōia ſunt ſpeculari.

Sophiſtica eſt quædam ratio quærendi opes ſimulatione ſapientiæ.

Qui uincendi ſtudio contendunt, litigioſi & litium amatores uidentur, Qui quæſtus uero gratia, Sophiſtæ.

Non eſſe determinati generis orationes dialecti-corum ac tentatiuorum. Cap. XI.

NVnc dialectico ad diſſerendum non eſt vllum certum genus propoſitum, neque ad demonſtrandum & concludendum: neque vero talis eſt, qualis theologus. Neque enim poſita ſunt in vno certo genere omnia, nec ſi ſint, ijſdem poſſint initijs naturæ & res quæ ſunt ſubijci. Itaque ars, nulla earum, quæ certam quandam naturam demonſtrant, interrogare ſolet, propterea quod non licet alterutram partem ratiocinationis, concedere, & quod ex vtraq; parte non efficitur concluſio. at dialectica interrogat. Quod ſi demonſtret, ſi minus de omnibus, at certe de perſpicuis, & ſuis initijs nunquam quæſtionem ponit. Si enim ea minus det & concedat, iam quæ ad reſiſtendum proferat, non habebit. Quæ quidem & ratio tentandi eædem ſunt. Neque enim ratio tentandi talis eſt, qualis Geometram, ſed eiuſmodi, qua etiam inſcius præditus eſſe poſſit. Poteſt enim etiam is qui rem ignorat, ex inſcio periculum facere, ſi quidem dat & concedit, non ex ijs quæ nouit, neq; ex proprijs, ſed ex conſequentibus ea omnia, quæ eiuſmodi ſunt, vt eum, qui ea teneat, nihil prohibeat, artis eſſe expertem & ignarum: eum autem qui neſciat, neceſſe ſit ignorare. Ita fit vt ratio tentandi nullius ſit certi generis ſcientia. Itaq; omnibus in artibus verſatur. Omnibus enim artibus communes quidam loci propoſiti ſunt. Quocirca omnes etiam idiotæ & ignari diſſerendi tentandiq; ratione quodammodo vtuntur, quoniam eſt quatenus omnes defendere ac refellere conantur. Atqui hæc ipſa late patent, quæ tamen ipſi tenent, etiam ſi de ijs ſine arte dicere videantur. Refutant ergo omnes ꝙ ea tenent ſine arte, quæ arte & ratione tractat dialectica: & qui arte diſſerendi valet ad faciendum periculum, dialecticus. Quando autem hæc multa ſunt, & in rebus omnibus

verſantur,

verſantur, nec ſunt eiuſmodi, vt intra certam quandam naturam genuſq; conſiſtant, ſed quaſi negationes infinita ſunt: alia autem eam vim non habent, ſed propria ſunt artium ſingularum: licet & illis inſtructum periculum facere in omnibus, & ex ipſis artem quandam efficere, quæ non eandem vim, quam eæ artes quæ demonſtrant, habebit. Quapropter is qui certandi ſtudio diſputat non eandem vim continet omnino, quam is, qui vitioſo genere deſcribendi & componendi vtitur, propterea quod non ex certis cuiuſdam generis initijs capit ignaros, ac decipit, ſed certandi ſtudio in omnis generis diſputatione verſatur. Sunt igitur hæc fallacium reprehenſionum genera. Dialectico autem eſſe hæc propoſita, eumq; hæc præſtare poſſe. hinc facile perſpici poteſt, quod viæ & rationi, quæ in propoſitionibus verſatur, hæc omnis propoſita tractatio eſt. Ac de fictis quidem & ſimulatis reprehenſionibus diximus.

CONCLVSIO.

Dialectici munus eſt de omnibus interrogare.

Loci communes interrogantibus ad falſum, vel inopinabile. Cap. XII.

EA autem pars, in qua falſum aliquid oſtẽdere, & ad ea, quæ contraria ſunt opinionibus omnium compellere inſtituunt ſophiſtæ: (eſt enim hæc pars altera inſtituti ſophiſtarum) primum ex quodam interrogandi genere naſcitur maxime. Interrogatio enim nulla certa propoſita conſtitutaq; re, de qua agatur ad hæc exquirenda & indaganda valet. Qui enim temere loquuntur, fere errant vehementius. Temere autem dicunt tum, cum nullum certum genus propoſitum eſt, de quo diſputetur. Multas etiã quæſtiones ponere, etiam ſi certum conſtitumque

ſit id, de quo diſputetur, & poſtulare,vt quæ alteri videantur,dicat,id certe ad compellendum eum ad ea, quæ ſunt cõtraria opinioni omnium,& falſa, magnam copiam argumentorum ſuppeditat. Quòd ſi is,qui rogatur,aliquid horum concedat, aut inficietur,vtile eſt eo loci eum impellere, vbi magna ſuppetet argumentorum copia. Sed hoc tempore rarius,quam ſuperioribus, locus his captionibus datur, propterea quod ſtatim quærunt, quid hoc ad rem, de qua agatur, pertineat. Hoc autem ad eliciendum aliquid, quod aut falſum ſit,aut ſententijs omnium repugnet,plurimum valet,nullum ſtatim propoſitum in quæſtionem vocare, ſed profiteri,ſe diſcẽdi cauſa quærere. dabit enim hæc ratio argumento locum. Ad falſum autem demonſtrãdum proprius locus eſt ſophiſtarum,ad ea eum, qui cõtra diſputet compellere, in quibus magna argumentorum copia ſuppetet. Quod,vt ſupra docui, & recte & vitioſe facere licebit. Rurſus vt cogamus alterum aliquid concedere, quod ſit contra opinionem omnium, cuius ſit generis aut ſectæ is, qui contra diſputat, vidẽdum eſt. Deinde interrogare par eſt,de eo quod contra opinionem multorum iſti eſſe fateantur. Sunt enim cuiuſq; eorum opiniones,in quo multum valet in propoſitionem diſtribuiſſe,& ſe ligiſſe propoſita ſingulorum. Explicatio autem horum locorum apta illa fertur,exponere id,quod contra opinionem eſt omnium, non ex oratione effici. Quod ſemper ei propoſitum eſt,qui certandi ſtudio diſputat. Idem concludi poteſt ex voluntatibus hominum,& perſpicuis opinionibus. Non enim eadem volunt & loquuntur homines, ſed cum oratione honeſtiſſima vtuntur,tum ea,quæ vtilitatis ſpeciem præ ſe feruut,ſequuntur. velut mori per decus, magis quàm iucunde viuere aiunt oportere, & iuſte & integre vitam per inopiam agere melius, quam in opum abundantia turpiter. at contraria ſequuntur. Ac is quidem, qui in reſpondendo voluntates ſequetur, ad certas & claras opiniones reuocandus erit, is autem,qui has ipſas, ad incertas & obſcura-

ras. vtroque enim modo ea, quæ ſententijs omnium re pugnant, dicat neceſſe eſt, quoniam vel de perſpicuis. vel de obſcuris & incertis opinionibus loquentur contraria. Plurimum autem valet ad exprimendum aliquid quod ſit contraria opinionem omnium. Id quod Callicles in Gorgia commemorat. Atque etiam veteres omnes, ex eo quòd naturæ, & quod legi conſentaneum eſt, id effici putabant. Naturam enim legi repugnare, & iuſtitiam lege honeſtam eſſe, natura non eſſe. Debet igitur ei, qui naturæ conſentaneum aliquid dixerit, lex opponi & natura ei, qui legem proferet. Vtroque enim modo aliquid dicet admirabile, & quod ſententijs omnium repugnet. Hi autem verum, quod naturæ congruit ſequebantur, quod autem legi, id multitudini probatur. Perſpicuum eſt igitur etiam illos, quemadmodum etiam huius ætatis homines, conatos eſſe, vel refellere eos, qui contra diſputabant vel coegiſſe, vt aliquid quod eſſe contra omnium opinionem concederent. Sunt autem interrogationes quædam, ad quas, ſi in alterutram partem reſpondetur, admirabile quiddam exiſtet, contraque opiniones. vt ſit ne parendum ſapientibus, an parenti? Et ſint ne ea, quæ vtilia ſunt, facienda, an quæ iuſta? Et, accipere iniuriam præſtat, an facere? Compellendus autē is, qui contra diſputat, ad ea, de quibus ſapientes à multitudine diſſentiunt, ita tamen, vt ſi quid dicat de ſententia ſapientũ, ad vulgi opinionē. ſin quod vulgus probet, ad ſapientũ ſentētias opinionesq́; reuocetur. Aiunt enim hi, beatum iuſtum eſſe neceſſario, multitudini aũt non probatur, regē non eſſe beatum. Compellere autem ad ea, quæ hoc modo non probantur, idem valet atque efficit quod ad legis & naturæ repugnantiā reuocare. Nā & lex vulgi eſt opinio, & ad naturam ac verum orationem ſuam ſapientes dirigunt. Ac ea quidem, quæ opinionibus repugnant, ex his locis petenda ſunt.

CONCLVSIONES.

Qui temere loquuntur, uehementius errant.

Iuſtè

Iuſte uiuere in inopia, melius eſt, quàm in opibus & diuitijs turpiter uiuere.

Lex uulgi opinio eſt, & ad naturam ac uerum orationem ſuam ſapientes dirigunt.

De Nugationis & Solœciſmi locis. Cap. 13.

NVnc ſequitur, vt quomodo nugari cogant ſophiſtæ diſſeramus. Ac quid appellemus nugari iam iam diximus. Omnes autem hæ argumentationes hoc ita efficere volunt, ſi verbum dicas, an orationem nihil intereſt. Duplum autẽ, & duplum ſimpli idem valent. Si igitur eſt ſimpli duplum, erit ſimpli ſimpli duplum. Rurſus, ſi pro duplum duplum, ſimpli ponat, ter dicentur, erit ſimpli ſimpli ſimpli duplum. Et ſit ne cupiditas voluptatis? Hoc autem eſt appetitio voluptatis. Eſt igitur appetitio cupiditas voluptatis voluptatis. Sunt autem eius generis captiones in ijs, quæ cum aliquo conferuntur, quorum nón ſolum genera, ſed ipſa etiam cum aliquo conferuntur, & ad vnum, idemque referuntur, vt cupiditas alicuius cupiditas, appetitio alicuius appetitio, & duplum alicuius duplum, & ſimpli duplum dicitur. Itemq; in ijs, quæ in genere eorum, quæ cum aliquo conferuntnr, nõ numerantur, & de natura alicuius dicuntur, cum interim eorum definitio naturam eis ſubiectam complectatur, & vno nomine in ijs, quorum habitus, & affectiones, & ſi quid ſimile per ſe de ſubiectis naturis dicuntur. Vt impar numerus eſt qui medium habet: eſt autem numerus impar: eſt igitur numerus, numerus, qui medium habet. Et ſi ſimitas naris eſt concauitas, eſt autem etiam naris ſima, eſt igitur naris naris concaua. Sophiſtæ autem videntur cogere nugari, nec cogunt interdum, propterea quòd non ante quærunt, vtrum (exempli cauſa) duplũ aliquid, an nihil per ſe dictum ſignificet, & ſi quid ſignificet, idem ne, an aliud. ſed continuo concluſionem efficiunt, quæ ſequi videtur,

quod nomen ſolum idem quod oratio valere & declarare videatur. Solœciſmus autem qui ſit,ſupra dictum eſt.Fieri autem poteſt,vt is qui non facit,ſolœciſmum facere, & qui facit, non facere videatur. vti Leuinus dixit, ſi venus maſculinum eſt,nam qui dicit Alinam, ſolœciſmum quidem facit ſecundum illum, non videtur autem aliis. Qui vero almum videtur autem, ſed ſolœciſmum non facit. Ex quo perſpicuum eſt, artem aliquam ſolœciſmum facere poſſe. Itaque multæ orationes, quæ non efficiunt quod ſumitur, ſolœciſmum videntur concludere. Quod fit reprehenſionibus. Omnes autem ſolœciſmi ficti non veri, fere ex illo pronomine Hoc oriuntur & exiſtunt, cum caſus nec virile, nec muliebre nomen, ſed medium horum vel vtrumque declarat. Nam & hic uirile ſignificat, & hæc muliebre: at Hoc neutrum, vult illud quidem declarare, ſed tamen ſæpe vtrunque illorum ſignificat: Vt ſi quæratur, quid ſit hoc? & Calliope, lignum, vel Coriſcus, reſpondeatur. Ac maris quidem & fœminini caſus omnes differunt, neutrius, alij non item. Quocirca plerunque cum illud hoc datur & conceditur, hunc, quaſi dictum ſit, concludunt, itemque alium caſum pro alio. Fallax autem concluſio propterea efficitur, quod illud hoc commune ſit multorum caſuum,quandoquidem hoc alias idem quod hic, alias quod hunc efficit. Sed viciſſim declarare hæc debet, ſi cum verbo Eſt coniunctum ſit, hic, ſin cum Eſſe, hunc, vt Hipponicus eſt, eſſe Hipponicum. quod de fœmineis iudicandum eſt eodem modo, & nominibus ſuppellectilium, quæ virilium vel muliebrium inflexionem habent. Quorum enim ο & υ extremæ ſunt literę, ea ſola ſuppellectilis nominũ inflexionem, retinent vt ξύλον, ideſt lignũ, σχοινίον, funis. Quæ autem non in eas literas deſinunt, maſculinorum vel fœmininorum, quorum nonnulla ad ſuppellectilia referimus, vt ἀσκός, ideſt vter, nomen eſt maſculini generis, κλίνη, ideſt lectus, fœminini. Itaque in his etiam talibus nominibus eodem modo & verbum Eſt

&

& Eſſe diſſimilitudinem facient & diſtinctionem. Atque ſimilis eſt quodammodo ſolœciſmus iis reprehenſionibus, quæ ex diſſimilitudine: aut ex forma euenire dicuntur. vt enim in illis rebus ſic in his ex verbis accidit, vt ſolœciſmus fiat, quod homo & albus & res & nomen eſt. Perſpicuum eſt igitur, dandam eſſe operam, vt ſolœciſmum ex iis caſibus, quos expoſuimus concludamus. Ac genera quidem argumentationum, quæ certandi cauſa tractantur, & generum partes modique expoſiti ſunt.

CONCLVSIONES.

Ficti & non veri ſolœciſmi contingunt ex illo pronomine hoc, cum caſus nec maſculinum, nec fœmininum, ſed medium horum, uel utrunque declarat.

De ſophiſtica occultatione contra moleſte reſpondentes. Cap. 14.

PErmagni autem intereſt ad occulendum, vt in dialecticis, ſic hoc in loco, quemadmodum diſponantur ea, quæ ad interrogationem pertinent. His igitur ita conſtitutis, deinceps ſequitur, vt horum aliqua præcepta demus, Ad reprehendendum quidē multum valet prolixitas, propterea quòd difficile eſt ſimul, & quaſi vno aſpectu multa perſpicere. Vt autem prolixitatem aſſequamus, ab iis locis, quos ſupra expoſuimus, præſidium petendum erit. Celeritas etiam in concludendo multum poteſt. Qui enim tardi ſunt, minus res prouident. Iam vero ira & diſceptatio adiuuant, quoniam qui aliqua perturbatione animi commoti ſunt, minus virium habent ad obſeruanda & defendenda omnia. Ad iracundiam autem impellemus, ſi alterum, qui nobiſcum diſputat, & nobis iniuriam velle facere, & nullo affici pudore

docebimus.

docebimus. Iam vtile erit, viciſſim interrogationes quæſtionesque ponere, ſiue ad eandem probandum, aut refellendam, cui multa argumenta ſuppetant, ſiue in vtranque partem. Sic enim fiet, vt vno tempore, vel plura, vel contraria defendat. Atque vt vno verbo finiam, omnia, quæ valere ad occulenda argumenta dicta ſunt ſuperiore libro, ad argumentationes etiam, quæ certandi cauſa tractantur, valent plurimum. Nam & occulere latendi cauſa volumus, & latere decipiendi, atque captandi. Quod autem attinet ad eos, qui negant ea, quæ argumentationi prodeſſe putant, interrogandi ſunt à nobis per negationem, quaſi contrarium efficere velimus, aut etiam vtraque pars ſimul, & ex æquo quærendo ponenda eſt. Cum enim dubium eſt & obſcurum, quid ſumere velimus, minus ij, qui contra diſputant, proteruiunt. Iam vero ſi quis quaſi membratim concedat res ſingulas per inductionem, ſæpe id, an in toto genere vere dicatur, non eſt rogandus, ſed id quaſi datum ſit, accipiendum eſt. Interdum enim illi ſe dediſſe hoc ipſum putant, & auditoribus videntur propter inductionis recordationem, quaſi illa non fruſtra & temere rogata ſint, in quibus etiam totum genus non ſignificatur, & appellatur vllo nomine, ſimilitudine vtendum erit quo ad res poſtulabit, propterea quod ſæpe latet & obſcura eſt ſimilitudo. Vt autem ſumamus propoſitionem, contrarium per comparationem quærere debemus, veluti, ſi concludendum ſit, patri in omnibus parendum eſſe, vtrum in omnibus parentibus parendum ſit, an in omnibus non parendum? & illud ſæpe, ſint ne multa concedenda, an pauca? Multa enim potius, ſi quidem neceſſe eſt tribuenda parentibus videbuntur. Contraria enim inter ſe comparata atque compoſita, & maiora & magna, & deteriora & meliora hominibus videntur. Atque etiam cauillatio eorum, qui interrogant, facit plerunque vt ijs, qui contra diſputant, refelli vel maxime videantur, propterea quod cum nihil effecerint, & concluſerint, tamen non vocant

cant

cant in quæſtionem id quod extremnm & concluſum fuit, ſed quaſi concluſerint, ita concludunt. Non igitur hoc & illud. Illud etiam fallax & captioſum eſt, propoſita re admirabili, & quæ ſit contra opinionem omnium, uelle id, quod videatur reſponderi propoſito eo initio diſputationis, quod probetur, de iis, quorum ea vis ſit, quærere hoc modo. Tibi ne videtur? Si enim in ijs ſit interrogatio ex quibus concluſio efficitur, certe vel reprehendat alter, vel concedat id, quod ſententijs repugnet, neceſſe eſt. Si enim dederit, reprehendetur, ſi non dederit, neque id probabile dixerit, aliquid quod ſit contra opinionē omnium, dabit. ſi non concedat, probabile autem fateatur, incurret in reprehenſionem. Iam quemadmodum in arte Rhetorica, ſic in ratione refutandi contraria & repugnantia elicienda ſunt, vel ex ſermone eorum, qui contra diſputant, vel ex eorum quorum dicta & facta honeſta eſſe concedunt. Itaque ex eorum dictis, qui eiuſmodi vel ſimiles habentur, vel ex plurimum, vel omnium ſermonibus. Iam quemadmodum ij, qui reſpondent, ſæpe cum refelluntur, diſtinguunt, ſi futurum eſt, vt coarguantur, ſic ij, qui quæſtionem ponunt, hinc præſidium petere debent contra eos qui reſiſtunt, ſi hoc modo efficiatur, illo non item, ſe hoc modo intellexiſſe. Quod etiam Cleophon facit in mandrabulo. Atque etiam à propoſito aberrantes, reliquas argumentationes concidere debemus. quod ſi is, qui poſcit, quæſtionem præſentiat, ei occurrendum & prædicendum erit. Interdumque ex ijs, quæ aliena ſunt à propoſito argumenta ducere licebit, ſi quis ex eo, de quo agitur, argumenta non poterit ſumere, quod Lycophron fecit, cum lyram laudādam ſuſcepiſſet. Quod vero ad eos attinet, qui aliquid argumentis probari volunt, quoniam placet cauſam afferri oportere, certe quibuſdam poſitis & conceſſis, minus totum eſt ad defendendum id, quod vniuerſum eſt, ſi refellere velimus, affirmare, ſequi repugnantiam, vt quod affirmarunt negare eos, aut quod negauerint concedere.

Quale illud eſt, Eandem in contrarijs artem uerſari, aut non verſari eandem. Concluſiones autem quæri non debent more propoſitionum. Et quædam quærenda non ſunt, ſed pro conceſſis accipienda. Ac ex quibus interrogationes conſtarent & quemadmodum interrogaremus, ſatis fere dictum eſt.

CONCLVSIONES.

Celeritas in concludendo multum ualet.
Qui tardi ſunt, non multum prouident.
Ad iracundiam nobiſcum certantes impellemus, ſi nobis eos iniuriam uelle facere oſtendemus, & nullo nos affici pudore dicemus.
Oppoſita iuſta ſe poſita magis eluceſcunt.
Simul multa conſpicere eſt impoſſibile.

Primi libri Elenchorum Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE

ELENCHORVM LIBER II.

SVMMA LIBRI.

De ſophiſticarum orationum utilitate, & quomodo dilui poſſint. De Solutione ſex ultimorum locorum extra dictionem, Nugationis, & ſolœciſmi. De Facili, difficili & acuta oratione. Epilogus item octo librorum Topicorum & duorum præſentium.

Quam vtile ſit cognoſcere ſophiſticas orationes, & quomodo diſſolui poſſint. Caput primum.

DEINCEPS de reſponſione, & quemadmodum argumenta diſcutienda & explicanda ſint, & quis ſit horum argumentorum vſus dicendum eſt. Valent quidem ad philoſophiam duabus de cauſis. Primum, quod cum verbis naſcantur, faciunt, vt quot modis quidque dicatur, & quæ ſimiles ſint, quæ diſſimiles res, & verba facilius intelligamus. Deinde valent ad quæſtiones, quas quiſque per ſe ſeparatimque tractat. Qui enim facile decipitur, & capitur ab aliis, neque id ſentit, id etiam ſæpe ei per ſe res conſideranti accidat neceſſe eſt. Poſtremo valent ad opinionem, quod in rebus omnibus exercitati, & nullius imperiti ignarique videbimur. Nam ſi ita quis diſputet cum altero, vt argumenta refellat, neque eorum

vitia

vitia exponere, aut explicare poſſit, is alijs opinionem adfert, ſe non à veritate coactum, ſed imperitia ductum, iniquum eſſe in diſputando. Quo autem pacto ij, qui poſcunt quæſtionem, armati eſſe debeant, vt his talibus argumentationibus poſſint occurrere, facile intelligi poteſt, ſi modo recte ſupra expoſuimus, ex quibus fallaces & captioſæ concluſiones conſtarent, & in interrogationes nimiæ, ſatis explicauimus. Aliud autem eſt, cum quis argumentationem ſumit, perſpicere & diſcutere eius vitium, aliud cum interrogatur, celeriter poſſe reſiſtere. Quod enim ſcimus, id ſæpe, cum ordo verborum traiectione mutatus eſt, ignoramus. Iam vero, vt in cæteris artibus & rebus, ſic fere in argumentis exercitatione celeritatem maiorem, tarditatemúe comparamus. Itaque ſi quid nobis apertum perſpicuumque ſit, neque id meditatum habeamus, in eo fere ſit, vt commoditatibus opportunitatibusque deſtituamur. Quod autem in deſcriptionibus vſu euenit, vt propoſitiones in partes tributas interdum retexere non poſſimus, ſic in reprehenſionibus nonnunquam ſcimus, vnde concluſio efficiatur: & argumentum explicare non valemus.

CONCLVSIONES.

Quod ſcimus, ſæpe tranſpoſitum ignoramus
Sicut in artibus, ita in argumentis, celeritatem & tarditatem exercitatione comparamus
Ad plures interrogationes nõ eſt dãda una reſpõſio.

De apparenti Solutione Reſpondentis. Cap. 11.

PRimum ergo, quemadmodum dicimus interdum præſtare diſſerere probabili argumentatione, quam vera, ſic probabili explicatione potius quàm vera, argumentorum captiones nonnunquam diſcutere & diſſoluere debemus. Omnino enim

pugnandum eſt contra eos,qui contentionis concertationisque cauſa diſputant,non tanquam refellant, ſed tanquam reprehenſionis ſpecie contra nos armentur. Cum enim eos concludere negemus, certe ad ſpeciem & ſimulationem omnis noſtra dirigenda eſt reſponſio. Cum enim refutatio ſit oratio repugnans, non ambigua: quæ ex quibuſdam efficitur: nulla certe ad ambigua & homonymiam adhibenda erit diſtinctio: neque enim ratiocinationem, argumentando tractat. Sed nulla alia de cauſa ante diſtinguendum erit, niſi quod reprehenſionis ſpeciem præ ſe fert concluſio. Non igitur hoc loco nobis refutatio extimeſcenda eſt, ſed eius ſolum ſimulachrum. Quippe cum interrogatio ambigua, & homonymia, cæteræque eius generis captiones & veram reprehenſionem obſcurent, & faciãt, vt eos,qui refellant ac non refellant,ignoremus.Nam, quoniam licet cuius tota argumentatione concluſa dicere, ſe non quod alter affirmauerit negare, ſed ambigue, etiam ſi eo toto impetu ferretur, incertum eſt, an ſit reprehenſus, dubium eſt enim, an verum nunc dicat. Quod ſi diuiſione adhibita, interrogaſſet, id quod ambiguum eſt, certe reprehenſio perſpicua fuiſſet.Nam quia volunt ij, qui certandi ſtudio diſputant, hoc quidem tempore rarius, quam ſuperioribus eum, qui rogatur, aut etiam autem non reſpondere, id fieri poteſt. Nunc autem propter vitioſum morem interrogandi, neceſſe eſt aliquid ante reſpondere, corrigendo interrogationis vitium. Quandoquidem ſi tolerabilis partitio adhibita ſit, eum neceſſe ſit, qui contra diſputet, aut etiam, aut non dicere. Quod ſi quis putet eam reprehenſionem, quæ ex ambiguitate naſcitur, veram eſſe nullo modo reprehenſionem effugere poterit is, qui reſpondebit: quippe cum in iis rebus, quæ ſub oculos cadunt, neceſſe ſit eum & quod nomen intelligi dixerit, id negare, & affirmare id, quod negarit. Nihil enim adiuuat quorundam emendatio, qui Coriſcum non confirmant eſſe & muſicum, & muſicæ expertem, ſed hunc, quem monſtrant muſicum,

ſicum, & hunc eundem expertem muſicæ. Eadem enim erit oratio hæc, Coriſcum muſicum eſſe, quæ illa hunc Coriſcum eſſe muſicum, quod ſimul & confirmabunt & negabunt. Sed fortaſſe dicent, non idem ſignificare, cum in altera nomen collocatum ſit, ita aliquid inter eas intereſſe. Sin autem hoc omnino dixerit, illi hoc, vel hunc adiunxerit, abſurdum erit. Nam nihilo magis alteri addet, præſertim cum nihil interſit, vtrilibet addat. Sed quoniam incertum eſt, utrum is, qui ambiguitatem non diſtinxit, reprehenſus necne ſit (conceſſum eſt enim in diſputando ambigua diſtinguere) certe dare rogatum omnino, nulla adhibita diſtinctione, eſt in vitio. Itaque, ſi minus is, qui dat, at certe oratio eius reprehendetur, & pro refutata habebitur. Fit autem plerunque, vt qui ambiguitatem cernunt, tamen eam non auſint, diſtinguere, propter eorum, qui talia proponunt acerbitatem, vt ne ſe in omnibus difficiles & iniquos præbere videantur. Deinde, quod nunquam putaſſent ex hoc concluſionem poſſe effici, ſæpe occurrit aliquid contra opinionem omnium. Quapropter, quoniam conceſſum eſt, vt ſupra dixi, non dubitabimus diſtinguere. Si quis autem duas interrogationes, non vnam ponat, non ea exiſtet captio, quæ ex homonymia & ambiguitate naſcitur. Quid enim intereſt, vtrum nunc roges, an Callias & Themiſtocles ſint muſici, an tum, cum idem nomen vtrique impoſitum eſſe, nec iidem forent? Nam ſi plura vno declarat, plura interrogauit. Quod ſi iniquum eſt ad duo rogata velle reſponſum vnum dari omnino, profecto ad ambiguum nullum ſemel reſponderi conuenit, ne ſi in omnibus quidem id vere dicatur quorundam ſententia. Nihil enim hoc intereſt: an ſi quis rogaret, vtrum Coriſcus & Callias ſint domi, necne ſint domi, ſiue adſit vterque, ſiue abſit: vtroque enim modo plures erunt enunciationes. Nec enim ſi vere dici poteſt, propterea vna eſt interrogatio. Poſſunt enim ſexcenta alia quæri, ad quæ aut etiam, aut non reſpondere vere liceat. Attamen non vnum

reſponſum dandum eſt: ſic enim diſputatio tollitur. Hoc autem ſimiliter fiat, ac ſi quis idem nomen diuerſis hominibus imponat. Cum ergo ad rogata duo non ſit ſemel reſpondendum, perſpicuum eſt, aut etiam, aut non, non eſſe dicendum in ambiguis. Neque enim qui dixerit, quamuis dixerit, reſponderit. ſed hoc volunt in diſputando quod quid efficiatur, ſit incertum. Quoniam igitur, quemadmodum diximus, quædam ſimulachra ſunt reprehenſionum, reprehenſiones nullo modo: ſic quædam ſunt ſimulatæ explicationes, nec explicationes ſunt, quas quidem interdum afferri dicimus oportere potius, quam veras explicationes. Veluti cum diſputatur pugnaciter, & cum rei, quæ duobus modis dicitur, occurritur. Ac in ijs quidem diſputationibus, quæ ſpeciem quidem verarum præ ſe ferent: reſpondendum eſt, Eſto: Sic enim nullus erit reprehenſioni locus. Si quid autem contra opinionem omnium cogatur concedere, tum vel maxime addendum eſt, Id videri. Sic enim nec reprehenſioni, nec ei, quod admirabile ſit, & contra opinionem omnium, dare locum videbitur. Perſpicuum eſt quidem, quemadmodum à principio repetatur diſputatio. Si qua autem proxime ad id accedant, ea ſententia omnium refellenda ſunt, non concedenda: quod primam diſputationem repetere videatur. Cum vero aliquis eiuſmodi à nobis petet, quod ex cauſa differendi illud quidem efficiatur neceſſario, ſed quod falſum ſit, aut improbabile, idem reſpondere debebimus. Quæ enim neceſſario ſequuntur eiuſdem eſſe cauſæ videntur. Iam vero, cum res vniuerſa non nomine ſuo, ſed ſimilitudine tractabitur, reſpondendum erit nobis, cum nec quo modo à nobis data ſit, nec quemadmodum ipſe propoſuerit, ſumere. Ex hoc enim plerunque exiſtit reprehenſio. Qui autem is commoditatibus deſtitutus erit, is confugere ad vitioſam probationem debebit, vt ei occurrat eo genere diſtinctionis, de quo ſupra diximus. Ac in ijs quidem diſputationibus, in quibus proprijs

nominibus

nominibus vtetur, aut omnino reſpondendum erit nobis,aut certe adhibenda diſtinctio. Quæ autem aliquid in mentem reſeruantes proponimus ad diſputandum, qualia ſunt ea omnia, quæ non plane, ſed truncatim interrogantur, ex ijs reprehenſio naſci ſolet. Cuius generis eſt illud, an quicquid eſt Athenienſium poſſeſſio, id Athenienſium eſt? Certe. itemque in cæteris: at qui homo eſt animalium: poſſeſſio igitur animalium eſt homo. Hominem enim animalium eſſe dicimus, quod ſit animal. & Lyſandrum Lacedæmoniorum quod ſit Lacedæmonius. Ergo illud quidem perſpicuum eſt, cum dubium eſt id, quod proponitur, tum non eſſe omnino dandum. Cum autem duo erunt huiuſmodi, quorum ſi alterum ſit, ex eo alterum neceſſario concludetur: ſin hoc ſit, illud ex eo non concludetur neceſſario, debebit is, qui interrogabitur, id dare, quod minus lateat. Difficilius eſt enim ex pluribus concludere. Quod ſi argumentando concludat, alicui datum eſſe contrarium, alicui non eſſe: ſi vera ſit oratio, contrarium eſſe dicendum eſt, ſed non eſſe nomen impoſitum alteri. Quoniam aut nonnulla plerique concedunt, quæ ſi quis minus det, eum falſum putare fatebuntut, alia, non item, cuius generis ſunt ambigua omnia (vtrum enim animantiũ animus intereat,necne, nõ eſt multis exploratum) in quibus eorum non eſt certum, vtro modo ſoleat concedi id, de quo agitur: vtrum vt ſententiæ ſolent, quarum nomine appellant & veras opiniones, & vniuerſas negationes. qualis eſt illa, diametros menſura definiri non poteſt: in ijs non eſt reſpondendum, aut etiam, aut non. Præterea cuius de veritate plurimæ ſunt ambiguæ opiniones, eius ſi nomina ex alio transferas, non id perſpicuum erit. Nam quoniam dubium eſt, vtra in parte inſit veritas, ſophiſtarum partes agere non videbere: quoniamque ambiguum non mentiri, neque quod falſum ſit aſſerere. Tranſlatio etiam faciet, vt ne reprehendatur oratio. Præterea, ut quiſque rogata

præſenſerit, ita eis ante occurrere, eaq́ue prædicere debebit. Sic enim ei, qui rogabit, reſiſtet facillime.

CONCLVSIONES.

Cum quippiam obſcurum proponitur non eſt concedendum ſimpliciter.

Num anima ſit incorruptibilis uel corruptibilis, non eſt omnibus exploratum.

De congrua loci ſolutione. Cap 3.

SEd quoniam uera explicatio, expoſitio eſt falſæ ratiocinationis, quacunque ex interrogatione falſum efficiatur. Falſa autem ratiocinatio, quoniam duplex eſt, altera, cum falſum concluſum eſt: altera, cum ſi minus eſt ratiocinatio, attamen videtur eſſe: certe hæc ipſa explicatio eius etiam explicatio ſit neceſſe eſt, quæ ratiocinationem veram fallaciter imitatur. Ex quo perſpicitur interrogationem correctio. Ita fit, vt orationes, quæ concluſæ ſint, refellendo, eæ autem, quæ videntur concludere, diſtinguendo explicentur, atque diſſoluantur. Rurſus, quoniam argumentationum, quæ concluſæ ſunt, aliæ veram, aliæ falſam concluſionem habent, eas, quibus falſum concluditur, duobus modis licet diſſoluere, tum refellenda aliqua interrogatione, tum docendo eam eſſe naturám concluſionis. Eas autem, quarum vera concluſio eſt refutanda, aut propoſitione, aut aſſumptione, cum præſertim vera ſit concluſio. Quare iis, qui argumentationem diſcutere & explicare velint, hoc primum videndum eſt, ſitne concluſa, an minus concluſa: deinde, vtrum vera ſit, an falſa concluſio, vt eam aut diſtinguentes, aut refellentes diſſoluamus & refellentes vel hoc vel illo modo, quemadmodum ſupra diximus. Permultum autem

inter eſt

intereſt, vtrum interrogati ab alio, necne, argumentationem explicemus. Nam & prouidere difficile eſt, & facile eſt, cum otioſi ſumus & ſoli, videre explicationem. Atque reprehenſionum quidem, quæ ex ambiguo & homonymia oriuntur, partim habent aliquam interrogationem, quæ plura declarat, partim concluſionem, quæ multis modis dicitur: veluti in ea reprehenſione, quæ ſilentia loqui concludit, concluſio duobus modis dicitur: in ea autem, qua efficitur, eum qui ſciat aliquid, neſcire, qualis eſt hæc: An is, qui ſcit dicere aut facere, illud etiam ſciat quod dicit, aut facit? hic autem ſcit iambica dicere: hic igitur ſcit iambica. in hac, inquam, vna interrogatio ambigua eſt. Et quod duplex eſt, interdum non eſt: ſed ambiguum aliqua ex parte eſt, aliqua ex parte non eſt in illa argumentatione. Ac in quarum concluſione aliquid multis modis dicitur, niſi contrariam enunciationem aſſumpſerit, non erit reprehenſio. vt in ea, qua quis cœcus videre demonſtratur. neque enim ſublata contradicente pronunciatione, eſſe reprehenſio vllo modo poteſt. In quarum autem interrogationibus ambiguum eſt, non eſt neceſſe plane illud negare, quoniam non ad illud rogatum argumentatio adhibenda eſt, ſed concluſionis cauſa eſt omnis comparata. Initio ergo argumentationis, ſi quod ſit ambiguum verbum, vel ipſa oratio ſit, ita reſpondendum eſt, vt quodammodo eſſe, & quodammodo non eſſe dicamus. Vt ſilentia loqui aliqua intelligentia verum eſſe, quadam non eſſe. Et cum quæritur, eáne, quæ oportet facienda ſint? alia eſſe, alia non eſſe, dicendum eſt. Quod enim oportet, multis modis dicitur. Quod ſi ambiguum in propoſitione & aſſumptione lateat, id in concluſione, interrogatione adiuncta, corrigendum erit. Licet igitur ſilentia dicere. non, ſed nunc ſilentia. De iis etiam, in quarum propoſitione & aſſumptione ambiguum ineſt, iudicandum eſt eodem modo. Non igitur ſciunt quod ſciunt, immo vero ſciunt, ſed non hoc modo.

Aliud eſt enim nihil ſciri poſſe, aliud eos qui hoc vel illo modo ſciunt, non poſſe. Omninoque pugnandum nobis, etiam ſi plane argumentum concluſerit, eum non eam rem, quam conceſſerimus, ſed verbum ſolum refelliſſe. ex quo efficietur, vt illa nulla ſit reprehenſio. Perſpicuum etiam eſt, quemadmodum diluendæ ſint eæ, quæ ex diſtinctione & coniunctione exiſtunt reprehenſiones. Etenim ſi diſtincta & coniuncta verbis aliud declaret, quæ concludatur argumentatio, contrarium dicendum erit. Sunt autem hæ argumentationes ex coniunctione & diſtinctione: An quo uidiſti tu hunc verberari, eo ipſe verberatus eſt? quo verberatus eſt, eóne eum verberari vidiſti? Habent illæ quidem ſimile aliquid ambiguarum interrogationum: attamen ex coniunctione ſumuntur. Neque enim ambiguum eſt id, quod exiſtit ex diſtinctione, cum præſertim coniuncta & diſtincta non eadem ſit oratio. Siquidem nec hora & ora, eodem accentu pronunciata aliud efficiunt. Sed quemadmodum in ſcripto idem eſt verbum, ſi ijdem literis ſcriptum ſit, ſic etiam illic efficiunt notæ. In uoce autem non ſunt eadem nomina. Quapropter reprehenſio ea, quæ ex diſtinctione eſt, non ad ambiguitatis reprehenſionem refertur. Atque etiam illud perſpicuum eſt, non omnes, vt quidam dicunt, reprehenſiones ex ambiguo exiſtere. Diſtinguere ergo & ſecernere verba à verbis debebit is, qui reſpondendi partes tenebit. Neque enim idem efficit, oculis videre verberari aliquem, quod oculis verberari aliquem videre. Et Euthydemi illa oratio, Vidiſtine triremes nunc, quæ ſunt in Piræo ex Sicilia? eodem modo diluenda erit. Itemque illa: Fierine poteſt, vt ſutor peritus ſit malus? poteſt autem fieri, vt aliquis peritus ſutor ſit malus? malus igitur ſutor. Et illa, An bonarum artium bonæ ſint notitiæ? mali autem bona eſt notitia: malum igitur eſt bona notitia. atqui malum & notitia eſt & malum: malum igitur, notitia mala eſt. Item illa: An verum

rum eſt,nunc te natum eſſe?nunc igitur natus es. Niſi ſorte aliud declarat,cum nunc diſtinctum eſt. Nunc.n. verum eſt,te natum eſſe,ſed te nunc natum eſſe, haud verum eſt. An vt potes,& quæ potes,ſic & ea facies? cũ autem non canis fidibus,canere fidibus potes: tunc igitur cum non canis fidibus,fidibus canes. niſi forte non eam vim habet, vt tum cum non canit fidibus, canat: ſed vt faciat,cum vt non facit. Hoc autem quidam aliter diluunt. Dicunt enim, non ſi quis dederit alterum facere vt poteſt, iccirco effici, vt is, qui non canit fidibus, fidibus canat. Neq; enim datum eſſe omnino vt poſſit,eum eſſe facturum,nec idẽ valere, vt poteſt omnino quod vt poteſt facere. Sed eos non recte diſſolucre hinc apparet,quod cum omnium rationum & argumentationum,in quibus eſt idem vitium,eadem ſit explicatio, hæc ipſa non ad omnes, neq; ad eas,quæ omnino proponentur accõmodabitur: ſed ad eum qui rogat modo,non ad argumentationem. Ex accentu autẽ nullæ extant orationes, neq; in ſcripto, neq; in voce, niſi perpaucæ. Eiuſmodi eſt hæc: An quod habitas,eſt domus? eſt ergo quod habitas,negatio illius,habitas: dixiſti autem quod habitas domum eſſe, domus igitur negatio eſt. Perſpicuum eſt quomodo id explicari debeat.non enim idem ſignificat graui tono prolatũ aliquid,& circunflexo. Perſpicuum etiam eſt illud,quemadmodum occurrendum eſt eis reprehenſionibus, quæ ex eo naſcuntur,quod quę non ſunt eadem,eadem eſſe dicunt: quandoquidem categoriarum genera tenemus. Nam alter interrogatus, reſpondendo conceſſerit non ineſſe aliquid eorum, quæ naturam rei declarant: alter autem docuerit aliquid cõuenire eorum, quæ cum aliquo conferuntur, aut quæ quanta ſunt, cũ propter dicendi genus rei naturam ſignificare videantur.vt in hac oratione, fierine poſſit, vt aliquid ſimul quis & faciat & fecerit? At qui fieri poteſt, vt aliquis quid ſimul & videat,& eadem etiam ex parte viderit. Rurſus an pati aliquid, ſit aliquid facere? Ergo ſecatur, vritur,ſentitur,eadem ratione dicuntur: eaq; omnia

nia quid pati declarant. Quid,dicere,currere,videre, eodémne modo inter ſe affecta eſſe dicuntur? Atq; videre ſentire quid eſt, ita ſimul & quid patitur & facit. Quod ſi quis in ſuperiore oratione det fieri non poſſe, vt idem ſimul faciat & fecerit,vt autem videat, atque viderit fieri poſſe,is nondum reprehenſio erit,dummo dum videre,non facere quid,ſed pati dicat,ea enim deſideratur interrogatio, ſed ab audientibus exiſtimatur dediſſe,tum cum ſecare facere quid,& cum ſecuiſſe conceſſit,etiam ea omnia, quæ eandem analogiam habent. Nam quod reliquum eſt, auditor præponit,qua ſi eandem habeat rationem, cum non habeat,ſed propter genus dicendi habere videatur. Idemq; hic vſu venit, quod in ambiguis. Illic enim is, qui vim verborum ignorat, rem putat negatam eſſe,non verbum: cũ quæſtio etiam illa reliqua ſit, an ambiguum vna ex parte, quam intelligat, concedat. Si enim hoc modo det, coarguetur. Similes ſunt his quæ ſequuntur. Si quod quis habebat, poſt non habeat,idne amiſit? Iſto enim pacto qui vnum modo calculum amiſerit, decem calculos non habebit. Aut quod quis non habet, prius autem habuit,idne amiſit? Neque enim neceſſe eſt, quantum vel quot non habuerit quis,cum tot amiſiſſe. Ergo naturæ quæſtionem ad quantitatis tranſtulit,decem enim multa ſunt. Quod ſi initio ita interrogaſſet. Quot non habet quis,cum prius haberet, an tot amiſit? nemo dediſſet,ſed vel tot vel aliquid eorum. Et dare quis poteſt, quod non habet: non enim tantummodo vnum calculum habuit, niſi forte non quod non habuit, ſed quatenus, vt vnum non habuit, dedit. tantummodo enim nec quid ſignificat, nec tale,vel tantum quid,ſed cum alio confertur, vt ſignificet non cum alio. vt ergo ſi quæſiuiſſet, num quis dat quod non habeat, nec ille dediſſet, rurſuſq; interrogaſſet,num quis quod non habet cito,cito det: quo dato,ille hoc concluſiſſet,id aliquem dare quod non habeat, tum perſpicuum fuiſſet, nullam eſſe concluſionem, quoniam cito dare non eſt aliquid dare, ſed dare

hoc

hoc modo. Et aliquo modo dare aliquid quis poteſt, quo modo non habeat, vt libenter habeat, & det inuitus. Sic de illa cauſa iudicandum eſt. Eiuſdem generis hæ omnes ſunt: An ea manu, quam quis non habeat, verberet? Aut eo ne oculo quis videat, quem non habet? Non enim vnum modo habet. Ac nonnulli quidem has captiones ita diſcutiunt, vt dicant, eum qui plures habeat, vnum modo etiam oculum, & quiduis aliud habere. Alij quomodo quis quid habeat, eo etiam accepiſſe. Dediſſe enim aliquem vnum tantum modo calculum, & alterum ab illo vnum ſolum accepiſſe calculum. Sunt etiam qui initio diſputationis interrogationem ita refellant, vt quod quiſpiam non acceperit, id eum habere poſſe fateantur, velut eum qui vinum dulce acceperit, eo corrupto in acceptione acetum habere. Sed hi omnes, vt ſupra diximus, non ad argumentationem, ſed ad hominem explicationem referunt, & accommodant, præſertim cum, ſi hæc vera eſſe explicatio, is qui contrarium daret, non poſſet diſſoluere. Id quod in alijs fit. vt ſi vnum verum eſt, alterum falſum, & plane eodemq; modo quis vtrunq; dici concedat, explicatio non concludet, ſi explicatio non concludet, nulla erit explicatio. Quapropter in ijs captionibus, quæ expoſitæ ſunt, etiam ſi dentur concedanturq; omnia, non tamen ratiocinationem concluſionemq; effici dicimus. Atque hæ etiam orationes ſunt eiuſdem generis. Idne quod ſcriptum eſt, aliquis ſcripſerit? ſcriptum autem eſt nunc ſedere te, quæ falſa eſt oratio: vera autem erat, cum ſcriberetur: ſimul igitur ſcribebatur vera, falſaq; oratio. Nam veram, falſamúe orationem dicere, vel opinionem eſſe, non rem, ſed rei qualitatem modumq; declarat. Eadem enim etiam in opinione manet oratio Et, an quod diſcit quiſpiam, id eſt quid diſcit? diſcit autem quis celeriter id, quod tarde percipitur, Non enim qui id dederit, aliquid eum, ſed quodammodo diſcere conceſſerit. Et illa, Idne, quod aliquis ambulat, calcat? ambulat autem totum diem. Sed

non

non rem ambulare illum conceſſerit, ſed tempus,cum pergit. Nec cum poculum bibit,rem quæ eſt poculum, bibit,ſed ex poculo.Itemq; illa, An quod aliquis ſcit, id vel inueniendo ſcit,vel diſcendo?eorum autem,quę ſcit,aliud inuenit,aliud ab alio didicit, quorum neutro vtrunq; continetur,ſed fieri poteſt, vt eorum, quæ ſcit quiſpiam, & aliquid inuenerit ipſe, didiceritq; ipſe,& inuenerit didiceritq; aliquid. Illa etiam,qua efficitur,eſſe hominem quendam præter ipſum hominē, & homines ſingulos, homo enim & quicquid commune eſt,non rem quampiam,ſed qualitatem, vel comparationem,vel modum, effectionemúe vel tale aliquid ſignificat.Eadem eſt eius ratio,qua quæritur,Coriſcus & Coriſcus muſicus ijdem ſunt,an ne diuerſi?Hic.n.rē declarat,ille qualitatem,itaq; non eſt per ſe,neq; vllā habet ſoliditatem aut eminentiam. Nam enumeratio tertij hominis non facit hominem quendam tertium, ſed ſi concedatur,vt ſinguli homines, ſic tertius homo aliquam rem declarare. Neq; enim ſi Callias & homo quid ſignificet.idcirco homo etiam tertius. Nec quicquam intereſt,id ne aliquis, quod enumeratur & exponitur,non rem & ſubſtantiam ſignificare, ſed qualitatem dixerit. Nam præter multos, vnus quidam,veluti homo futurus eſt. Illud igitur perſpicuum eſt, non eſſe dandum id, quod communiter in omnibus dicitur declarare aliquid, ſed vel quantitatem,vel qualitatem, vel relationem,vel aliquid aliud generis eiuſdē.Omnino argumentationum omnium captiones, quæ ex verbo erunt,ſemper ex contrario eius vnde captio orta eſt,diluentur. veluti ſi ex coniunctione exiſtet, diſtinctione explicabitur, ſin ex diſtinctione coniunctione.Rurſus,ſi ex accentu acuto naſcetur, in graui erit explicatio,contraq; ſi ex graui, in acuto erit Si vero homonymum verbum eam effecerit, contrarium verbum erit proferendum. vt ſi vſu veniat vt animatum eſſe quid dicat, ille autem neget eſſe, profecto id inanimatum ſit neceſſe eſt. Sin inanimum eſſe quid dederis, alter autem contra animatum eſſe concludat, tibi

dicendum

dicendum erit, te eam rem, quæ vacet animo intellexiſſe. Similis eſt ambiguorum ratio. Si autem ex ſimilitudine verbi oriatur a contrario petenda erit explicatio. Vt in hac, Id ne det aliquis quod non habeat? non quod non habet, ſed quemadmodum non habet, veluti vnum modo calculum. Et ſi quæratur, An quod ſcientia quis comprehendit, id vel inueniendo vel diſcendo comprehenderit? reſpondendum eſt, non quæ ſciat. Et, An, quod pergit calcat? reſpondendum, non eo tempore cum calcat. Quod eodem modo de cæteris iudicandum eſt.

CONCLVSIONES.

Prouidere difficile eſt, uidere autem facile.
Recta ſolutio eſt falſi manifeſtatio.
Reſpondentem opportet quæ multiplicia ſunt celeriter diſtinguere.

De diluendis accidentis argutijs. Cap. IIII.

QVod autem attinet ad eas captiones, quæ ex attributis rerum naſcuntur, vna omnium explicatio eſt. Nam quoniam nondum a quoquam expoſitum eſt, quando in re ipſa vere dicatur, id quod accidentibus & attributis conuenit, & in nonnullis videtur dici, idq; confirmant qui hanc explicationem inuenerunt, alia autem ſunt, in quibus non neceſſario effici aſſerunt, nobis certe dicendum eſt æque de omnibus, id non neceſſario effici, & quid vel quale proferamus habere debemus. Hæ autem orationes, ex attributis & accidente omnes oriũtur. Scis ne quid ex te ſim quæſiturus? Noſtin' eum qui ad nos venit, aut eum qui opertus eſt? an ſtatua opus tuum eſt? an tuus canis pater? an admodum pauca, pauca ſunt? Perſpicuum eſt enim, in his omnibus non neceſſe eſſe, quæ in accidente vere dicantur, ea etiam in re intelligi, præſertim

ſertim cum in eas tantummodo res, quæ natura & ſubſtantia non differunt omnia eadem cadere videantur. Aliud autem eſt bonum, bonum eſſe, & interrogandū, & eum, qui accedat opertus, accedere, & Coriſcum eſſe. Quocirca non ſi Coriſcum noui, & eum qui accedit ignoro, eundem & noui, & ignoro. Nec ſi hoc opus eſt, & meum eſt, idcirco meum eſt opus, ſed vel poſſeſſio, vel res, vel quid vis aliud. Quod idem in cæteris fit captionibus. Nonnulli autem hæc diſtinctione interrogationis refellunt. fieri enim poſſe aiunt, vt idem & noſcatur & ignoretur, ſed non eadem ex parte atq; cogitatione. Itaq; eum qui venit ignorare ſe, & Coriſcum noſcere, cum dicunt idem ſe & noſſe & ignorare fatentur, ſed alia atque alia ratione. Atqui primum, quemadmodum iam diximus omnibus captionibus, quæ ex eodem vitio oriuntur, eadem adhibenda eſt correctio. cui hoc loco non erit locus, Siquis eandem enunciationem ſumat, in qua non Cognoſco verbum, ſed Sum, aut aliqua affectio modusq; ponatur, vt ſi hic pater ſit, & ſit tuus. Vt enim in quibuſdam hoc verè dicatur, fieriq; poſſit vt idem & noſcatur & ignotetur, at non hoc in loco. Nihilq; prohibet, multa vitia in eadem ineſſe argumentatione, ſed non omnis vitij declaratio, explicatio eſt. quippe cum aliquis poſſit docere, falſum concluſum eſſe, & vnde concluſum ſit non docere, veluti Zenonis argumentatione, qua efficiebatur non eſſe motum. Itaq; ſi quis det operam: vt Zenonem in commodo concluſa argumentatione vrgeat: errabit, etiam ſi millies concludat. neq; enim hæc explicatio eſt, cum ſit explicatio. explanatio cauſæ, cur falſa ſit concluſio. Ergo ſi non concluſerit quidquis, aut etiam verum aut falſum conetur concludere, illius explanatio explicatio eſt. Quanquam autem illud explicandi genus in quibuſdam nihil prohibet valere, tamen in his, quæ ſupra allata ſunt, non valet omnino. Nam Coriſcum quia Coriſcus eſt, nouit, eumq; qui venit, quia venit. Et fieri poteſt, vt idem

idem & noſcatur & ignoretur. veluti albus eſſe noſcetur, & muſicus eſſe ignorabitur. Sic enim eundem quis & nouit, & non nouit, ſed non eadem ratione & cogitatione. Simili in errore verſantur ij, qui omnia in numeris, multa & pauca refellunt. Cum enim conclusio non ſequatur, tamen id dicere prætermittunt, & verum concluſum eſſe concedunt. vel multa in numeris, vel pauca eſſe omnia. Quod peccatum eſt vel maximum. Sunt etiam qui ex ambiguo concluſiones & argumenta explicent, vt dicant tuum eſſe patrem, aut filium, aut ſeruum. Atqui ſi ex ambiguo naſci captio videretur, profecto vel verbum, vel ipſa oratio multorum propria eſſe deberet. & hunc eſſe huius filium, ſi filij ſit dominus, nemo proprie dicit, ſed ex attributis perſonarum hæc omnis eſt verborum collocatio. Eſtne hic tuus? etiam. eſt autem hic filius, hic igitur tuus eſt filius quod accidit, vt hic eſſet & tuus & filius, ſed non filius tuus. Eadem eſt ratio illius, qua aliquid malorum bonum eſſe oſtenditur. Prudentiam enim malorum eſſe artem. Aliquid autem eſſe aliquorum non ambigue dicitur, ſed poſſeſſio. quod ſi forte dicatur, peccatum in eo eſt, quoniam hominem animalium eſſe dicimus, ſed non poſſeſſionem. ac ſi quid ad mala quaſi illorum gignendi caſu ſit referatur, propterea malorum eſt, non tamen id in malis. Ita ex eo quo quodammodo eſt, etiam omnino videtur. Quanquam fieri poteſt fortaſſe, vt bonum malorum ſit duobus modis & ambigue, non in ſuperiori oratione, ſed ſi quis ſit ſeruus probus improbi, immo vero ne ſic quidem erit. Non enim ſi bonum ſit, & huius ſit, propterea ſimul huius ſit bonum. Quin, ne illud quidem hominem eſſe animantium ambigue dicitur, Neque enim ſi quid interdum detracta & tacita aliqua parte ſignificamus, id ambiguum eſt: quippe cum pronunciatio dimidiato verſu, veluti. Muſa mihi memora, ſi dicamus, da mihi. Iliadam ſignificemus.

CONCLVSIO.

Poteſt quippiam ignorari, & ſciri, ſed non una & eadem ratione.

De ſex vltimorum locorum extra dictionem ſolutione. Cap. V.

CAptiones autem, quę ex eo maxime naſcuntur, quod aliquid, aut aliqua ex parte, aut alicubi, aut quodammodo, aut cum aliquo collatum dicitur, non omnino, ita facillime diſſoluemus, ſi ex cõtraria oratione ſpectabimus: eorum ne quippiam in concluſione videatur. Contraria enim & quæ proprio & quę communi nomine appellantur, & affirmantia & negãtia in eodem omnino eſſe non poſſunt, cum intere a vtrunq; quadam ex parte, aut quodammodo, aut cum alio atque alio collatum, aut hoc quadam ex parte, illud omnino nihil prohibet. Itaq;, ſi vnum quadam ex parte, alterum omnino in eandem rem cadat, nondum reprehenſio eſt. Idq; ex contraria oratione in concluſione ſpectandum eſt. Hæc autem inſunt in his orationibus, fierine poſſit, vt id ſit quod non eſt, eſt autem aliquid, quod non eſt. Similiter quod eſt non erit: non enim aliquid eorum, quæ ſunt, futurum eſt. Fierine poſſit, vt idem ſimul ſancte iuret & peieret? fierine poſsit, vt idem ſimul eidem & credat, & non credat? Sed aliud eſt eſſe aliquid, & eſſe omnino, & quod non eſt, non ſi quippiam eſt, etiam omnino eſt. nec ſi quis aliquid ſe iuret facturum, aut aliqua ex parte, religioſe iurat neceſſario. Etenim qui ſe peieraturum iurauit, ſancte iurat ille quidem, peierans in hac re tantummodo, tamen ſancte non iurat omnino. Nec qui non habet fidem credit, ſed quadam ex parte credit. Similis eſt etiam ratio illius, mentiri eundem ſimul & verum dicere. Sed quia non

non facile cognoſci perſpicique poteſt, detne quiſpiam mentiri plane, alterum & vere dicere. id difficile videtur, cum interim nihil prohibeat, eundem & omnino mendacem eſſe, & quadam ex parte veracem, aut veracem aliquem in re quapiam, veracem autem non omnino. Eodem modo de ijs, quæ ex comparatione, & ex eo, quod quadam ex parte, & aliquando fit, oriuntur, iudicandum eſt. Omnes enim hæ captiones ex eo naſcuntur. Sin ne valetudo & diuitiæ in bonis? atqui inſipienti, & ei, qui non probe vtitur, non ſunt bono, in bonis igitur ſunt, & in non bonis. An valere & poſſe in ciuitate vtile eſt? incidere autem poteſt tempus, cum etiam non vtilius & ſatius ſit, idem igitur eidem vtile & inutile. Quanquam nihil prohibet, id, quod omnino ſit bonum & vtile, alicui non eſſe bono. Sit ne id malum, quod prudens nolit? bonum autem prudens non vult mittere, malum igitur id quod bonum. aliud eſt enim, bonum malum eſſe dicere, & bonum repudiare. Similis eſt etiam quæ de fure tractari ſolet argumentatio. Non enim ſi fur malus ſit, & furari malum, propterea ille vult malum: ſed bonum. accipere enim bonum eſt, & morbus malum, at morbum reſpuere non eſt. An ius magis expetendum ſit, quam iniuria, & facere iuſte quam iniuſte? at mori iniuſte magis expetendum eſt. An ſua quemque tenere æquum eſt? Quæ autem aliquis de ſua ſententia iudicarit, ſi falſa ſunt, ex lege rata ſunt, idem igitur iuſtum & non iuſtum. Itemq; illa vter condemnandus eſt, is ne, qui ea quæ iuſta ſunt, commemorat in iudicio, an is, qui iniuſta? Atqui æquum eſt eum, qui iniuriam accepit, ea quæ paſſus eſt accommodate exponere, quæ eadem iniuſta ſunt. Adhuc captiones expoſui, nunc quemadmodum diſcutiendæ ſint, dicam. Non ſi quid pati iniuria expetendum eſt, idcirco iniuria præſtat pati quam iure, ſed iure pati præſtat omnino, aliquid autem nihil prohibet iniuria

pati præſtare, quam iure. Itemq; tenere ſua quenque iuſtum eſt, & aliena iniquum, & tamen iudicium hoc iuſtum eſſe nihil prohibet. vt ſi factum ſit iudicis ſententia. Non enim ſi quid iuſtum eſt, aut aliquo modo iuſtum, propterea omnino iuſtum eſt. Itemq; nihil prohibet, eorum, quæ iniuſta ſunt atque iniqua, iuſtam eſſe expoſitionem. Neq; enim, ſi qua æquum eſt commemorare, ea etiam iuſta eſſe neceſſe eſt. Sicuti nec ſi qua vtile eſt dicere, idcirco vtilia ſunt. Quod eodem modo de rebus iuſtis iudicandum eſt. Quocirca non ſi ea, quæ dicuntur, iniuſta ſunt, is, qui res iniuſtas commemorando vincit. ea enim dicit, quæ & iuſtum eſt dicere, & iniquum ferre omnino, ijs autem captionibus, quæ ex reprehenſionis definitione exiſtent, occurrendum erit ea ratione quàm ſupra perſcripſimus, concluſione enim cum oratione contraria, collata quemadmodum erit idem & eadem ex parte, & cum eodem collatum, & eodem modo eodemque tempore videbimus. Quòd ſi initio diſputationis quæratur, non concedendum eſt fieri non poſſe, vt idem ſit duplum & non duplum, ſed dandum eſt, non tamen eadem ratione. Id enim eſſet reprehendi ſine controuerſia. Captiones quæ ſunt ex hoc genere, ſunt huiuſmodi. Noritne rem, qui quanque rem qualis quæque eſt nouit, itemque is qui ignorat? atqui idem qui nouit Coriſcum, quia Coriſcus ſit, eundem quia muſicus, ignorat. eandem igitur rem & nouit & ignorat. Et rurſus. An res quatuor cubitorum magnitudine, ea, quæ trium eſt, maior ſit? fieri autem poteſt ex trium cubitorum magnitudine quatuor in longitudinem magnitudo, & quod maius eſt, minore maius eſt, eadem igitur res ſeipſa & maior erit, & minor. Eas vero, quæ ex eo oriuntur quod initium diſputationis petitur, vel ſumitur, is qui reſpondendi partes obtinebit, ſi id perſpicuum ſit, non dare, ſed vitium indicare debet, etiam ſi probabile videatur. Sin obſcura illa erit primæ di-

ſputationis

ſputationis petitio vel ſumptio, ignorationem ſuam propter vitium talium diſputationum ad interrogantem, vt qui minime differat, retorquebit. Reprehenſio enim primę diſputationis petitionem ſumptionemúe reſpuit. Deinde admonere debebit, ſe id dediſſe, non vt eo ad id quo vſus ſit, vteretur, ſed vt eius contrarium argumentando concluderet. Iam cum ex incident, quæ a conſequentibus ſumuntur, in ipſa argumentatione docendum erit, duplex argumentum eſſe a conſequentibus. vnum, cum ex parte totum concluditur, vt ex homine animal. volunt enim, vt hoc ex illo conſequens eſt, ſic illud ex illo eſſe. Alterum, ex contrario. Si enim hoc illud ſequitur, illius etiam contrarium alterius contrarium ſequetur. Ex quo ducta eſt Meliſſi argumentatio, ſi enim quod ortum eſt, initium habet, id quod non ortum eſt & generatum, vult non habere. ita ſi cœlum ortum non habet, idem termino caret. Non ita eſt. contra enim argumentatio ducitur. In ijs autem, quæ ex eo concluduntur, quod aliquid adiunctum ſit, illud primum videndum eſt, an eo ſublato quod adiectum eſt, nihilominus incommodum ſequatur: deinde eo plano facto, dicendum eſt id datum eſſe a nobis, non quod ita videretur, ſed diſputationis gratia. id autem quomodo vſus eſt, nihil ad diſputationem pertinere. Eæ vero, quibus ex multis interrogationibus vna fit, initio diſtinguendæ ſunt, cum preſertim ad interrogationem vnam ſemel ſit reſpondendum. Itaq; nec plura de vno, nec vnum in multis, ſed vnum ex vno enunciandum & negandum eſt. Vt autem in homonymis interdum vtrique, interdum neutri conuenit, vt eos, qui ſemel & omnino ad vnum rogatum reſpondent, incommodum nullum ſequatur, ſic in his, cum multa vni, vel vnum multis conueniunt, eum, qui concedet verſabiturque in hoc errore nulla ſequretur repugnantia. Cum autem vnum cadit, alterum non cadit, aut multa

in multis dicuntur. & multa multis conueniunt, contraque non conueniunt in quæſtionibus, tum nec concedendum eſt nec abnuendum. Cuiuſmodi ſunt orationes, in quibus ſi vnum ſit bonum, alterum malum, eſt verum, hæc bonum eſſe & malum. Et rurſus, neq; bonum, neq; malum: neque enim vtrunque cadit in alterum. Ita idem bonum erit & malum, & nec bonum nec malum. Et ſi quæque res eadem eſt ipſa & ſui ſimilis, & a cæteris diuerſa. hæc autem, cum non eadem, quæ alia ſint, ſed ſui ſimilia, & a ſeſe diuerſa, fit vt eædem res & a ſe diuerſæ ſint, & ſui diſſimiles. Præterea, ſi quid ex bono malum fiat, & ex malo bonum, iam duo erunt, quorum duorum & inæqualium vtrunque ipſum ſibi par & equale erit. Ita eædem res ipſæ ſibi & æquales & inæquales erunt. Ac hæ quidem captiones aliter etiam explicari poſſunt. Cum enim plura hæc nomina ambo & omnia declarent, fit, vt eandem dicamus & negemus, nomen tamen alij atq; alij, quam ſignificet accommodemus, in quo nulla reprehenſio eſt. Sed illud perſpicuum eſt, ſi qua res vna vni conuenire, aut non conuenire ſignificetur interrogando, non plura ſemel quærentur ex nobis nos reſpondendo, nihil incommodi eſſe ſuſcepturos.

CONCLVSIONES.

Contraria non poſſunt ſimul in eodem eſſe.

Non omnia, quæ ſcire & addiſcere utile eſt, ea utilia ſunt.

Nugationis & ſolœciſmi ſolutiones. Cap. VI.

QVod autem attinet ad eas captiones, quæ eo deducunt nos, vt idem iteremus verbum, illud perſpicuum eſt, non eſſe concedenda

denda per ſe ac ſeparatim aliquid ſignificare ea nomina, quæ cum aliquo conferuntur. Cuiuſmodi eſt duplum, quod ſolum ſine verbo ſimpli nihil ſignificat, propterea quod in ſimplo ineſt. Nam & decem in ijs, quæ vno dempto decem ſunt, intelliguntur, & verbum facio in hac oratione, non facio, & omnino in nugatione affirmatio. Sed tamen non ſi quis dicit quippiam non eſſe album, propterea ipſum album eſſe confirmat. Duplum autem per ſe nihil fortaſſe declarat. ſicut nec id quod in ſimplo intelligitur, quod ſi forte ſignificat, at certe non idem quod cum ſimpli verbo coniunctum. Ne ars quidem in ſpecie quid ſignificat, vt cum medicina ars eſſe dicitur, in quo artis vocabulum totum eſt, in illo autem ars & ſcientia eius eſt, quod ſub ſcientiam cadit ſcientia. In ijs autem nominibus, quibus alia definiuntur, hoc dicendum eſt, non idem per ſe ſignificare id, quo vtimur in definiendo, quod in oratione. Nam concauum promiſcue & paſſim idem in ſimo & in obliquo declarat, coniunctum autem cum ijs, vt illud cum naris, hoc cum cruris verbo coniungatur, nihil prohibet ſignificare. Nec intereſt, vtrum dicas naſum ſimum, an naſum concauum.
Præterea in his verbis non eſt concedenda in recto dicendi ratio. Eſt enim falſa: quoniam, vt hoc verbo vtar, ſimitas non eſt naſus concauus, ſed naſi quædam quaſi affectio. Quapropter non eſt alienum, nares ſimas nares eſſe, quæ concauitatis narium habent. Quibus autem de cauſis ſolœciſmi fiant, ſupra diximus. Quemadmodum autem diſcuti, diſſoluique debeant in ipſis captionibus intelligimus. Omnes enim, quas ſubijciam, ſolœciſmum facere volunt. An quod vere dicis, id vere eſt? ais autem quippiam eſſe lapidem: eſt igitur quippiam lapidem. Sed dicere lapidem, non eſt dicere aliquid, quod neutrius, ſed quod maris

genere declaratur. Quocirca ſi quis roget. An quem nominas, vere hunc eſt? non Latino loqui videbitur, ſicut nec ſi quis requirat, hiccine eſt quam eſſe dicis? Vtrum autem lignum hic, an ea, quæ nec marem, nec fœminam ſignificent, nihil intereſt. Itaque non fit ſolœciſmus in hac argumentatione, An quod ais eſſe, id lignum eſt? lignum autem ais eſſe: lignum igitur eſt. Lapis autem, & hic maris habet inflexionem Quòd ſi quis interroget, ſitne hic hæc? Deinde rurſus quid num hic Coriſcus eſt? tum dicat, Eſt igitur hic hæc: non concluſerit ſolœciſmum, ne ſi Coriſci quidem verbum fœminam ſignificet: modo id non dederit is, qui contra diſputabit, ſed hoc ante quærendum eſt. Si vero ſit illud, nec ille dederit, certe is nec vere, nec contra eum, qui rogatus eſt concluſerit. Eodem ergo modo illic lapidem huius vocabulum declarare debet. Sin minus, nec alter id dedit ſignificare, non eſt appellenda concluſio: ſed videtur eſſe, propterea quòd diſſimilis caſus nominis ſimilis apparet. Verumne eſt, hanc eſſe id, quod eam ais eſſe? eſſe autem eam aſpidem ais: eſt igitur hæc aſpidem. Sed non neceſſe eſt, ſi aſpidem non id ſignificet: ſed aſpis & aſpidem hanc nec quod ais eſſe, id hic eſt: ais autem eſſe Cleonem: eſt igitur hic Cleonem. Dictum eſt enim, quem ais hunc eſſe, hic eſt, non hunc. neque enim Latina ſit interrogatio, ſi hoc modo proferatur. Scin tu hoc? eſt autem lapis: ſcis ergo lapis. Sed non idem ſignificat in interrogatione, Scin tu lapidem? quod in aſſumptione, eſt autem lapis. Sed in illa eſt accuſandi caſus, in hac recti. An cuius ſcientiam habes, id ſcis, lapidis autem ſcientiam habes: ſcit igitur lapis. Sed cum dicis, cuius, lapidem in gignendi caſu intelligis: cum autem id, lapidem in accuſandi caſu, & maris genere. Datum eſt autem, cuius ſcientiam haberes, id ſcire te, non eius: ita non lapidis,

pidis, ſed lapidem. Atque illud quidem perſpicuum eſt, ex ijs quæ diximus, hæc argumenta non concludere ſolœciſmum, ſed ſpeciem, quandam præ ſe ferre concluſionis, & quemadmodum eis ſit occurrendum.

CONCLVSIONES.

In non facere intelligitur facere.

De facili, & difficili & acuta oratione. Cap. VII.

INtelligendum eſt autem, facile eſſe perſpicere in quibuſdam argumentis, in alijs difficile, qua de cauſa, & qua in re auditorem capiant atque decipiant, cum ſæpe eadem hæc ſint quæ illa. Eadem enim argumentanda captioſa uocanda ſunt omnia, quæ ex eodem vitio nominantur. idem autem argumentum captioſum alijs ex verbo, alijs ex attributis & accidente, quibuſdam ex alio videtur exiſtere, propterea quod cum quicque concluditur, non idem declarare videatur. Vt ergo captionum earum, quæ ex homonymia oriuntur, quæ ex omnibus maxime ſolent vſurpari, partim cuiuis perſpicuæ ac notæ ſunt: omneſque captiones ridiculæ ferè in verbo verſantur, cuiuſmodi hæ ſunt, Vir vehebatur curru per ſcalas vbi venit ſeruus apud Cæream? Et Boreas purusne? non æquidem, interfecit enim mendicum & emptorem. An non Euarchus, ſed Apollonides? aliæque eius generis plurimæ, ſic partim eos etiam, qui in captionibus diu multumque verſati ſunt & exercitati, fallunt & fugiunt. Idque ex eo intelligi poteſt, quod ferè verbis diſſentire & diſcrepare ſolent. velut utrum idem ſignificet in rebus omnibus vnum,

& id, quod eſt, an aliud. nonnulli enim vnum & id, quod eſt, idem declarare exiſtimant. alij Zenonis & Parmenidis rationem explicant, propterea quòd unum, & id quod eſt, plura ſignificare videantur ſimiliter eæ captiones, quæ in accidente aliiſque rebus cernuntur, eam vim habent, vt in aliis facilius, in aliis difficilius perſpici poſſit, & genus ipſum captionis, & ſit necne reprehenſio. Difficilis autem & grauis eſt argumentatio, quæ eam vim habet, vt animi dubitando in contrarias partes diſtrahuntur. ferit enim hæc, pungitque maxime.

Dubitatio autem duplex eſt: quarum altera in diſputationibus dialecticorum verſatur, cum dubitamus quod potiſſimum rogatum ſequamur, altera in ijs cernitur, quæ pugnandi ſtudio comparantur, cum in quo captionis genere propoſitum argumentum verſetur, ambigunt. Argumenta autem dialecticorum tum demum ad refellendum difficillima erunt, ſi ex ijs, qui videntur quàm maxime probari id, quod maxime probabile eſt euertent & confirmabunt. Vna enim, cum ſit argumentatio, tamen contraria & contradicente enunciatione tranſlata omnes ratiocinationes ſui ſimiles obtinebit; quippe cum futurum ſit ſemper, vt ex probabilibus item probabile infirmet & confirmet, vt ambigere & dubitare animis neceſſe ſit. Ac difficilis quidem illa maxime eſt, quæ interrogationibus parem, ac ſimilem facit concluſionem. Secundo loco ea, quæ ex ſimilibus omnibus progreditur, quæ facit item, vt dubium ſit, vtrum rogatum negandum ſit, id quod difficile factu eſt. Nam & infirmandum eſt, & tamen vtrum ſit, incertum eſt. Earum autem, quæ certandi ſtudio comparantur, ea primum difficillima eſt, quæ cum primum tractata eſt, dubium eſt rem, necne concluſerit & effecerit, & vtrum in diſtinctione ac falſitate illius conſiſtat explicatio. Deinde ex reliquis ea, cuius explicationem perſpicuum eſt vel in falſitate, vel in diſtin-

ſtinctione verſari, ſed dubium eſt vtrius rogati euerſione, aut diſtinctione ſit diſſoluenda, quin etiam vtrum in concluſione, an in altero rogato explicatio quæri debeat. Ac interdum quidem facile eſt argumentum, ex quo nihil effectum eſt tum cum nimis improbabiles aut falſæ ſunt aſſumptiones, interdum autem non eſt negligendum. Nam & cum aliquod rogatum deeſt, in quo illa vis ineſt, vt in eo verſetur, & vt ex eo ducatur argumentum, neque id aſſumptum eſt, & tamen tractatum eſt & explicatum argumentum, inepta ratiocinatio eſt, & cum aliquid prætermiſſum eſt eorum, quæ extrinſecus ad rem quæ propoſitâ eſt confirmandam aſſumuntur, non facile contemni negligique debet, ſed argumentum facile eſt, & is qui interrogat, non præclare ſuo functus eſt munere. Explicatio autem alias ad totam argumentationem, alias ad eam, quæ rem quærit, & ad rogatum, interdum ad neutrum eorum referri poteſt. Eodemque modo quærere licet, & tractare argumentationem tum contra id, quod venit in diſputationem, tum contra eum, qui reſpondet, tum contra tempus, cum plus temporis deſiderat explicatio, quàm quantum datum ſit ad diſſerendum contra explicationem.

Epilogus omnium præcedentium librorum, & eorum, quæ his duobus dicta fuerunt. Cap. VIII.

DIximus ex quot quibuſque naſcantur captiones in diſputando, & quemadmodum eum, qui mentiatur indicemus, impellamuſque alterum, vt admirabilia quædam & contra opiniones omnium dicat. Oſtendimus præterea, ex quibus efficiatur ratiocinatio & quæ nam ſit interrogandi ratio, & quis nam ſit interrogationum ordo. Illud etiam docuimus, quis ſit vſus horum argumentorum.

Diximus

Diximus de ratione & diſciplina reſpondendi, & quemadmodum argumenta captioſa diſſolui debeant. Reliquum eſt, vt de inſtituti noſtri ratione enumerantes, noſtrumque ſermonem concludentes, pauca dicamus. Propoſitum nobis fuit, rationem quandam de omni re propoſita differendi ex ijs, quæ maxime probarentur inuenire. hoc enim officium eſt dialectices, & eius rationis, quæ periculi faciendi cauſa comparata eſt. Quoniam autem ante confirmauimus, dialecticen propter ſophiſtices quam ſequuta eſt vicinitatem, non ſolum poſſe probabili, ſed etiam neceſſaria ratione differere, ob eam cauſam non ſolum eius officium in eo poſuimus, vt ea inſtructi, argumenta ſumere, ſed etiam, vt argumentis reſiſtentes, cauſam differendi ijs afferendis, quæ maxime item probabuntur, defendere poſſimus. Cuius nos modo quæ cauſa eſſet diximus, ob eamque cauſam Socrates quærere ſolebat, non reſpondere, quippe qui nihil ſe ſcire fateretur. quæ quidem facultas ad quas res eſſet vtilis, & quibus quotque rebus comparari poſſet, atque vnde harum rerum nobis magna ſuppeteret copia, in ſuperioribus libris demonſtrauimus. Illud etiam expoſuimus, quæ eſſet interrogandi ratio & ordo, quæ reſpondendi, & quomodo explicanda argumenta. Cætera etiam oſtendimus quæ ad eandem rationem differendi pertinent. denique, vt etiam ſupra dictum eſt, de captioſis & fallacibus argumentis diximus. Quæ cum ita ſint, certe hinc inſtituti noſtri ratio commode habebit terminum. Quod autem in ea, de qua agitur arte vſu venerit, ignorare minime debemus, eorum omnium, quæ inueniuntur, partim cum prius ab aliis percepta & comprehenſa eſſent, & ſigillatim elaborata, opera eorum, qui poſterius accepiſſent, progreſſa eſſe longius, partim à prima origine paruam primum progreſſionem facere ſolent, ſed multo vtiliorem ea, quam aſſequuntur ex his, amplificatione.

Cum

Cum enim maxima eſt, principio totius rei vis, vt dicitur, tum difficultas maxima. Quo enim maior eſt in eo vis, eo quoniam perexiguum eſt, difficilius cadit ſub aſpectum, hoc autem inuento, facilius eſt reliqua addere & conducere. quod etiam in libris de ciuili ſcientia contingit, ac ferè in cæteris artibus omnibus. Qui enim artes inuenerunt, omnino paulum aliquid proceſſerunt, ij autem, qui nunc in honore habentur, cum á multis quaſi hereditario iure, ijs, qui viciſſim propagarunt, accepiſſent, ſic auxerunt. Tiſias quidem primus ſucceſſit. Tiſiæ Thraſymachus, Thraſymacho Theodorus, multique multas partes contulerunt. vt hanc magnam eſſe artem, nihil mirum eſſe videatur, Ac vero huius artis non partes aliquæ perfectæ erant, initio aliæ erant, ſed ne vna quidem omnino ſuberat. Nam eorum, qui diſputationes eas, quæ certandi ſtudio inſtituebantur, mercede docebant, ſimilis erat diſciplina Gorgiæ inſtituto. Nam cum orationes alij ad dicendum, alij quæ ad quærendum & interrogandum valerent, darent ediſcendas, in quas vtrique ſæpe mutuis ſermonibus incidere ſolebant, fiebat, vt diſcipuli celeriter illi quidem, ſed ſine arte, perſpicerent. quæ ab illis traderentur, præſertim cum ita demum ſe inſtituere & docere exiſtimarent, ſi non artem, ſed ea, quæ artis eſſent traderent, vt ſi quis artem ſe traditurum profiteretur, qua pedum dolori mederemur, deinde non artem doceret calceorum conficiendorum, nec vnde hæc pararetur traderet, ſuppeditaret autem varia genera calceorum is certe, vt adiumentum ad vſum adferret, artêm tamen non traderet. Et eloquentiæ quidem multa profecto & veterum præceptas extiterunt, dialectices autem nullum omnino habemus ante aliud quam longo vſu quærendo multum temporis conſumpſimus. Quod ſi vobis in hæc ipſa intuentibus, non videtur hæc ipſa diſſerendi ratio ex

ijs,

iis, quæ ab initio ſuppetebant, ſatis præclare conſtituta eſſe, præ cæteris artibus, quæ hæreditario quodam iure ad tantam amplitudinem elatæ ſunt, hoc profecto vnum reliquum eſt vobis, aut iis, qui audient, officium, vt ſi qua prætermiſſa ſint, iis, qui prætermiſerunt veniam detis, & ſi qua inuenta, inuentoribus gratiam habeatis.

DVORVM LIBRORVM ELENCHORVM FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R
S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii
KK Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ
Tt Vu Xx Yy Zz.

Omnes ſunt quaterniones.



Venetijs apud Ioannem Bonadeum.
M D L X I I I I.